



ccp



Antiquitatũ variarũ volumina.XVII.

A venerãdo & sacræ theologiæ: & prædicatorii ordis ꝓfessore Io.Annio hac serie declarata.



Venundãtur ab Joanne Paruo ⁊ Jodoco Badio.

F.Guilielmo Paruo: venerandi diui Dominici instituti: & sacrae Theologiae professori eximio: necnon & inuictissimi ac Christianissimi Francorum regis Ludouici duodecimi a confessione prudentissi. Iodocus Badius Ascensius venerationem.



Ametsi pater venerande sacer iste praedicatorum ordo q̄plurimas ob causas toti Christianorum nomini & colendus & obseruand⁹ olim iam dinoscitur: ob duas tamē praecipue in admirationem sui merito totam rapit fidelium ecclesiam. Vnam ꝙ tot praestātis animi pugiles pro fidei catholicae inuiolata conseruatione produxerit: vt iam multos annos ipsius fidei inquisitio ad ipsum pleno suffragio omnibusq̄ punctis in multis regionibus delata sit: vnde minus mirandum si serius ac alii ad nouorum festorum celebrationē adductus est. In ea autem prouincia (de inquisitione loquor) quātum verę laudis iamdiu merueris non tacerem: si ad alium mihi sermo esset. Alteram quae prioris causa est: ꝙ a primis incunabulis atq̄ adeo ab ipso patre diuo Dominico tanta literarum praecipue sanctarum resplenduit claritudine: vt cum vasto terrarum orbi illuminando splendidissimus opifex ipse deus: duo satis esse duxerit luminaria magna: idem tamē ad pellendas e pectoribus fidelium suorū tenebras in isto ordine/innumera dignatus sit producere. Inter quae diuus Thomas Aquinas tāq̄ Phoebus alter admirabili pręfulget & sanctitatis & doctrinae lumine. Neq̄ tamen vt exigua suspicio sydera: Vincentium: Antoninum: Durandum: Adamum: Ockam: Holcotum: De turre cremata: De sancto Geminiano: De Voragine: de Vtino: & sexcētos alios. Neq̄ vero in sacris solummodo literis: sed in aliis quoq̄ quae frugis bonae expertes non sunt: quales sunt historicę multi solidam laudem inuenerunt. Inter quos vt alios taceam: non infimo loco habendus est venerabilis pater Ioannes Annius Viterbensis: tot antiquitatum quot in fronte praescripsimus indagator & illustrator solertissimus. Qui tametsi ad patriae suae exaltationem pręcipue respexisse visus est: multa tamē quae ad regum regnorumq̄ Christianorum: immo ad Christi ipsius generationem & primordia cognoscenda faciant: adducit. Quae omnia quo ordine ab eo in primo libro digesta visuntur (Nam prius penitus confusa emissa fuerant) rursus a nobis impressa & indice subsequente illustrata: tuo nomini pater obseruande: & nostram quantula est opellam nuncupamus. Vale. Ex Chalcographia nostra ad Nonas Feb. Anno salutis ad calculum Romanum. MDXII.

Tabella

Finis.

Joannis Annij Præfatio Epistolaris.

FRATRIS IOANNIS ANNII VITERBENSIS THEologię professoris ordinis Prædicatorum: de commentariis Antiquitatū ad Christianissimos Hispaniarum Reges: Ferdinandū & cōsortē ei⁹ Elisabethā Epistola incipit.



VIBVS EFFERENDI SINT LAVDIBVS Reges ac principes quibus mūdus iuste disponit: gloriosissimi fil' & christianissimi atq; Hispaniarū catholici principes Ferdinãde & Elisabeth hic vel maxime patet: q cū diuina historia damnet eos qui incommunicabile nomen tribuerunt lignis & lapidibus vocantes eos deos: tamen solis principib⁹ id cōmunicari non modo passa est; sed etiam ipsa cū hominibus: & gentibus appellatiōe sua confirmauit: sępissime deos duces & iudices vocās. Nam Exodi vii. ca. Moysen deum nominauit: dicens. Ego te dedi deum Pharaoni. Et Exodi item. xxiii. Si furtū latuerit: applicabitur dominus dom⁹ ad deos. Et itē alibi. Diis non detrahes: & principem populi tui ne maledicas. Et item in psalmo. Principes populorum congregati sunt cum deo Abrahā: qm̄ dii fortes terræ: vehementer eleuati sunt. Et in alio psalmo: ad principes prauos: Deus inqt stetit in concilio deorum: in medio autem deos ita diiudicat. Vsq; quo iudicatis iniquitatē & facies peccatorum sumitis? Et paulo post. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Qua certe appellatione dignati fuerunt: q solis ipsis: qđ ad deum spectat: ius regendi atq; iudicandi loca: prouincias: & regna: & imperia: tributū est. Vnde & aurea ętate quę (teste Ouidio) cœpit principio generis humani: cū nulla esset idololatria: principes iustos: appellabāt deos & numina. Qđ testatur Ianus apud Ouidium in primo de Fastis dicens. Tunc ego regnabam patiens cum terra deorum Esset: & hūanis numina mixta locis. Et eosdē vocat iustos dicēs infra. Proq; metu populum: non vis: pudor ipse regebat: Nullus erat iustis reddere iura labor. Qđ si ita est: quia ita est q iustos principes deus vult deos dici per cōmunicationem nominis non per essentiā: cōsequēs necessario est: vt in cōmunicatiōe nominis cōmunes simul perfectiones: & quę omnes in nomine deitatis laudes perfectionum & qualitatum continētur: homini iusto tribuant. Tot igitur virtutū laudibus iustus prīceps: procul mēdacio atq; adulatione potest efferri: quot cū dei nomine iusto cōgruere possunt: vt eū deum iustum prudentem: fortem: inuictum: temperatū: castum: humilem: pudicum: veracem: mitem: in deum pium: in homines subditos sollicitum: legislatorem: perturbatorem sceleratorum: amatorem & prępmiatorem bonorū. Qz si quibus ętate nostra ex principib⁹ merito a deo nomen illud communicatum est; quibus vtiq; iustius tributum est: vt sint dii & numīa in terra degentes: q̄ christianissimis simul & gloriosissimis Hispaniarum principibus Ferdinando & Elisabethæ: q animo diuino atq; inuicto formati: breui tempore effecerūt: qđ octingētis ferme annis: maiores eorum attētantes: frustra enisi fuerūt? Hi enim soli tenebras a luce diuiserunt: tyrannos Hispaniarum & geryones: tanq̄ semē Herculeum magna vi atq; forti

Principes dii sunt.

Principum tituli.

tudine sustulerunt;latrocinantes deleuerunt:impios hæreticos tota Hispania pepulerunt: Mauros crucis inimicos illo potentissimo regno Betico spoliauerunt: ad temperantiãq; ac religionem & castimoniam quoq;omnes iam lapsas religiones reduxerunt: etiam vt vnico verbo omnes laudes eorum colligam:quicquid fortitudinis:victoriæ: castitatis: comitatis: prudentiæ:pudicitię:pietatis sollicitudinis:pdicat in Moyse duce legislatore:& Dauid atq; sanctis priscis ducibus: hoc totum nostra ætate:principes christianissimi Hispaniarũ: a deo fuerũt mire assecuti. Nec ea sunt in abscondito:q̃ iã totus vna voce personat orbis. Quidq; Hispania ferox:pridem impiis & barbaris mixta:ad humanitatem & mores mutata est. Boni afficiuntur pręmio:impiis supplicium est in promptu. Docent hæc q Romæ degunt: per charissimi familiares ipsis regibus Reuerendissim⁹.D.Ber.Caruaial Cardiñ.sanctę crucis: & eorum orator illustris:dominus Garsias Lassus. Nam alter inter Cardinales:vt inter stellas luna minores fulget:doctrina:vita:literis:moribus:pietate. Alter vero etiã literatis semper immixtus & iustis atq; religiosis:tam morat⁹est:vt eum veluti alterũ Catonem venerẽtur:tam iustus:& plenus castimonię atq; religionis:vt vndiq; in se omnium animos simul: & oculos conuertat. Non igitur mirũ: si tales seruitores atq; enutriti regia domo:tales principes habent:qui vniuersum orbem illuminant:& veluti dii ac vera numina sint & dicantur. Quales domini (inquit Chrysostomus) tales & serui. Quamobrem ipse incognitus facie principibus christianissimis:virtute vero toti orbi notissimis:dicaui opera mea antiq̃tatum:non q̃ iam senex Theologiam professus his studeã:sed q̃ e sepulcris & infernis fucinis absconsa:& primum e latebris educta & in lucem prodita:eo tẽpore quo Beticæ regno potiti estis:iure Beticis victorib⁹ regibus:primum dicata sunt:Donum quidem minimũ: ex parte mei offerẽtis:sed maximum ex parte authorum:& eos suscipientiũ principũ quos christianissimos deus sublimis & altissimus indies feliciores:& altiores efficiat:ad felicẽ statum christianorum:& ecclesiæ sanctę dei. Amen.

SEQVVNTVR LIBRI.XVII.PER EVNDEM.F.
Ioannem Anniũ collecti & elucidati. Quorũ Primus more Pliniano exprimit ea quæ in cæteris voluminibus continentur. Cui⁹ quidem libri primi indicium secuti nunc sumus in reliquorum serie seruãda.

Fratris Ioannis Annii Viterbensis ordinis Prædicatorum Theologiæ professoris super opera de antiquitatibus confecta præfatio incipit.



Heologi officiũ est: rerũ veritatẽ: præcipue q̃ ad res diuinas spectat: & ad eas perducit: ꝑquirere: inuenire: firmare: aperire: atq; pro virib⁹ elucidare: docere: ac tradere. Nec deesse illũ decet virtuti diuinæ pietati: quæ nõ modo in deũ: verũ etiã in patrẽ ac patriã diffundit: inter quę amor: & æternitas rerũ gestarũ: & antiquitas: ac splẽdor eius: & defensio: tũ armis: tũ scriptis enumerantur. Hæc ego in his meis scriptis: pro patria & Italia: immo & Europa tota profiteor. Ornatũ vero & elegãtiã nõ ꝓfiteor: sed solã & nudã veritatẽ. Quare cuilibet cedo: in copia & ornatu dicẽdi. At in inuenta veritate: illis solis palmã cõcedo: & eos censores sequar: q cõtra me ꝓduxerint nõ tantũ vt blacterones & verbosi verba: sed potiores authores: & certiora argumẽta. Qui vero infirmiora his argumenta: aut iuniores authores obiecerint: vtiq; eadẽ facilitate cõtẽnent: qua ꝓferẽt. Hęc eñ mea opera iudices æquos & eruditos censores: nõ verbosos desyderant. Si quis vero in his legerit q̃ illũ offendãt: ante bene examinet q̃ iudicet. At si qs obiicere cupit: nõ expectet id agere cũ mortu⁹ fuero quia tũc cũ laruis & vmbris pugnabit: qđ est timidi simul & ignorantis atq; inuidi officiũ. Me viuẽte obiiciat: & illico responsiones referet. Ordo autem librorum erit Pliniano more: vt in hoc primo libro / omnium librorum sequentium titulos: & capitula: & authores prędnotem: & inde singulos libros singulariter digeram.

Finit præfatio.

De omnibus operibus sequentibus.

Primus liber incipit: qui est secundi libri & aliorum digestio.



Ecũdus liber est de nouem institutionibus Etruscis: ad eosdẽ catholicos Hispaniarũ principes.

De nominib⁹ æquiuocis: Diua Volturna: Volturn⁹: Palatua: Flora: Furina: Falucer: Luceres: Pomona: Pomonusq; pater Etruria: Turrena: Volturrena: Thusca: Thuscia. ℭEx authorib⁹. Aristotele. M. Varrõe: T. Liuio: Fabio pictore: Ouidio: Virgilio: Hieronymo: Ptolemæo: Plinio Ennio: Iunio: Tolumnio Thusco: Gotifredo Viterbensi: Sempronio: Seruio: Dionysio Halicarnasseo: Propertio: Catone: Suetonio: Antonino: Plutarcho: Myrsilo: Valerio Maximo: Helio Spartiano.

Secunda institutio.

Qꝫ Turrena: Volturrena: Etruria: Volturna significãt eandẽ vrbẽ turritis ædibus extructã: & ꝙ oĩs Etursia & Voltursena est Tursena: sed nõ cõuertitur. Et ꝙ vrbs Etruria fuit Tetrapolis regia: & eius portionibus regia munera tributa. Et ꝙ hęc tria nomĩa Etruria: Turrena & Volturna sunt synonyma sicut Marcus Tulli⁹ Cicero. ℭEx authoribus. Dionysio Halicarnasseo: Myrsilo: Xenophonte Sillio Italico: Beroso: Manethone: Propertio: Virgilio: Plinio.

Tertia institutio.

Qꝫ portiones vrbis Hetrurię sunt Arbanũ: Thusca: Volturna & Vetulonia. Et ꝙ ea est iuxta lacũ Vadimonium habẽs a tergo iuga cyminia: a fronte Volsinienses: a sinistris amnem Bleranũ & Tarquinienses: & a dextris Thyberim: vbi finitima Vmbrię. Et ꝙ ea vrbs est: vbi tractus Vmbriæ: Sale vmbrone: & nũc Viterbũ Lucomonium. Et cur Vetulonia cum sit mediterranea inter Volsinas & Lacũ Cyminiũ: tamen haud ꝓcul mari esse dicit. ℭEx authoribus. T. Liuio: Plinio: Propertio: Catone: Virgilio: Myrsilo: Dio-

nysio: Herodoto. M. Antonio: Solino: Sempronio: Itinerario Antonini: Beroso: Sillio: Virgilio.

Quarta institutio.

De excisa memoria Libyscilla. Q Viturgia vel mendoso loco impressa est: vel est duplex. ¶Ex authore Ptolemæo.

Quinta institutio.

De secunda excisa Libyscilla tabula: quę incipit Faul faluceres: q ea excisa fuit circa ętatem Mecœnatis / filii Menodori. Et q Faul sunt quatuor sacræ literæ ingentis luci lucumonum. Et q hic lucus est ĩ itinere Cassiano: vel Cyminio: non pcul Egelido amne / inclyto lustratione Aeneę Et q eũ prius Ianus: inde veteres Pelasgi sacrauerũt Vertũno: Pomono: Syluano. Et q hic lucus erat Lucumonibus curia: templum. ¶Ex authoribus. Catone: Virgilio: Seruio: Varrone: Plutarcho: Plinio. Ibidem q Longhola est duplex: altera in Latio secus mare Volscũ & a longitudine sine aspiratione dicit̃ Longula. Altera vero cũ aspiratione Longhola est pars vrbis Etruriæ. Et ibi pulchra disputatio sup nono Liuii ab vrbe condita: ad quã istarũ pfectus est Papyrius dictator.

Sexta institutio.

De prima tabula Cybelaria Græcis literis & lĩgua scripta. Q Etrusci aspiciebant lr̃as Gręcas / nõ p discebãt. Et q hæc tabula excisa est ante Homerũ: rudi existente Gręcia / circa vrbẽ Romanã conditã: scilicet post Marsiam Etruriæ Larthẽ & ante Numã Romanorũ regẽ. Et q hic Atlas Kityn: fuit Italus a quo Italia: socer penultimi Coriti: cognomine Iani iunioris: Et pater Electræ / ac Pleiadũ Italicarũ. Et q hic regnauit principio ĩ Capena iuxta Thyberim Auẽtinũ: inde in Etruria regia Tetrapoli: vbi noĩa: & cognomia: tituli & monumẽta adhuc pmanẽt. Et q diuinæ literæ hoc testant̃ pter alios authores. Et q Coritus & Iasius regnauerunt in eadẽ sede regia Tetrapoli Turrẽa: vbi adhuc extãt extremę vrbes Coriti: & Pleiadũ. Q Isis soror Osiridis venit rate / a Libya Aegypti in Tyberim: inde ad nuptias Iasii & Cybelis in Veiuzã vrbẽ: & Cybelis pdia: vbi primũ docuit in Italia molere / & panes cõficere: paulo ante Dardaniã conditam. Et q de nuptiis Iasii: & conditione Dardaniæ: Græcia mendax nimis audet in historia. Et de errore Blondi. Et q Veiuzi dicti sunt Etrusci Veii Sardiniani: a qb⁹ Veientes geniti. Et de loco: & causa mortis Iasii atq tẽpore. Et de solutione cõtradictionis inter authores: & tabulã qs primus cõdiderit Vetuloniam. Et de cognominibus Herculis Aegyptii: atq ritu icãtãdi militiã: Et q ager Etruscus diuidit̃ in supiorẽ ptẽ Trometinã & Trossulã: & inferiorẽ Thuscaniẽsem & Veiã. Et q ĩ Trometina est regio Sanginaia sicut in Sabatia & Trossula est Sangnyna: & qs fuit iste Sabatius Sangny. ¶Ex authorib⁹. Catone: Beroso: Archilocho: Virgilio: seruio Dionysio: Igino: Fabio Pictore: Tortelio Aretino: Sillio: Inscriptione: Plinio: Itinerario Antonini: Manethone: Palefato Spigna: Eusebio: Arũtinis Camillariis: Plutarcho: Strabõe: Macrobio: Hieronymo: Ptolemæo: &. T. Liuio. Ibidẽ tabula Ararathea.

¶Septima institutio.

De decreto Desyderii: q Lõgobardi sunt Germani: q cũ Sidoniis Sarmatiæ proximis / nunc Polonis / occupauerunt Italiã. Et de triplici eorũ ducatu circa Tyberim Q Desyderius rex: septẽ beneficia cõtulit Etruriæ nunc Viterbo. Q a qualitatibus ppriis & cõib⁹ Viterbũ significat Veiterbũ: Vita Herorũ: Vi trium vrbiũ Vita vrbiũ: Vi turriũ: Vi Thebũ: Vita Herbũ: Vita inermiũ: Vi thermũ. At p substãtiã Viterbũ significat idem quod Etrusce Lucumoniũ: Græce palæologũ: & latine veterum dictatura. Et q Horchia erat prĩceps dea Viterbi: olim Etruriæ. Et de mẽdosa traditione Festi vnde Lucumonii Lucenses dicti. Et vnde nunc patrimonium dictum: qđ antea a principe vrbe Turrena & Etruria dicebatur. ¶Ex authorib⁹ tã veterib⁹ q̃ modernis.

Ptolemaeo: Paulo historico Longabardo: Sillio: Thoma Aquinate: Donato: Liuio: Valerio Maximo: Fatio Florentino: Lelio Vetulonési: Thoma Veltrino: itē Vetuloniensi: Archangelo Michaele caprino para: Tusso siue regio Tuscaniensi: Blondo Foroliuiensi: Raymundo Gallo: Hermolao veneto: Archade nostro: & interpertatione inuictissima nominum.

Institutio octaua & nona.

Octaua institutio est de tabula Ararathea: quam sextę inseruimus. Vltima vero est columna Osiriana. Q₂ sacrae literę Aegyptiae sunt quędā effigies: quae ad secretū aliquod: magis q̄ ornatū aspicienti apparēt institutae. De progenie Osiridis & ortu. Q₂ illius cognoīa fuerunt Iuppiter: Dionysius: Olympicus: Iustus: Saluator: q vniuerso imperauit orbi. Et qd docuit. Q₂ non fuit in orbe locus: & prouincia nobilis: quā non adiuerit. & vocatus ab Italis: tunc a fontibus Istri qui & Danubius venit in Italiā cū Hercule ac diis Aegyptiis. Q₂ Osiris ab Alpibus fudit tyrannos Italiae in prima phlegraea Istria: Hercules in tertia phlegraea Vesuuia: & mox simul iuncti: in media phlegraea Cyminia in subsidente campo Cymeo. Et ꝙ triūphauit cum diis: & Musis Aegyptiis in Vetulonia: in qua est colūna monumētum huius expeditionis: Et in triumphū: a suo cognomine Api: Italiam dixit Apeninam: id est Taurinā. Q₂ sine dubio haec est Osiriana memoria: qa in eo sunt tres effigies soli Osiri tributa semifacies crinita: Calathi: & sceptra in trunco cum effigie istar oculi in summo itemꝙ serpens in imo sceptri qui occuparat imperiū. Et quid oēs effigies significent: Et quo pacto latine legantur.

Author: Plinius: Macrobius: Xenophon: Diodorus: Hesiodus: Cato Antiochus Syracusanus: Dionysius Halicarnasseus: Berosus: Herodotus: Ptolemaeus: Tibullus: & noster Tortellius.

Tertii libri commentaria super Vertumnianam Propertii.

Q₂ idē sit Ianus: coelum: vadimon: Vertumnus & Proteus. Q₂ quadrifrons & bifrons ab auersione diei & anni fingitur & dicitur Diespiter: Iuppiter: optimus: Maximus. Alii sunt dicti Vertūni: Veioues. Cur pingitur multiformis. Q₂ sicut Morchia erat princeps dea Etruriae: ita Ianus Vadimon siue latine Vertumnus erat princeps Etrurię: cuius pars est Tusca in Volsiniensibus focis. Q₂ falso exponitur: Clusinos deseruisse focos ꝑ Volsinos. Q₂ in vico Tusco primum Roma vidit deū Vertumnū aduectū: ex Tusca siue vrbe Etruria. Q₂ Ianus coepit dici Vertūnus in Latio: qñ sub Galerito coeptus est habitari vicus Thuscus. Q₂ etiā Iano fuit Vertumno cognomen: quia est deus vertētis anni & diuersarū naturaꝶ ad cōcordiā: & est deus vertendarū rerū. Q₂ Ianus dictus est Vertumnis & multiformis effectiue: qui vertit priscos rudes ad oīs formas & modos ciuilis vitae ad honestatem teguméti & victus: & cohabitationis: ad rationes fasciū imperii / militiae: serendi: plantādi: vini cōficiēdi: metendi: exercēdi: venandi: aucupandi: piscandi: mercādi: pascēdi: arandi. Ad rationes quoꝙ holitorias: a qbus Ianus Pomonus pater & eius vxor Vesta pomona dicta fuerunt. Dictus quoꝙ fuit Vertūnus vinifer: auriga: patronus: sobrius: sacerdos: pōtifex. Vertit insup hoīes ad rit⁹ sacraꝙ & theologiā: physicā: & ęthicam: Q₂ dictus est solus sator deorū. Q₂ vicus Tuscus illi sacer fuit: sub Galerito Larthe Etruriae. Q₂ Galeritus Lucumo fudit Sabinos: dedit primus Romulo. XII. ꝑtoria siue lictores: iposuitꝙ tribus populis: quibus Romana gens principio constitit: Etrusca noīa: & eos a ducibus suis noīauit: Sabinos quidē Tatienses: Rumnenses aūt qui Romulo cōmunione Asyli coaluerāt: & Thuscos Luceres. Q₂ sub Romulo ligneum Ianū Vertumnū bifrontē in imo Argileto: & sub Numa aeneū factū: transtulerunt posteri ad Argiletum superiorem.

Ex authorib⁹. Beroso: Ouidio: Diodoro: Xenophonte libro de Aequiuocis: Fabio Pictore: Macrobio: Seruio: Myrsilo: Horatio: Varrone: Catone: Liuio: Acrone: Porphyrio: Donato: & Dionysio Halicarnasseo.

Quarti libri commentaria super Aequiuoca Xenophontis.

Q Saturni: Ioues: Hercules: Cæli: Vestæ: Rheæ: Iunones: noīa sunt dignitatū ad seinuicem relata: simul & ad vnū primū analogū: quia plures sic dicti fuerunt vt Cæsares. Q qui fuit vni genti Saturnus: alteri fuit Iuppiter: vt Belus prisc⁹. Et qui vni fuit Hercules: alteri Iuppiter fuit: vt Assyrius filius Beli. Q Assyrius fuit ꝓpriū nomen: & Ninus cognomen. Q Assyrius fuit Babyloniis Hercules: & Assyriis Nin⁹: id est Iuppiter. Q Phoronei fuerunt duo. Antiquissimus rex Græciæ tpe Nini: & iunior filius Inachi rex Argiuorū. Q apud diuersos diuersimode accipit̄ ętas: & annus. Cur Gręci nihil compertum habēt ante Ninū: sed a Nino incipiunt. Cur Xenophon dicit lr̄as Græcis fuisse ab Aegyptiis cū a Cadmo illatas Gracię alii tradāt. Cur Gręca historia de tpib⁹ ante primā Olympiadē & incerta & inconstans. Quō intelligant̄ sex milia annorū Ibericæ literaturæ ante Strabonem. Q ab Ogyge prisco ad Ninū fuerūt anni noue & quadragita supra ducētos. Q Olymp⁹ est nomē æquocū Q Homeri fuere plures. Q Nini fuere plures. Q Ogyges fuere plures. Quo pacto Etrusci sacrabant Olympū: quem Romani fossam & pomœrium vocabāt. Q Galli galera & galea ab inundatione noīs originē habēt. Q inundationes fuerūt qnqꝫ: quarū prima ꝑcessit Ninū sub Ogyge prisco ānis. CCXLIX. Vltia fuit sub Aegyptio Proteo. Q protei. i. Vertūni fuerunt plures. Q vt Iano principia rerū: ita & Vertūno media & fines erant dicata: vt ea bene verteret. Q primo vertūno Iano cōsensu toti⁹ orbis: statuę/aræ ac tēpla dicata fuerunt. Q Cadmi fuere sex: & penultimus dicit̄ e Phœnicia literas attulisse non Phœnicas: sed Galatis & Mæonib⁹ ꝑsilēs: quas vltim⁹ Homer⁹ emēdauit. Q Ioppe fuit cōditū añ diluuiū: & cur Semiramis & Babylonii dicti sūt colūba. Q Titanes Aegypti & Phœnices paulo post primū diluuium Titanas vrbes Tetrapoles ī Aegypto & Phœnicia palęstina cōdiderunt. Assyriorū & Phœnicum tetrapolis prima: & Academia vbi fuerit: & q̄ turpiter Hebręi & frater de Lyra aberrēt in noīe Arbano tetrapoli: Q oīs vrbs regia antiqtus cōdebat̄ arbana. i. quadrata/siue tetrapolis: vt Babylonia: Niniue: Arbea: Hierosolyma: Samothracia: Syracusę: Roma: Etruria.

Ex authorib⁹. Seruio: Lactantio: Eusebio: Diodoro: Aristotele physico: Aristotele historico: Moyse: Plinio: Antiocho Syracusano: Dionysio Halicarnasseo: Archilocho: Iosepho: Beroso: Strabone: Metasthene: Pomponio Mela: Plutarcho: Ouidio: Varrone: Tibullo: Catone: Solino: Masea: Manethone: Iuuenale: Herodoto: Lucano: Macrobio: Horatio: Trogo: & Iustino.

Quinti libri cōmētaria super. Q. Fabium Pictorem de origine vrbis Romæ. Q aurea ætas/sata est post primum diluuiū sub Iano Ogyge/ante Ninū Iouē Assyriorū/annis. CCXLIX. Q Ian⁹ ex Scythia profectus post inundationem terrarum/primus rate venit in vaticanū/lęuum latus Tyberis: sub initiū aurei sæculi: & Olympum regiū: Etruriæ vrbis: & duodenas colonias totideꝫ fasces ad continendū rudes in officio aurei sæculi instituit: & qualis erat hæc aurea ętas: & quid docuit Ianus & eius vxor Vesta. Q duo fuere prima Italiæ imperia primū sub Iano Thuscorum: Posterius Romanorū. Q Nino Ioue turbare incipiente aureum sæculum: Cameses ante: inde Saturnus Caspius: ad Ianū se cōtulerūt: quibus permisit dextrum latus Tyberis Sabinosqꝫ/& Latiū/vbi ad radices Capitolii Saturnus/oppidulū Saturniam po-

ſuit. Et hęc eſt prima Romę origo aureo ſæculo turbari cœpto: ſed nondũ totaliter vitiato / & in argenteũ cõuerſo. Q2 limes iter lanũ Vadimona Thuſcũ: & Cameſenã regionem atq̃ Saturniũ Latium: erat Thyberis. Atæ vtriuſq̃ ꝓuinciæ: laniculę: Etrurię & Saturnii Latii: erant laniculũ & Saturnia. De priſca facie agri Romani inter Thyberim & ſeptẽ colles: & de ordine collium iter Capitolium & Auẽtinũ: ante aduẽtũ Saturni. Et qs fuerit iſte Saturnus: cui aliũ partũ Græcia mẽdax ſupponit in hiſtoria. Et vbi vrbs Veiens. Q2 tres primi colles culti ſunt Romæ: Capitoliũ a Saturno: Auẽtinus ab Italo: vbi Capenã permiſſu Iani iunioris condidit: & Palatinus a Roma filia Itali. Q2 imponere locis & gẽtibus noĩa: erat munus regũ. Q2 Latiũ principio dicta eſt Italia deĩde Etruria poſtea ſenſim tota: ab Alpibus vſq̃ in fretũ Siculũ. Q2 Ital⁹ ſuſcepta tutela ĩperii Thuſci: regnauit in Vetulonia. Q2 nemo in Italia regulus aut rex eſſe poterat ante imperiũ Romanorũ: niſi Cretus de ſanguine Thuſco aut verna eſſet Thuſcoꝝ. Q2 ante Romulũ in Latio null⁹ rex ꝓprie ſed regul⁹ extitit: primuſq̃ omniũ rex fuit Romulus: creat⁹ a Cęlio Veibenno Larthe Etruriæ: qui Romulo triũphum cõtra Ceninenſes peperit & latinos. Q2 Romulus tetrapolim ſiue quadratã vrbẽ ſtatuit in tertio colle: ante habitato a Roma filia Itali: Cælius vero quartum coluit cum Thuſcis: ab eo dictũ Cæliũ & ſibi iunctũ quintũ Cęliolũ a Cęlianis ſuis militibus q poſtea viminalis dictus eſt. Q2 Galerit⁹ Lucumo Arbeę: Thuſc⁹: & poſtea Larthes: triũphauit de Tatio & Sabinis pro Romulo: & eos in fœdera coegit: & tanq̃ princeps inter tres duces Tatiũ Romulũ: & ſe Galeritũ Thuſcũ Lucumonẽ: tribus gẽtib⁹ qb⁹ tũc Roma cõſtitit: impoſuit a ducibus Etruſca lingua noĩa Tatienſes: Rumnẽſes: Luceres: & is primus dedit ꝓtoria Romulo. Q2 hoc Galerito facto Larthe Etruriæ: Romulus tres colles in habitauit: Tatius duos: & Thuſci Luceres: vicum Thuſcũ a radicibus Capitolii: ad radices Auentinas. Q2 eiaculatæ aquæ ſulphureæ: a Iano in Sabinos pro Romulo: eſt fabula pro militia Galeriti initiata ad lacum Vadimonis.

Quid ſit Alba vnde Thyberis Albula: qd lictor: quot armati ſuberant ſingulo lictori. Et de errore Ouidii q̃ Crana fuerit Iani amaſia. Q2 Fauſtulus & Carrucius: viri Larentiæ: fuerunt Thuſci. Q2 tribus Trometina eſt Cæliana: Luceres vero a Lucumone. Q2 tempeſtate Romuli: vrbs habitari cœpta eſt a Thyberi ad ſeptem colles: inde a ſeptem collibus ampliata per alios colles & cõualles vſq̃ ad mœnia quæ nunc cernimus. Q2 vicus Thuſcus olim ante Romulũ & Luceres Thuſcos: erat paludalis: & dicebať cãp⁹ Libyſſus: & Argeus diſtinctus in inferiorem atq̃ ſuperiorem Argiletũ. In hoc vico Thuſco erãt loca ꝑticularia: pars viæ ſacræ: Senaculũ: concordia: Gręcoſtaſis: Aedes Saturni: Vertũnus: Forũ Boariũ Vicus Longhus: Vicus Arniẽſis: vicus Stellatinus: Sabatinus: Larthenianus q & Veiens: Phaliſcus: Herculis ara: vbi Romæ cõditæ Olympus: Forũ piſcariũ porta Carmentalis: Aedes pudicitię: Rotũda Herculis: Forum vęnalium: Lacus curtius: & hmõi. Q2 Thyberis deus diciť Volturnus: a capite imperii veteris principe Volturna. Et q̃ Thyberis ob id Thuſcus amnis nõ latinus dicitur. Et q̃ Volturnus dicitur de pluribus. Et q̃ ab Etruſcis Vertũnus Ian⁹ Vadimõ diciť.

Ex authoribus. Beroſo: Xenophonte Ouidio: Trogo: Iuſtino: Diodoro: Archilocho: Acrone: Iuuenale: Macrobio: Proptio: Cicerõe: Virgilio: Euſebio: Varrone: Plinio: Dionyſio Halicarnaſſeo: Liuio Igino: Seruio: Tortellio: Plutarcho: Solino: Cornelio Tacito.

Sexti libri cõmentaria ſuper Myrſilũ Leſbium de origine Italiæ ac Turrenæ.

Q2 prima propoſitio Myrſili eſt falſa qua dicit oĩs Italia a Græcis eſt culta: & quin

decim ætatibus ante ruinas Troiæ dicta Enotria: ab Enotrio Arcade. Q2 Dionysio minus credit q̃ Myrsilo: de tẽpore aduentus Enotrii. Q2 plures fuere Enotrii: & plures Enotriæ terræ. Q2 Ianus fuit antiquissimus Enotrius: a quo Ianigenę viri: seruata nois interpretatiõe dicti sunt Enotrii: & de cõtradictione Myrsili: Dionysii: Sempronii: & Catonis de origine Lygurũ: & Enotriorũ in Italia: q sint antiquiores. Q2 de Turrenis: Herodot⁹ & alii dicũt originẽ habuisse a Turreno Lydo q cõsedit & habitauit in Thuscia: in prima medietate Thyberis septẽtrionalis. Alii vero eos dicunt suæ regionis esse indigenas: & priscos sub Iano habitatores Italię. Q2 in hac quęstione magis creditur ipsis Turrenis & vicinis Romanis: atq; Lydis historicis q̃ externis & remotis: Et de quatuor regulis ꝓbãdi & vidẽdi: cui magis in cõtẽtione historicorũ sit credendum. Q2 nullus Turrenus noie fuit fili⁹ Atus. Q2 ante Atum & Pelasgos: ac regẽ eorũ fuit Turrenũ nomẽ Et q fabula Turrenorũ Delphinorũ pręcesserit Atũ: & Turrenũ filium eius: & quomõ intelligat illa fabula: & quo tẽpore res illa fuit gesta. Q2 Turreni dicũt se solos indigenas Italiæ: & a Iano ortos: & ab eo post diluuiũ constitutos: & ab eodẽ suã tetrapolim conditã: quã non a Turreno: sed a Tursibus vocant Tursenam Voltursenã Etursiam. Q2 posteri verterunt s. in r. vt Cameses: Camesena: arbos decos: Valesii: Fusii: Phalesii: Tursis: Tursena: Voltursena: Etursia: ꝓnũtiant per r. Camers: Camerena: Arbor: decor Valerii: Furii: Phalerii Turris: Turrena Volturrena: Etruria. Q2 Turreni iacent medii ĩter Phaliscos & Perusinos & differũt ab eis sermone: deis: & moribus. Q2 Romani eis vicini non vocãt eos a duce: sed potius a loco Tursito prima eorũ Metropoli/dicta Etruria vocant Etruscos. Q2 Turreni a duce se: vocant Razenos. Q2 si Terbus filius Atus & frater Lydi venit in Etruriã: vtiq; ipse Terbus ab ipsa Tursena Turrenus cognominatus est & non ab eo Turrena.

Ex authoribus. Beroso: Dionysio: Catone: Fabio Pictore: Virgilio: Varrone: Seruio: Plinio: Antonini Itinerario: Xãtho Lydo historico: Sillio: Eusebio: Xenophonte: Iuuenale: Ouidio: Solino: Isidoro.

Septimi libri commentaria super duo & viginti fragmenta Catonis.

Q2 Catonẽ coegit scribere de originib⁹ Græcanica impudentia & leuitas: q relictis disciplinis maiorũ: & instructi fabulis & nouis adinuentionibus: incredibile est quantas mẽdaciorũ nebulas excitauerint: & oĩa corruperint. Q2 oẽs latini cõueniunt cœptã fuisse habitari Italiã: aureo sclo sub Iano. Q2 Italię splẽdidissima origo fuit cũ tẽpore: tũ pręcipue origine gẽtis Sagæ. Q2 aureũ sæculũ cœpit ante Ninũ ferme annis. CCL. Q2 his tpibus originẽ Italiæ dedit primus Ianus ex Saga gẽte aduectus in vaticanũ: dictũ a vagitu: cũ Gallis ꝓgenitoribus Vmbrorũ. Q2 Ianus primã regiã Etruriam: & Surrenã Augustalẽ: vbi rex salutaret singulis mẽsib⁹: cõdidit. Et. XII. fasces ĩstituit & q̃ sint illę. XII. vrbes quas post cõditionem Etruriæ ac Surrenę posuit. Q2 paulo post constitutis subregulis: Camese ac Saturno circa Latiũ: oĩs origo Italiæ circa Thyberim augustissima primũ fuit. Q2 Italia a diis & ducibus & gẽtib⁹ plura fuit sortita nomina: vt a Iano Ianicula id est Enotria: & sic de aliis. Q2 Thyberis videtur fuisse in tutela omniũ deorũ: vnde nomen Albula habuit. Q2 Albula ab imperio non colore habet originẽ. Q2 Italia dicit Apenina: a duce Aegyptio Api: non a pœno: vel bobus. Q2 Italia primo diuidit in Apẽninos mõtes: in Cisapẽninã & Trãsapenninã. Q2 omnẽ Trãsapenninã Italiã vsq; Alpes & Rhetos: Thusci missis coloniis tenuerũt. vbi & de singulis gentium earũ originibus tradit: & de errore Græcorum atq; mẽdacio de Istro & Istria. Q2 Galli dicti sunt mariti Gal-

linarũ: Celtę quoq; Trãsalpini & Etrusci Cisalpini trãs apeninũ. Et castrati Cybe lis sacerdotes: & lanigenæ. Quæ ciuitates Etruscorũ in Alpib⁹ & trans padũ & cis Padũ sint: & quid de Pado dicitur. De Ancona & Gallia Togata. Q2 Larius: Laro: Arunus: Atlaus sunt originis Etruscæ: Latina declinatione dicti Atlas & Aruns. De origine totius gentis a Gargano mõte ad Brundusiũ. inde vsq; in Leucopetram. De origine gentiũ a Leucopetra ad Sarnum: & a Sarno ad Thyberim & de triplici genere Aboriginũ. Q2 Roma capta fuit sub Saturno: inde ab Italo & Roma filia eius in auentino & Palatino colle prosecuta: postremo sub Romulo per colles & vicum Thuscũ fuit habitata a Tatiensibus Sabinis: & a Ramnensibus Asilanis: & a Luceribus Thuscis: a quibus Romę princeps origo extitit. Q2 gens Etruriæ triplex est: Maritima: Ciscyminia: Veientana: & Transcyminia Etrusca. Et quæ sint singulæ vrbes: & populi in singulis partibus. Q2 ab Ostia: Romę vsq; in Niceam finẽ littoris Italici: incolunt Lygures Etrusci: Lygures Populonii: Lygures Apuani: & Lygures montani: & vnde istis origo. Q2 prima gẽs Etruriæ habet Metropolim Populoniã/id est puppiũ Philarchã. Q2 scđa gẽs Etrurię a Thyberi ad cyminia iuga dicit̃ Vientana siue Lartheniana: a Metropoli Eniano siue Veiente. Q2 tertia gens a Cyminiis iugis ad Pistoriũ dicit̃ Etrusca a principe vrbe toti⁹ Thusciæ Etruria siue Volturrena: q̃ sub radicibus Cyminiis iacet ante Volsinas. Q2 Apeninum mõtẽ icolũt Lygures mõtani: ab Apenino colle: transitu Annibalis vsq; fontes Macrę. Q2 a fontib⁹ Macrę ad fõtes Thyberis incolũt Thusci Apeninũ ad inferũ mare: ad superum vero Galli Aureliani Q2 a fontib⁹ Thyberis ad Narẽ Vmbri incolunt. Q2 Apianũ a Nare vsq; ad Sarnũ habitant Sabini & inde Sabelli cognomine Samnites: a Sabo nominati. Q2 sequẽtes Lucani a Lucio Sãnite dicti sunt. Q2 gentilẽ Sabi proferunt: Sabini q̃dem Sangni: Romani Sanctũ: Barbari Sagam a quo primi Thusci Sagi id est sacri põtifices & expiatores. Q2 Etrusci noluerũt recipere Latinas literas nisi sub Cecina Volturreno: longe post deuictam Etruriã: & hoc quia semp horruerunt fabulas & mẽdacia Græca/a q̃bus Latinæ literæ pendẽt. Q2 tonsurã o uiũ Romanis ostẽderunt Thusci. Q2 Ianus bifrons Quirinalis dicit̃ a victoria Lucumonis a colle Quirinali mouẽtis: Quirinalis vero collis a Curina id est Iunone Sabina.

Ex authorib⁹ Lactantio: Iosepho: Dionysio: Fabio Pictore: Sempronio: Trogo: Iustino: Macrobio: Varrone: Virgilio: Ouidio: Iuuenale: Horatio: Seruio: Xenophõte: Archilocho: Myrsilo: Aristotele: Platõe: Diodoro: Beroso: Plinio: Festo Gellio: Liuio: Hieronymo: Igino: Tralliano: Antiocho: Martiale: Strabõe: Cornelio Nepote.

Octaui libri commentaria super vnũ Fragmentum Itinerarii Antonini.

Q2 ab vrbe in Gallias: sex sunt itinera Maritimum: Littoreum: Aurelianum: Cassianum: Cyminium: Flaminium.

Quæ oppida assignentur maritimo: inter quæ illustriora sunt: Populonia: Genua: Nicea.

Quæ oppida occurrant itinere Littoreo inter quæ clariora erant Pyrgi: Grauiscę Cosæ: Volaterræ: Pisa: Luna.

Quæ oppida occurrant itinere Aureliano: inter quæ nobiliora erant: Tarquinię Volcæ: Mons Tunnias: Tursena.

Quæ oppida Cassiano itinere inueniantur: inter quæ præcipua erant: Forum Cassii: Aruntini veteres: Camillarii: Sena: Phocenses: Luca.

Quę oppida sint in Cyminio itinere: ĩter q̃ pstabãt Veiens: Sutriũ: Fanũ Voltunæ: Volsinæ: Clusium vetus & nouum.

Quę oppida occurrunt itinere Flaminio inter q̃ in ptio erãt: Ocrea: Otriculum:

Narnia: vel Spoletũ: Camerinũ: Vrbinũ

Ex authorib⁹. Plinio: Catone: Aristote le: Varrone: Ptolemæo: Strabone: Dio doro: Virgilio: Dionysio: Pio. II. pontifi. Maximo.

Noni libri commentaria super. C. Sẽ pronium de Chorographia siue descri ptione Italiæ & eius origine.

Q̃ vniuersa Italia assurgit ab Alpibus & finitur freto Siculo: instar insulæ cin cta mari supero & infero.

Q̃ Alpes Italiæ sic diuidũtur: ab Nicea ad Apeninũ Alpes Lygurũ: ab Apenino ad Ocram montem Trãspadanoꝝ: & ab Ocra ad Rhetios. Et ꝙ his ferme tota ori go Etrusca est.

Q̃ mons Apeninus/qui ab Alpib⁹ ort⁹ tendit per mediã Italiã: vsq; in fretum Si culũ: septẽ primoribus gentibus incolit.

Q̃ ab Alpibus ad fontes Macræ Apeni nus incolitur a Lyguribus mõtanis: qui bus Phaetontis origo: quẽ Lygures Phe ritonem vocabant. Et ꝙ Phaeton Colo nias miscuit ab Ostiis Romanis ad Nice am finem Italiæ.

Q̃ Lyguribus omnib⁹ sicut & Etruscis origo est Ianus Genius: a quo Ianiculum & Ianua Genua.

Q̃ a fontibus Macræ ad fontes Tybe ris Apeninum colunt Apuani: orti vete ribus Etruscis Ianigenis Gallis.

Q̃ a fontibus Tyberis ad Narem am nem incolunt Apeninum Vmbri: vete rum Gallorum Etruscorum proles.

Q̃ a Nare amne ad fontes Silaris iuxta Latium: incolunt Apeninum Sabini: San cti siue Sabatii: Sangni: Caspii gen⁹: qui a Megale Turreno ius diuinum & hu manum atq; disciplinas didicere: & non a Pythagora: vt Græcia mendax audet in historia.

Q̃ a fontibus Silaris: ad fontes Voltur ni amnis / Apeninum incolunt Sabelli: quos Latini Samnites: Græci Saunitas vocant: a Sabinis orti.

Q̃ a fontibus Volturni & Sarni vsq; in magnam Græciam: Apeninũ coluerunt principio Thusci & residuum pro maio ri parte Græci.

Q̃ Cisapenina Italia: ad inferum mare: & transapenina ad superum mare: sunt loca Italiæ magis plana sub radicibus a peninis.

Q̃ transapenina Italia plana: ad supe rum mare diuiditur in Cispadanam: & Transpadanam.

Q̃ Cispadana diuiditur in Aemyliam: Aureliam: Flaminiam: Togatamq; Gal liam. Item Picenum: & vsq; Brundusiũ: Idruntum: & Leucopetram. Et hic ponũ tur primores vrbes & earum origo.

Q̃ Trãspadana Italia Gallia diuiditur ĩ Lariã: Venetias: Histriã. Et hic ponit vr bes primores/& gentes: & origines earũ.

Q̃ in Cisapenina Italia: diuisio est ista. Ad Niceam a Macra tenuerũt Lygures montani: origine Phaetontei. A Macra ad Arnum & portũ Lygurũ sunt Lygu res Apuani: origĩe Etrusci. quos sequũt Lygures Populonii vsq; ad caput Etru riæ. a quo ad ostia sunt Lygures Turre ni: vbi campi cõplutorũ lapidum: clari pugna Herculis Aegyptii: ĩ quo errauit Plini⁹. Et de errore expositorum Tibul li. vbi: Nos tenet Etruscis manat quæ montibus vnda.

Q̃ post magnã Græciã a Velia ad Sila rum: sunt Lucani proles Samnitũ. A Si laro ad vrbem Romam vt plurimum te nuerũt Etrusci. exceptis Baiis & Cumis & de origine gentium illarum.

Q̃ Roma non fuit dicta a Romulo: sed Romulus a deo Romæ: incognitæ ori ginis.

Q̃ fuit Romulo & Remo ꝓpriũ nomen Rumulo & Rumo: ab Etrusca deriuatio ne ruma. i. mamma qua fuerunt lactati a lupa: a qua ruminalis ficus vbi lactati. & Rumnenses viri: qui communione Asili adheserũt Romulo: & Luceres Thusci. & Tatienses Sabini: a ducibus omnes dicti.

Q̃n: & a quibus condita est Roma. Et de

mendaciis leuitateq; fabulosa & stomachositate Grecorum in rationib⁹ & antiquitate Italiæ. Ex authoribus. Ptolemęo/Liuio/Plinio/Beroso/Catone/Dionysio/Solino/Diodoro/Seruio/Verrio/Virgilio/Ouidio/Sillio/Varrone/Fabio pictore/Martiale/Metrodoro Sceptio/Igino/Plutarcho.

Decimi libri cōmentaria super Archilochi Epithetum de temporibus.

Q; de tēporibus Homeri poetæ notatis ab Eusebio: solus Archilochus p̄ualet.

Q; ducentis quinquaginta ferme annis ante Ninum fuit prisca inundatio/post quā homines viuebant auream vitam.

Q; auus Nini Saturnus cœpit regnare anno primo & trigesimo supra centum post primum diluuium: Et regnauit annis.lvi.

Q; Belus Iuppiter regnauit annis.lxii.

Q; Ninus regnauit annis.lii. Semiramis.xlii.

Q; a primo anno Nini ad ortum Deucalionis supputantur anni.cccc.li.a prisca vero inundatione septingenti. Ab hui⁹ Deucalionis ortu ad conditam Troiam colliguntur anni.c.xxviii.sed a prisca inundatione octo & viginti supra octingētos.

Q; Troia stetit paulomin⁹ trecētis ānis sub regibus sex. Dardano: Erichthonio: Troe: Ilo: Laumedonte: Priamo.

Q; per quingentos annos post captiuitatem Troiæ floruerūt octo Homeri: Et de singulorum patria: arte atq; tempore Et q̄ Græci eisdē literis vsi sunt quibus & antiquiores se Celtæ siue Galli.

Ex authoribus. Diodoro: Iosepho: Solino: Masea phœnice: Pyndaro: Antimacho: Michandro: Aristarcho: Dionysio Thracio: Aristotele: Simonide: Socrate: Eratosthene: Phylochoro: Apollodoro: Xenophonte: Iulio Cæsare.

Vndecimi libri cōmentaria sup Metasthenem Persam de iudiciis temporum.

Q; sola/vnica/& publica/atq; certissima tempora habent ex Monarchiis: q̄a publica fide sacerdotum tunc notariorū digesta sunt per singulos Monarchiarū reges & annos.

Q; ante Persarum & Medorum Monarchiam præcessit Assyria: cuius tempora ānos & reges/veracissimi Chaldęi seruarunt: & Berosus publica fide transsumpsit: & idcirco eum solū sequunt Persæ.

Q; ante Ninū.cc.xlix.annis regnauerūt tres reges/Ogyges: Saturnus Babylonicus: Belus Iuppiter. Inde a Nino ad Sardanapalum trigesimum sextum regem Assyriorum: regnatū est annis mille ducentis triginta quatuor.

Q; quisq; plures aut pauciores annos in Monarchia Assyriorum asserit: funditus negatur & reiicitur: vt qui publicę fidei contradicens fabuletur & somniet.

Quāobrem ex Gręcis reiiciūtur Herodot⁹: & Cthesias Gnidi⁹/& quisquis eos sequitur: Et Eusebius in sex vltimis annis Sardanapali.

Q; publica fide Persarū regnatū est ab Arbace primo vsq; ad Alexandri Monarchiam annis.cccc.xcv.

Q; Eusebius de temporibus fundit⁹ redarguitur Herodotum fabulatorem secutus tam in regibus q̄ eorum annis/huius monarchię Persarū: quia publicæ illius fidei cōtradicit. quā quia Cthesias Gnidius sequitur: idcirco solus ex Græcis cū Metasthene chronographo Persa recipitur. Ob id similiter explodunt Iosephus: Aphricanus: Clemens: Tatianus: & alii contradicentes publicæ fidei Persicę. Iidem respuuntur in temporibus Monarchiæ Gręcorum & Latinoꝝ/quia publicę fidei Monarchiarū Græcæ atq; Romanæ aduersant. Quas quia Eusebius seqtur: iccirco in vtraq; recipitur.

Ex authorib⁹: Masea: Iosepho: Ouidio: Xenophōte: Solino: Beroso: Fabio pictore: Diodoro: Philone hebręo: diuinis literis: Petro comestore.

Duodecimi libri Capitula ex chronographia quatuor Monarchiarum.

Q2 ab Ogyge ad Ninum fuerunt anni cc.xlix.

Q2 a Nino ad finem Monarchiæ Assyriorum: vsq; scilicet initium Arbacis Medi: numerant anni mille.cc.xxxiiii.

Q2 Monarchia Persarũ & Medorum durauit annis.cccc.xv.

Q2 ab Alexãdro magno ad principium monarchiæ Romanæ deuicto vltimo rege Syriæ & Asiæ Philippo colliguntur anni.cc.xxxvi.

Q2 ab initio dictæ monarchiæ Romanorum: vsq; ad interitum Othonis Cęsaris ante Vespasianum sunt anni.c.lxiiii.

Colliguntur omnes anni certissimi a prisco diluuio sub Ogyge per annos publicę fidei Monarchiarum vsq; ad interitũ Othonis octo ac septuaginta supra trecentos & duo milia.

Ex authorib9 publicę fidei. Beroso: Metasthene. Cthesia Gnidio: Eusebio: Liuio

Tertiidecimi libri Cap. ex emendatissima nuper chronographia Etrusca.

Q2 ea sola historia certissima est quę per substantiã cõstat vera narratione: & per principia indiuiduãtia/dicta hic: & nũc cõstat sua chorographia ꝓpria atq; non discrepante a publica monarchiarꝫ fide.

Q2 ab Ogyge Iano aurei sęculi fundatore Etrusci imperii: vsq; ad suum subregulum Camesem: fuerunt totidem anni quot ab Ogyge ad Ninum fundatorem monarchiæ Assyriorum: videlicet anni ducenti quadraginta nouem.

Q2 a Camese vsq; ad Italũ fratrem Hesperi fuerunt anni.cccc.xxx.

Q2 ab Italo ad finem Mezentii: fuerunt anni.cccc.lii.

Q2 a Tarcone tertio: successore Mezentii vsq; ad sextum annum Cęlii qui iuuit Romulum: supputant anni.cccc.xxiii.

Q2 a septimo anno Cęlii quo fundata est tetrapolis siue q̃drata vrbs Roma vsq; ad perdomitam tetrapolim Etruriã enumerãtur anni.cccc.xliiii.

Q2 ab Elbio Larthe sub quo perdomita est Etruria: vsq; ad Cecinam qui primus recepit literas latinas ĩ Etruria: colliguntur anni.c.xxix.

Q2 a prædicto Cecina vsq; ad Mecœnatem & Octauianum Augustum; fluxerunt anni.c.xxxviii.

Q2 a Mecœnate vsq; ad interitũ Othonis: scribuntur anni.c.xiii.

Q2 a Iano prisco vsq; ad Sceuinum socium Othonis: & interitum Othonis: decursũ fuit in Etruria sub Larthib9 quinquaginta quinq;: & præclarissimis decẽ principibus: totidem annis: quot gentilis monarchiarum supradicta publica fides tradidit: scilicet octo & septuaginta supra trecentos & duo milia.

Qui fuerint dicti Larthes: & principes Etrurię: & quibus nominibus appellati: & quot quisq; regnauerit annis.

Ex authoribus. Iuuenale: Beroso: Manethone: Suetonio: Appiano: Philõe: Liuio: Fabio pictore: Dionysio Halicarnasseo: Eusebio: Catone: Macrobio: Festo: Propertio: Virgilio: Diodoro: Solino: Varrone: Myrsilo: Xenophonte: titulis: Ouidio & Metasthene.

Quartidecimi libri cõmẽtaria sup Philonẽ de tẽporib9. In prœmio q̃stionali.

Q2 quatuor obiectiones contra certitudinẽ Genealogię Saluatoris proponunt cum Iuliano apostata hęretici.

Q2 differt si scribas Helyh/vel Eli.

Q2 eadẽ sunt: Helyh: Helyachim & Ioachim.

Q2 quidam magis delirant in sacris literis q̃ exponant. In præfatione.

Q2 Chaldæorum traditio sola peruenit ad Adam; per tempora ante Ninũ & diluuium priscum.

Q2 Ouidius secut9 est Chaldęos: de formatione hominis & mundi.

Q2 excepta: chaos ipsi9 ęternitate: Moyses consentit.

Q; ferme tot annos enumerat Moyses a primo diluuio ad Adam: quot teste Diodoro ponũt Chaldęi de antiquitate disciplinarum suarum.

In prima parte Breuiarii.

Q; ab Adam vsq; ad diluuium fuerunt anni mille sexcenti quinquaginta sex: A diluuio autem ad Abraham.cc.xcii. Et ab Abraham ad inchoatum tabernaculum legemq; datam: fuerũt anni quinq; & quingẽti: Ab hoc vero templo ligneo ad inchoatum sub Salomone: colligunt anni.cccc.lxxx.

In secunda parte Philonis.

Q; Dauid decreto statuit: vt nati ex se atq; Bersabea succederẽt alter alteri.

Q; posteros Salomonicæ successionis ad vnum interemit Athalia: successores vero ex Nathã fratre Salomonis percussit excepto vno infante Ioas. Et disputatio contra delirantes.

De tribus officiis soli primogenito propriis & de zanedrin.i.senatu & dictatura Hebraica. Quare Iorã occidit fratres.

Q; a templo Salomõis inchoato vsq; ad crematum supputantur anni.cccc.xl.

In tertia parte quę est secũdus libellus.

Q; propter carceres Ioachin editi sunt psalmi duo: octogesim⁹ septim⁹ & octogesimus octauus.

Q; a desolatiõe templi ad liberationem fluxerunt anni.lxx.

Q; a soluta captiuitate ad Alexandrum magnum colliguntur anni.c.xci.

Qui fuerunt duces ex domo Dauid a soluta captiuitate: vsq; ad Iudam Macchabęum: & qui summi pontifices.

Quando & sub quibus gesta sunt / quæ sunt scripta in Iudith & Hester.

Q; ab Alexãdro ad Iudam Macchabęũ / fluxerunt anni.c.liiii.

Q; a Iuda Macchabęo ad Herodem colliguntur anni.c.xxix.

Q; Herodes primus alienigenarum tyrãnidem assumpsit: cuius successio durauit a principio regni sui vsq; ad Agrippinum & decrepitã ætatẽ Philonis: annis.c.xxxiiii.

Q; falsi fratres nitebanť corrũpere euãgelia: & de genealogia vera Saluatoris.

In vltima parte. Q; q̃ sequunť in Philone alius apposuit. De authorib⁹ sequẽdis vel reiiciendis.

Responsiones claræ ad supradictas quatuor obiectiones hęreticorum & Iuliani apostatæ.

Q; sicut angelus Sathanæ se transfigurat in angelũ lucis: ita falsi apostoli transformabant se in apostolos Christi.

Qui erant q resistebant apostolo & quos excõmunicauit apostolus nominatim & quæ dicanť genealogiæ fabulosæ & quęstiones legis interminatæ.

Ex authoribus: Iosepho: Hieronymo: Thoma: Moyse: Septuaginta interpretibus: Diuinis libris: & gentilibus: Diodoro: Xenophõte: Plinio: Antichyde: Epigene: Beroso: Critodemo: Macrobio.

Quintidecimi libri cõmẽtaria sup q̃nq; libros antiquitatum Berosi in proœmio. Q; Berosus floruit circa tempora Alexandri magni: qui patria Babylonicus: dignitate Caldęus: scripsit hunc librum Atheniensibus: ad emendãdos antiquitatum cõplurimos errores.

In primo libro. Q; inter quinq; diluuia primũ ante Ninũ diciť antonomasice inundatio terrarũ: añ qđ Chaldæi tradunt p̃cessisse literas / artes / & homines / annis mille sexcẽtis quinquaginta & amplius.

Q; disciplina gręca cõparatiõe chaldaicę: tota est fabulositas: & p totam vitam errare compellit: Et vaticiniũ Catonis.

Q; diluuium primũ / scelera hominũ simul & astrorum cursus prouocauerũt.

Quæ fuit prima vrbs in orbe: añ primũ diluuiũ. Vbi sit vrbs a Moyse dicta Edẽ: a Græcis paradisus.

Quid Phœnices & Aegyptii: & chaldęi tradant de prisco diluuio: Et q cũ Moyse cõcordant nominãdo Noam: & filios

eius & Archam: & locum & tempus. Et ꝙ Noam vocauerũt Ogygẽ a loco phœnicię palęstinę vbi est prima Phœnicum metropolis Arbea: quæ & Hebron.

In secundo libro. Q; genus humanũ saluatũ fuit & reparatũ in Prisca Scythia Saga / circa Araxem fluuiũ: in Armenia maiore. Et vnde ibi vrbs prima dicit̃ Saga Albina.

Q; Noam dixerũt satorem deorũ & hominum: chaos & semen mundi. Et vxorem ei⁹ Tyteam cognominauerũt terrã. Genealogia & theogonia omniũ principum & regum antiquorum ĩ figuras arborum redacta.

Q; quidam delirãt in exponẽdo numerum ducũ coloniarũ positũ a Moyse Genesis. x. capitulo.

De Tuyscone Germanorum fundatore. De Araxa prisca. De. xvii. Titanibus ægyptiis filiis Iani siue Noæ ac Terræ vxoris: Et mẽdaciis Græcorum. Et q fuerunt primi quatuor dii maiores. De Osiri: De Brygo: Mesa: & Thyno. De Phaetonte / Cydno / Lygure / Eridano.

De Sabacre. De Sypo & filia eius Tyle cognomine Cybele. De Hercule ægyptio: & quinquaginta Thespiadibus: & mendaciis Græcorũ. Et similiter de Geryonibus.

In tertio libro. Q; natura & de⁹ affuit in celeri multiplicatione generis humani post diluuium.

Q; anteq̃ Colonias per orbem mitteret Noa: docuit duces Coloniarum theologiam: ritus sacros: a quibus Saga dictus Docuit physicam & modos viuendi.

Q; sacerdotes instituit notarios & disciplinarum doctores.

Q; docuit Astronomiam: ob quã illi dicauerunt vrbes: & cognominauerũt Cęlum & Solem: vnde Saturnus ægyptius Cameses dict⁹ est filius Cęli & Solis. Ob eandem causam existimauerunt Noam mortuum: cõuersum in animam motricem Cęli: & ius vertendi cardines omne penes eũ esse. Et cur gentes insculpũt Ianum cum cursu Solis: sceptro: clauib⁹.

Q; Tyteam vxorem Noæ vocauerunt Vestam & Terram: & cur.

Q; docuit agriculturam & vinũ cõficere: a quo illum Ianum id est viniferũ cognominauerunt.

Q; fili⁹ eius Cam studebat impietati & impudicitiæ: & patrẽ magice castrauit: & ob id dictus fuit Cameses: id est Cam infamis. In quarto libro.

Q; Ianus multiplicato genere humano diuisit orbem in Asiam: Aphricam: Europam: cõstituẽs singulis partib⁹ singulos monarchas tres primores filios suos.

Q; anno. c. xxxi. a prisco diluuio condita est Babylonia.

De coloniis missis ĩ Aegyptum: Libyã: Cyrenẽ: Numidiam & Aphricam: prĩcipe Camese Saturno Aegyptiorum.

De coloniis missis in Asiam orientalem Indiam: & Arabiam felicẽ: desertam: & Petream: & Phœniciam: & ducib⁹ eoꝝ.

De coloniis missis in Europã: in Germaniam quidem & Sarmatiã principe Tuyscone: Et aliis: in alia loca.

Q; Ianus docuit eos metropolim solam Tursitam fundare: & habitare ĩ cryptis tuguriis & antris. In quinto libro.

Q; ãno. c. xxxi. a diluuio: Nimbrot⁹ Saturnus Chaldæorũ cõdidit Babyloniã.

Q; sub eo Comerus coluit Thusciã: Tubal Hispaniã. Hic Taracon fuit cognomine. Galliam fundauit Samotheus cognomine Dis: & Tuyscõ fundauit Germanos. Gog Arabiã felicem: Mesa autẽ Vallachiam: Illyrim: & Dalmatiam. Ianus condidit Hircanos: & de eius profectione.

De cõditiõe Massagetarũ: Medorũ: Persarum: Assyriorum: Magogorũ: & Anameonum siue Meonum.

De secundo rege Babyloniæ Ioue Belo. Sub eo Comerus in Thuscia tuguria in Veias cõuertit: & Clusiũ posuit. Tyras fundato Tyro etiam Thraces fundauit.

Ianus ponit Colonias in Arabia felice. Cameses in Italiam venit. Ianus ab Arabia in Numidiam concessit ad Tritonẽ Araxa omnem Scythiã coloniis replet. Belus circa obitum excogitauit frãgere aureũ sęculum: & contra Sabatiũ Caspium id est Saturnũ Sagam parauit arma sed ante obiit: q̃ moueret. Succedit Tritoni in Libya Hãmon filius cui Cameses locauit coniugem Rheam sibi sororem. Hãmõ clam Rhea ex Almanthea nympha genuit Dionysium Libycum.

De tertio rege Assyriorum Nino. ꝗ hic primus militiam instituit: & decẽ ferme annis nouissimis aureũ sęculum in argẽteũ cœpit conuertere: sub quo a Caspiis in pontũ fugit Saturn⁹. Sub eo Tuyscõ Germãos; Samothes vero Gallos: & Tubal Hispanos: formãt literis: carminibus & legibus: & Cameses corrumpere nititur Thuscos.

Q̃ ob stuprum Almanthee lis primũ orta inter Hãmonem & Rheam. Rhea ad Camesem venit & vtriq; contra Hãmonem mouentes / Libya potiti sunt: pulso Hãmone. Ian⁹ ab Affrica in Hispaniam colonias transportauit: vbi duabus vrbibus fundatis in Thusciamq; veniens: tertio ãno Camesem ab Italia discedere iussit: Et filiam suã Cranã fascibus insignitã Aboriginibus creauit Helernam: ipse Vetuloniæ docebat: atq; iura dicebat & reddebat. Vbi Cameses ab Italia in Siciliam discessit: & Hãmonem in Libya superauit: Osiridem ex sorore Rhea genuit. Dionysius eũ sibi in filium adoptauit cum Minerua apud Tritonidẽ / deuictis Saturno & Rhea: & Osiridem ęgypto p̃fecit.

Quæ fuerint q̃ Ianus Thuscos edocuit.

Q̃ vltimis annis Nini secũdi reges fuerunt: Iberus quidẽ apd̃ Hispanos: & Magus apud Gallos.

De Semiramide q̃rta regina Assyriorũ.

Q̃ sub ea nata ẽ ex Camese ac Rhea Isis soror & coniunx Osiridis: & Saturn⁹ ad Ianum veniens Latio p̃positus fuit. Apd̃ Germanos regnat secũdus rex Mannus Q̃ Vesta Thuscis virginib⁹ sacrũ ignẽ credidit.

Q̃ Saturnns Sabati⁹ cũ Iano regnat: & Sabum filium Sabinis p̃ficiens in Thuscia moritur: vbi ab eo Sabbatia dicitur.

Q̃ tertius rex Hispanię Iubalda fuit.

De quinto rege Assyriorum Niniade.

Sub eo Ianus in Thuscia obiẽs: Larthem reliquit filiũ Razenũ a quo Thusci Razeni. Osiris cũ sorore Iside fruges & aratrum inueniũt. Iano templum / & cognomen diuinum dei Vertumni statuunt.

Q̃ apud Gallos regnat Sarron.

De sexto Assyriorũ rege Ario. Q̃ paulo ante Camesen in Ractriis obtruncatũ: in Italia Razen⁹ sorori Cranę lucũ & parẽtalia sacrat iuxta Tyberim Ianiculum.

Q̃ apud Libyam regnat Hiarbas / a quo Hiarbæ: apud Hispanos Brygus vnde Phrygii. Apud Italos Aruns filius Razeni.

De. vii. Assyriorum rege Aralio.

Q̃ sub hoc rege Amazones in Libya vicerunt Hiarbam. Apud Germanos regnauit Herminõ: Apud Celtas Bardus

Q̃ ex Armenia Perusinæ & Ausones coloniæ venerunt ad Aruntem Larthẽ: hisq; loca assignata: & similiter Phaetonti Libyco & Lygurib⁹. In Italia regnat Tages Larthes aruspex: & in tribus locis arsit Italia: in Histria: Cymea: & Vesuuia q̃ loca Aramei Palẽsianas & Gręci Phlegræas dixerunt.

De. viii. rege Assyriorum Baleo Xerxe.

Q̃ sub hoc apud Hispanos regnat Targus: apud Germanos Marsus: apud Lygures Lygure filio dimisso Phaeton in Aethiopiam regreditur.

De. ix. Assyriorum rege Armatrite. Q̃ sub eo apud Hispanos regnauit Betus; apud Lanigenas Larthes Sicanus: q tem plo Terræ id est Vestæ dicato eã cognominauit Horchiam: & de Colonis accolis Padi.

Q2 Geryones assumpsit in Hispania tyrannidem primus: & Bardus iunior regnat apud Gallos.

De.x. Assyriorũ rege Bel Ocho. Q2 sub eo apud Germanos regnat Gambriui9: apud Emathios Macedo fili9 Osiris: apd Hispanos trigemini Geryones.

Q2 Itali oppressi a gigantibus euocauerunt Osiridem tunc agentem in vicinis Italiæ fontibus Istri: qui potit9 Italia illã x. annis composuit: & a suo cognomento Api Apeninam id est Taurinam cognominauit: & discessit: relictis nepotibus suis Lestrigone Larthe Italiæ: & Phorco rege maritimo. Apud Gallos regnauit Lucus: & Attica ingens inundatio obtigit sub Ogyge iuniore Attico.

De.xi. Assyriorum rege Baleo iuniore. Q2 sub hoc Phorc9 / Veios Etruscos primos Colonos in Sardiniam transportauit: a quib9 Veii Sardiniani natiõe Thusci.

Q2 Osiris de toto orbe benemerit9 a fratre perimitur in Aegypto consciis gigãtibus in toto orbe: etiam ipso Lestrigone Quos omnes filius Osiridis Hercules Aegypti9 bello ĩdicto sustulit. Et ĩ Italia deletis Lestrigonib9. xxx. ãnis regnauit: multisq; beneficiis Italiæ impensis rediit in Hispanias: quas ante a Geryonibus liberauerat: & Hispalum regem illis præfecerat.

De.xii. Assyriorum Rege Altada. Q2 sub eo Hercules reliquit Vetuloniæ Regem filium suum Tussum: a quo portio Paratussa: id est coronata Tusca. Apud Gallos regnat filius eiusdem Herculis Galatheus: a quo Galli Galathæ. Apud Germanos Vandalus: a quo Vandali. Hercule in Hispania mortuo: Hispani templum & vrbes dicant: & Thuscus filius eius in Etruria primus militiam in cantare more paterno docet.

De.xiii. Assyriorum rege Mamito. Q2 sub hoc regnauit Larthes Etruriæ Alteus Thusci filius in Italia: & Hesperus in Hispania: & Narbõ in Gallia: & Teutones in Germania.

De.xiiii. Assyriorum rege Mancaleo.

Q2 Italus Atlas pulso fratre Hespero in Italiam: regnauit in Hispania: Inde ab Hispaniis in Siciliam & ab ea in Tyberim veniens relicto in Hispania Rege Sicoro tandem coniugio Electræ fact9 gener Coriti: regnauit Larthes Italię ĩ Vetulonia. Apud Gallos regnat Lugdus: Apud Germanos Alemãnus Hercules.

Q2 Italus regnans in Vetulonia filiã suam Romam primã subregulam ĩ Latio condidit: a qua latini reguli cœperunt.

De.xv. Assyriorũ rege Sphero. Q2 sub hoc ort9 ẽ Deucaliõ. Apd Italos Larthes Etruriæ fuit Morges filius Itali: & cognatus Coriti: & post eũ Coritus fit Larthes. Apud hispanos regnat Sican9 paulo post obitum Spheri.

De.xvi. rege Assyriorũ Mamelo. Q2 sub hoc fuit apud latinos Romanessus fili9 Romę secundus subregulus: & primus Saturnus indigena latii. & Sicanus regnat apud Hispanos. apud Gallos Beligius.

Q2 eodem anno cœperunt regnare & totidem annis: Cecrops prim9 apud Athenas: & Iasius in Etrusca Thurrena sede patris Coriti: Et q; in eius nuptiis affuit Isis quæ vixit annis sexcentis vnica ĩter fœminas.

De.xvii. Assyriorum rege Spareto. Sub huius anno quarto proprie cœperũt Cecrops & Iasius: & aliquãto post apud hispanos Siceleus.

Q2 Magi cum Hebręis de magica contẽdentes submersi sunt mari rubro subsequente rege.

Q2 diluuium Thessalicum sub Deucalione: & incendium sub Phaetõte iuniore accidit.

Q2 lis prima intestina in Etruria orta ẽ inter Iasium & Dardanum.

De.xviii. Assyriorum Rege Ascatade. Sub hoc regnauit apd Hispanos Lusus:

apud Gallos Allobrox.

Q; Romanessos primus Latinorum Saturnus sacratur: & successit illi filius ei⁹ Picus priscus. Dardan⁹ dolo peremit Iasium & fugit in Samothraciã: & successit Larthes Etruriæ Bas.

Q; post in Phrygiam & Mȩoniam veniens Dardan⁹ ad patrem Thurreni Atũ: donatus est agro Phrygiæ vbi condidit Dardaniam. Thurrenus contra in Etruriam adnauigãs: a Bante & Cybele atq; Etruscis comi hospitio susceptus: & ciuilitate Thurrenæ donatus fuit.

Ex authoribus cunctis vt in præcedẽtibus libris.

Sextidecimi libri cõmẽtaria super Manethonis supplementum pro Beroso.

Q; sicut Berosus per Assyriorum reges enarrauit aliorum antiqtates ita easdẽ prosequitur Manethon Aegyptius per reges & Dynastias suorum Aegyptiorum.

Q; Manethon vitio scriptorum inuenitur in aliquot annis mendosus.

De Aegypto fratre Danai a quo ȩgypt⁹ vrbs Titanim & prouincia nomen accepit.

Q; sub eo Dardanus Dardaniam condidit: & ꝙ de temporibus regum Troianorum veracius scripsit Archiloch⁹ q̃ Manethon: & Eusebi⁹ eum secutus. Sub eodem Aegypto Thurrenus fuit Larthes Etruriæ: & Romus Rex Galliæ: In Latio Faunus priscus. Et anno .lxvii. eiusdem Aegypti item in Latio Annus Faunigena.

De Menophi successore ægypti. Q; sub hoc apud Gallos regnauit Paris: & in Etruria Tarchon primus. Et apud Hispanos Testa: & nouissimis annis Menophis: in Etruria Abas: & eiusdem nominis Abas apud Argos.

De Dynastia post Menophim quȩ durauit annis .c.xciiii.

Q; sub hac Dynastia regnauerunt in Etruria Veibonus Vetuloniensis. Item Oscus: Tarchon secundus: Tyberinus: Mezentius: & Tarchon tertius. Apud Gallos sub eadẽ Dynastia regnauerunt: Lemãnus: Olbius: Galathe⁹ iunior: Nãnes: Rem⁹. Apud vero Hispanos sub eadem Dynastia regnauerunt Romus: Palatuus. In Latio reguli fuerunt Mars cognomine Ianus iunior: Cæculus cognomine Saturn⁹ iunior: Picus iunior: Faunus iunior: Latinus: Aeneas.

De Dynastia Diapolitanorũ: quæ durauit annis: c.lxxvii.

Q; in hac Dynastia Larthes Etruriæ ac reguli Latii floruerũt. In Etruria qdem Ocnus: Pipinus: Nycius: Pyseus: Tusc⁹ iunior: Annus Felsin⁹. In Latio vero Ascanius: Posthumus: Aeneas Syluius: Latinus iunior: Alba. In Gallia vero Francus.

Tã Manethonis q̃ Berosi commentaria pendent ex authorib⁹: Diodoro: Aristotele: Xenophonte: Ouidio: Archilocho: Solino: Lucano: Strabone: Fabio Pictore: Ptolemȩo: Plinio: Hieronymo: Silio: Moyse: Festo: Iosepho: Masea Phœnice: Vergilio: Seruio: Hieronymo ægyptio: Horatio: Propertio: Cornelio Tacito: Trogo: Iustino.

Decimiseptimi libri Capitula sup quadraginta quæstiones Annias.

Finis.

Eiusdem Fratris Ioannis Annii Viterbeñ. Institutio incipit de æquiuocis Prima.



RISTOTELES vbiq; docet æquiuoca nomina prius esse distinguenda q̃ diffinienda: vt euitetur obscuritas & æquiuocatio nominum: quę etiam eruditissimos capit: & errare compellit. Porro vt author est Varro in de lingua latina: obscurę originis nomina sunt Diua: Volturna: Palatua: Flora: Furina: Falucer: Pomona: Pomonusq; pater. adduntur & Turrena atq; Etruria. Quare distinguenda sunt hæc omnia nomina: vt reiiciamus: quod obiicitur non pertinens ad Etruscam originem.

DIVA vt est latinæ originis a diuinitate deriuatur: & significat diuinũ. vt est Etruscę originis a Dio: id est aere deriuatur: vt sub dio Etrusci: corrupte sub diuo dicunt latini. Inde Dius & Dia atq; Diespiter & Diana. Hæc Varro docet in primo de lingua latina. vñ genitiu⁹ gręcus Zeus: Dios: id est Iuppiter Iouis ab Etrusca origine deriuat: qa barbara & Etrusca origo: antiquior est græca simul & latina. Diua. ζενσ.

VOLTVRNA ET VOLTVRNVS Tyberis volturnus deus Varro in primo de lingua latina distinguit sic. Volturnus: qđ vt oritur in Samnio: non est originis latinæ. Qđ vt caput extra Latiũ non pertinet ad linguã latinã: etiã si in latinã linguã effluat. Qđ vt secus mare: Colonia est Romana: & ad latinam originem spectat. Volturnum Tyberim deum: Roma dicit esse suum: & Etruria suum. De Tyberis vero nomine anceps est historia: dictus ne sit a rege Veientum: an Albanorum. Hæc significat Varro. Liuius vero in. IIII. ab vrbe condita. Volturnum inquit: qđ nunc Capua est: Etruscorũ fuit. Fabius quoq; Pictor: de origine vrbis Romæ: eadem ferme dicit. Sic in fine ad verbum scribit. In parte inquit Romæ sunt loca Etruriæ: Antipolis: Ianiculum. Tyberis ipse limes imperii Volturreni: inter veteres Ianum & Saturnum: qui a principe illi⁹ vrbe Volturrena: per syncopã Tyberis dictus est Volturnus: & ob id Tuscus non latinus. Quod vero Volturnum sine syncopa & compositione est nomen primitiuum: notat fluuium in Samnio: & oppidum Romanũ in littore: a quo Volturnus deus Tyberinus in Latio: sicut & Volturnus vt caput imperii in Etruria. Et subdẽs Fabius: Quamobrem inquit deum Tyberinum: suum dicit esse Roma: atq; Etruria suum: eundem Ianum Vertumnum: & ab eis dictum Vadimona. Ex his omnibus iuuentus nostra Viterbensis cum de Volturnæ nomine cõtentio est: mox ita distinguat: aut Volturna est nomen primitiuum sine compositione syncopaq;: aut simplex & deriuatiuum: aut compositum syncopatum & deriuatiuum. Si est primitiuum simplex & sine syncopa significat fluuium in Samnio: & oppidum in littore Latii. Si vero sit simplex & deriuatiuum: significat Capuam vt ait Liuius: quia deriuatur a cognomine fluuii Volturni: qui vt in Ptolemæo patet oritur in Samnio & præterfluit iuxta Capuam: & in mare mergitur. Cæterum si sit nomẽ cõpositum a vol: & turrena: & per syncopam in compositione dictum Volturna: tunc significat vrbem: caput imperii Thuscorum: regiamq; sedem extra Latium ĩ Etruria. Ergo quoniã accolæ Capuæ & Romani in littore latino: a Volturno dicuntur etiam ipsi Volturni: eruditissime Plinius in. iii. naturalis historiæ Volturrenos regios Etruscos discreuit ab omnibus aliis dicens cap. vi. Volturreni cognomine Etrusci: in eadem parte Volsinienses. Quare quæcunq; Vulturna non est in eadem parte qua & Volsinienses: illa vtiq; neq; Etruria cognomine neq; caput imperii extra Latium est. Nos ergo de Volturna locuturi: illam accipimus quæ in Tuscia erat caput imperii prope Volsinienses: & ad cuius regium Fanum indicebãtur cõcilia. xii. populis Etruriæ: vt Liuius author est. Volturna. Volturn⁹. Tyberis. Volturnũ Volturrena. Ianus Vertumnus. Volturna. Volturreni

PALATVA est nomen obscuræ originis. vt est latinæ: plures habet origines: sicut & Pa- Palatua.

latium: de quibus Varro tradit: vbi de Palatino colle scribit in primo de lingua latina. Vt vero est Etruscæ originis: est cognomen Numidicæ Mineruæ: ad lacum Tritonidem inuentæ: vt copiose exposuimus in opere de lacu Vadimonis Nauiso: ibi Vadimona Palatia.

Flora. FLORA vt est latinæ originis: significat deam florũ: de qua Ouidius in. V. Fastorũ loquit: inducẽs eam ita dicentẽ. Chloris eram quæ flora vocor: corrupta latino Nominis est nostri littera græca sono. In agro Volturreno nostro: viculũ posuerunt Pelasgi: quem Annales Gotifredi vocãt castrũ Chlorę. Nã Lucũ ingentẽ siue Fanũ Volturnæ fama est veteres sacrasse pelasgos: vt tradit Virgilius in. VIII. Aeneidos. Argumẽtũ ei facit Volturnę cãpus ad hanc ætatẽ Pelasgi dictus: q̃uis rustici geminato. ll. pellasgi proferant. Vt Flora est Etruscæ originis deriuat a Falor: vt aiũt Talmudistæ: a quo falora & per syncopã flora: est dea mœrentiũ. Nam Falor per se mœror est: vt etiã diuus Hieronymus cõsentit. Sacrificabat ipsi vt mœrores auferret & lętitiã redderet. Dicatũ ei fuit oppidũ in eodẽ agro Volturreno: ab ea dictum Florentinũ vsq; ad hãc ætatẽ: & quarto miliario aut paulo amplius ab eo distat Tudernum: vel corrupta prima litera in Ptolemæo impresserũt Sudernum. Vtrũq; olim illustre vuis oppidum: vt Plinius author est in. xiiii. naturalis historiæ ca. iiii. dicẽs. Tuscis peculiaris est vua Tudernis: æque ac eiusdẽ nominis Forẽtia. Nõ eñ de Florẽtia præclara nunc vrbe intellexit Plinius: quia tũc non extabat vrbs illa: licet accolas Arnus aliquot haberet: Fluentinos a præfluenti Arno dictos: vt idem Plinius in tertio naturalis historiæ cap. vi. indicat.

Castrum Chloræ.

Falora.

Florentia.

Tudernum

Vua Tudernis.

Furina. FVRINA vt ad linguã latinam spectat significat deã furũ. Vt vero originis est Etruscæ significat deam sortiũ: ad dirimendum lites: deriuata & dicta a furim: id est sortibus: vt diuus Hieronymus & Hebræi cõsentiunt. Venerabat in regione Furina: vbi postea positum est sacellũ beatę virginis adhuc de furinis dictæ: q̃uis rustici mutata litera. u. in. a. de farinis dicãt.

Falucer. FALVCER est (vt ait Varro) obscuræ originis. Nã vt nomẽ simplex secũdæ declinationis: est originis Volscæ vt quidam sentiunt: & significat eorum principẽ deum. Vt vero cõpositum a duobus Etruscis vocabulis fano & luceres: est Etruscũ nomẽ: & per syneraicã compositionẽ dicuntur Fani Lucumonii ciues scilicet circũ fanũ Volturnæ habitantes. Lucerũ vero nomen a Lucumone deriuat. Qđ Varro doctissimus in primo de lingua latina probat authoribus se antiquiorib9 & ratione deriuationis grãmaticæ. Doctores affert: vt Enniũ: q dicit Romam diuisam in tres partes a Romulo vnde tribus dictæ: & eas a tribus ducibus nominatas: Tatienses a Tatio: Rumnenses a Rumulo: Luceres a Lucumone: vt ait Iunius. Et hæc sunt nomina Etrusca vt ait Tolumnius Tragœdiarum Thuscarũ scriptor. Quæq; eñ gens imponit nomina suę linguę. Quare ex tribus ducibus: quorum erat munus imponendi nomĩa: a Lucumone Etrusco imposita sunt: q triumphos pꝑerit Romulo: quia Etrusca sunt noĩa. Nam latini dicunt Titiũ & Titiẽses: Romulũ & Romuleos: Lucios & Lucanos a luceo: Et lucos atq; antelucanum. Porro Etrusci dicunt Tatiũ & Tatienses. Rumulũ vero a Ruma dicunt Rumnum & Rumnẽses: quasi Rumanẽses: vt Sempronius de diuisione Italiæ dicit. Et Luceres a Lucumone: & Lucumo a Luca verbo Etrusco. Lucus vero Etruscæ originis a Luca vltima syllaba habente accentũ: quod vt Talmudistę perhibẽt: significat senẽ & Senatorẽ. Et ideo lucus nõ per antiphrasim a luceo gignitur improprie: vt aiunt Latini: sed q̃maxime proprie ab Etrusca origine deriuat: scilicet a Luca: id est Sene. Lucus id est Senatorius: quia lucus propria definitione: est Senatorũ curia tẽplũ: vt de Luco Latini regis Virgilius in. vii. æneidos definiuit Etruscũ vocabulũ dicẽs. Templũ augustũ ingens centũ sublime colũnis: Horrendum syluis ac relligione parentum. Hinc sceptra accipere & primas attollere fasces Regibus omen erat: hoc illis curia templum. Nõ eñ nisi inaugurato loco: vt ait Seruius: poterat Senatus habere curiam siue cõciliũ. vnde templũ Vestæ nõ erat consecratum: ne illuc Senatus accederet vbi erant virgines. Et ideo lucus proprie: horrendus id est venerandus

Luceres.

Lucumo.

Rumulus.

Luca.

ſyluis:quia centum ſublimis arboribus conſitus quas poetice columnas appellat: vtiq̨ eſt ſe natoribus curia templum:cuius nulla eſt proprietas ſignificata:vt lucus latine deriuatur a luceo:ſed vt Aramee atq̨ Etruſce deriuatur a luca:id eſt Sene ac ſenatore. Quare lucus vt eſt ſenatorum curia templum:ſolam Etruſcam a proprietate nominis habet originem:& non la tinam:niſi tracto per capillos vocabulo ad violētam Antiphraſim. Et ita lucus proprie & ab eo Lucumones ab hiſq̨ Luceres:Etruſcæ originis:& certiſſimæ linguæ eorum nomina ſunt: vt doctiſſimus Varro inuincibiliter probauit.

LVCERES Varro(vt diximus)probate & non verboſe:a Lucumone dictos:origine Etru ſcos demonſtrauit. Is Lucumo fuit Etruſcus:qui poſt Cælium Tuſcum fuit auxilio Romulo contra Sabinos:vt Dionyſius Halicarnaſſeus in.II.lib.ſcribit. Cælius em̄ primus cum manu ſua venit auxilio Romulo contra Ceninenſes & alios latinos: vti Varro ait in primo de lin gua latina. Galeritus vero Arbanus Lucumo auxilio fuit Romulo contra Sabinos:& illos de uicit:dicente Vertūno Tuſco in lib.IIII. Elegiarum Propertii: Tēpore quo ſociis venit Lucu monius armis: Atq̨ Sabina feri contudit arma Tati: Vidi ego labentes acies & tela caduca Atq̨ hoſtes turpi terga dediſſe fugæ. Et in alia Elegia Propertius cū aliis conſentiens: aſſerit Galeritum viciſſe:poſuiſſe prætoria Romæ primū:indidiſſe tribubus nomina:& ita eius au xilio quatuor triumphos Romulū egiſſe:dicens. Primus Galeritus poſuit prætoria Lucmo. Magnaq̨ pars Tatio rerū erat inter eos. Hinc Taties:Rumneſq̨ viri:Luceresq̨ coloni. Qua tuor hinc albos Romulus egit equos. Cato quoq̨ in fragmento.XII.originum. Romulus in quit cum palatio Exquilinum collem tenuit:ab excubiis dictū:quas illi more Thuſco Lucu mo dedit.XII.lictorum ad cuſtodiā ſui corporis:quia Tatius nō erat ſine ſuſpitione infidæ ſocietatis. Hæc exiſtimo eſſe.XII.prætoria vt ait Propertius quæ hic Cato dicit.XII.lictores Et fragmento penultimo Cato. Sub Capitolio eſt Ianus quadrifrons Quirinus a victoria Lu cumonis a Quirino colle mouentis. Quirinalem em̄ collem contra Sabinos tenebat Lucumo Etruſcus:& Romulus Exquilinum:vt ait Dionyſius in.II.li. Fabius item in libro de origine vrbis Romę ſic ait:Condita vrbe quarto menſe:audax facinus in raptu Sabinarum & Latina rum perpetratū fuit. Primū Latini Ceninenſes & alii intulerūt bellū. Romulus implorato au xilio a Thuſcis:cū Cęlio rege Etruriæ primū ex his triumphū retulit:& ob id quartus vrbis collis a Thuſcis habitari cœptus eſt. Subinde Sabini ingens bellum orſi:coegerunt Romulū denuo a Lucumonibus ſocios milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeæ prouincia data: magna manu occupauit collem Quirinalem:vnde mouens contra Sabinos inſequentes Ro mulum:deuicit & in fœdera coegit. Et infra. Diuiſo Romano agro ęquis collibus: Sabinis ac Tatio Capitolium & Quirinalis:Romulo ſequentes Exquilinus & Palatinus:Galerito vero & Luceribus Thuſcis:Cælius & Cæliolus obuenerūt. Deinde ſubdit:q̨ Thuſci relicto Cęlio colle ſubſidentem vallem tenuerunt:quæ vicus Thuſcus dicitur:& q̨ nomina tribubus im poſuit Lucumo lingua Etruſca:a ſe ſuos Thuſcos vocauit Luceres. Seruius itē ſuper.V. ęnei dos:ibi tres equitum turmæ: Tres inquit partes ab initio fuiſſe populi Romani cōſtat:vnam Tatienſem a Tatio rege Sabinorum dictam:alteram Rumnenſium a Rumulo:tertiam Luce rum a Lucumone vt ait Varro:qui ait Romulum dimicantem contra Tatium a Lucumoni bus id eſt Thuſcis auxilia poſtulaſſe:vnde quidam venit cū exercitu:cui recepto:pars vrbis data eſt:quæ vicus Thuſcus dicitur. Hactenus pro Varrone:nūc cōtra eū alios audiamus.

LVCERES. Liuius in primo ab vrbe condita: Lucerum inquit nomen eſt incertæ originis. Reſpōdet Suetonius in vita Caii Calligulę:q̨ Cal. Cęſar paulū abfuit quin ſtatuas & ſcripta Liuii ab omnibus bibliothecis amoueret:carpens illū vt verboſum & negligentem in hiſto ria:qui ſuppreſſit triumphos Romuli habitos & partos victoria Tuſcorū:quod in hiſtoria eſt genus falſitatis:dignū abolitione authoris. Antoninus itē Cæſar in Itinerarii veri fragmēto

Luceres. Lucumo. Galeritus. Luceres.

cum de itinere Cyminio supra Cassianum loqueretur: Volturna inquit: cuius præclaris ge-
stis inuidit Liuius. Porro siquis contra doctissimum sua probantem: solo verbo contradicat:
quod est puerile atq; anile: vtiq; verbosus dicitur: quia solo verbo vtitur: Et ideo iuxta regu-
In Liuium. lam diui Hieronymi: ea facilitate contemnitur qua profertur. Cęterum Liuius contra doctio
rem se in origine linguæ latinę & vocabulorum vrbis: Varronem dico: inexpugnabiliter pro
bantem dicta sua: & alios: solo verbo vtitur dicens: Lucerum nomen est incertæ originis. Et
ideo iure in hac re Tusca: a duobus Cæsaribus damnatur tanq̃ negligens & verbosus in hi-
In Plinium. storia: & ea facilitate contemnitur dictum eius qua profertur: q̃q̃ alioqui eloquentissimus.
Nam aliud est eloqui: aliud recte narrare historias & origines. Similiter Plutarchus & Plini9
& alii reiiciuntur: qui aiunt Luceres dictos a Luci Asili quotidiana communione: quo multi
fuga delati ciuitate donati sunt. Sed isti peccant in origine nominis & in historia. In origine
quidem nominis: quia Luceres non deriuantur a Luco: vt latine oritur a luceo: quia sic dicun
tur Lucii & Lucani: vt supra exposuimus. Peccant vero in historia: quia communicantes fu-
ga Asili: ante raptum Sabinarum: Romulei erant & Rumnenses postea a Lucumone nuncu-
pati. Post bellum igitur Tatienses Sabini & Luceres Thusci adiecti sunt. Postremo obiiciunt
q; Festus dicit Luceres dictos a Lucero Ardeæ rege aduersus Tatium ferēte auxilium Romu
Arbea. lo. Et ad hoc dicit Fabius Pictor a Lucere Arbeæ rege non Ardeæ. Arbea vero est quarta pars
vrbis Etruriæ: a qua Harbanum dicitur & non Herbanum a Plinio: vt ostendimus in. xl. quę
stionibus Anniis. Hactenus de Falucere ac Falucro.

Pomona. POMONA Pomonusq; pater. Hæc sunt obscuræ originis: vt ait Varro. Sunt enim latinæ
Pomonus. originis si deriuantur a Pomo: & significāt Ianum & Vestam qui primi rationem Georgico
rum tribuerunt: vnde & a Georgicis poetis inuocantur. Vt vero sunt Etruscæ originis deri
uantur a Pomazo vltima syllaba acuta: & significat iuuo. Hinc & Dalmatæ dum salutant
Boch. dicunt: Boch ti pomazi: id est deus te iuuet. Ergo Pomonus pater & Pomona: vt Etruscæ ori
ginis est: Iuppiter & Iuno dii optimi: & maximi inter Veioues iidem Ianus Vertūnus & Ve
sta Horchia: vt in commentariis exposuimus super Elegiam Propertii ad Vertumnum: quā
inseruimus pro Iano patre in tertio libro antiquitatum Berosi.

Hetruria. ETRVRIA vt Græcæ originis: teste Seruio: scribitur cum. he. aspirato Hetruria: estq; no-
men cōpositū ab heteros qđ est alter: & oros qđ est finis & limes. Hinc Hetruria quasi Hete-
roria: id est altero fine limitata: vno quidem Macra amne inter Thuscos & Ligures: alte-
ro vero Tyberi fine imperii Volturreni inter veteres Saturnum & Ianum: vt Fabius Pictor
est author: & nos in commentariis super eum explanauimus: de quo fine Iuuenalis dixit.
Et quę imperii fines: Tyberinum virgo natauit. Si ergo aspirate scribatur Hetruria & Hetru
Etruria. sci: significat totam prouinciam & populos eius. Vt vero est Etruscæ originis: scribitur si-
ne aspiratione Etruria: & est nomen deriuatum a Tursibus. Et vt ait Myrsilus de origine
Italiæ & nos copiose super eum demonstrauimus: Etrusci non proferunt Etruriam vel Tur
renam: aut Volturrenam: sed per literam. s. Voltursenam: Tursenam: Etursiam. Huius no
stra ætate argumentum manet oppidulum antiquissimum inter Lucam & Macram: quod
vetusta prolatione non Turrenam sed Tursenam dicimus: licet rustici ob propinquitatem
literarum mutato. t. in. c. dicant Cursenam pro Tursenam. Posteri vero vt author est Quin
tilianus: posuerunt in pluribus. r. in quibus. s. veteres proferebant: vt quæ antiqui dicebant
R. pro. s. Valesios: Fusios: Phalesios: decos: honos: Turses: Cameses: Camesena: eadem posteri di-
cunt Valerios: Furios: Phalerios: decor: honor: Turres: Cameres: & Camerena. Ita & Tur-
ses: Tursenam: Voltursenā: Etursiam: dixerunt Turres: Turrenā: Volturrenā: Eturriam: &
transposita vno. r. Etruriam. Quæ omnia prolixe exposuimus in. xl. quęstionibus Anniis: &
in commentariis supra Myrsilum. Itaq; sine aspiratione Etruria significat principaliter vr-

bem regiam Volturnam circa Volsinienses: quia teste Plinio cognomine Etrusci sunt Volturreni circa Volsinienses. Vnde & Cato in.ii.fragmento vbi dixit Ianum in tractu Vmbrię fundasse regiã vrbẽ: mox in.xiii.eam nomine suo nominans: Etruria inquit olim Italiæ princeps a metropoli eorum sic cognominatur. Dionysius quoq; Halicarnasseus in primo libro hoc ipsum confirmat dicens. Romani vocant Etruscos a loco regionis quondam ab his habitatę dictæ Etruria. Myrsilus item antiquior Dionysio: quẽ idem Dionysius sequitur in libro de origine Italiæ: Turreni inquit Tetrapolim suã vocant Etursiã. Et infra: Romani confitentur Turrenos esse vetustissimos: & eos vocant Etruscos a prima eorum Tetrapoli dicta Etruria. Et Cato item in.xvi.fragmento: gens inquit tertia Tuscię Transcyminia: a Cyminiis diffunditur ad Pistorium. In his Volturna sub radicibus Cyminiis iacens dicta Etruria. Et Plinius: Volturreni inquit cognomine Etrusci: in eadem parte Volsinienses. Idem Cato in fragmẽto.xix. Turrenus inquit patre Elbio ad locum Vadimonis cæso: & semper Romanis prĩcipibus charus: ad reddendam vrbem Etruriam pellectus est: anno secundo Olympiadis centesimæ vigesimæ quartæ. De hac deditione Valerius Maximus libro.iiii.cap.ccccxvi. Quod inquit sequitur: idcirco inter externa posuimus: quia ante gestum est: q̃ ciuitas Etruriæ daretur. Et ita Liuius intelligitur in primo ab vrbe condita dicens. Sabinis erat vicina Etruria: ꝓximi Etruriæ Veientes. Et in nono ab vrbe condita: Fabio inquit decretus fuit triumphus: ob egregie perdomitam Etruriam. Quæ profecto duo falsa essent si origine Græca pro prouincia sumeretur & scriberetur Hetruria. Veientes enim non sunt finitimi Hetruriæ: sed intra Hetruriam: vt recte dicit Plutarchus in vita Romuli. Neq; verum est ꝙ Fabius egregie perdomuit Hetruriam: qui vix cepit subiacentem Cyminiis Volturnæ regionem hanc. Etenim neq; a fronte attigit Volsinienses Volturnæ proximos: neq; a sinistris Tarquinienses vicinos: sed eos sequente anno Decius subegit: vt ipsemet Liuius ibidem scribit. Quare quod refert Liuius verum est pro Etruria: sed non pro Hetruria: & ita sine aspiratione scribẽdum est in Helio Spartiano: in vita Cõmodi & Antonini Annii Veri: vbi scribit: plæraq; horum origo: materna quidem ex Fauentia: paterna vero fuit ex Etruria. Et item Antonino factum est omen imperii in Etruria: quia eius dolia suffossa supra terram reperta sunt: & ædes eius in tota Etruria examen apum compleuit. Et item: Antoninus præfecturam Etruriæ tenuit: quia multas possessiones paternas in ea habuit. Aetate nostra faciunt argumentum: eius prædia: quæ adhuc fora Annia nuncupamus: ab Annia Tuscorum vetustissima familia dicta: ex qua ortus est Antoninus: vt idẽ Helius scribit. Possunt adduci innumera loca authorum: in quibus Etruria pro vrbe regia Volturna accipitur: & sine aspiratione: quia a Tursibus deriuatur.

TVRRENA: & Volturrena. Ol Hebræi & Vol Aramei dicunt quod latini æternum: vel antiquissimum & priscum. Hinc Turrena commune nomen multis vrbibus Turrenis: sed Volturrena id est omnium antiquissima Turrena: vni soli cõuenit. Igitur vt est Etruscæ originis Turrena & Volturrena: sine aspiratione scribenda sunt & a Tursibus deriuantur: non a Turrheno Mæone: quia multis ætatibus & sæculis q̃ pater & ataui Turrheni essent nati: vtiq; Turrena & Volturna erant a Tursibus dicta: vt clare probat Myrsilus de origine Italię & eum sequutus Dionysius in primo libro vtrunq; refert atq; probat: & nos in commentariis super Myrsilum exposuimus. Vt vero sunt Græcę originis: scribenda sunt cum rrh aspirato: & ypsilon Tyrrhenus: & Tyrrhenia: atq; Tyrrhena: & significat Terebum filiũ Atus: & eius oppidula circa Tyberim: vbi consedit: vt referunt Myrsilus & Dionysius: & nos copiose explanauimus in eiusdem Myrsili commentariis: & in.xl.quæstionibus Anniis. Ergo cum in contentione nomen & orthographia fuerit: referat se iuuentus nostra ad Etruscã originem de Etruria: Turrena: Volturrena siue per syncopam Volturna. Turrena. Ol.&. Vol.

Tuscia. TVSCA TVSCIA vt est Arameæ & Etruscæ originis: dicuntur a Tusco rege filio Herculis: quē pater Vetuloniæ præfecit deletis gigantibus Lestrigonibus Italiæ: vt ait Berosus in V. antiquitatū super quē iā cōmentaria cōfecimus. Id idē sentit Festus dicēs: Tuscia dicit a Tusco rege filio Herculis: & scribit sine aspiratione. Tusca vrbs: a qua Tuscanienses & Tusci: & Tuscia ager eius: a quo in Tuscis dicuntur esse ab historicis: oēs regionis eius incolæ: vti est illud Plinii l. XIIII. naturalis historię ca. IIII. Tuscis īquit peculiaris est vua Tudernis: æque ac eiusdē noīs Florētia. Et in. XXXIII. li. ca. III. Equestris inqt ordinis nomē sepe varia tū est. Sub regibus enim & Romulo celeres appellati sunt: inde Flexumines: postea Trossuli ab oppido eiusdē nominis citra Volsinos nono lapide in Tuscis: capto absq̧ pedite. Similiter illud Liuii. Cęso noctu exul in Tuscos abiit. Sic enim sine aspiratione Etrusci & Tusci iidem: quia Tusca est quarta portio regiæ vrbis Etrurię: vbi Vertumnus colebatur: vt postea dicet.

Thuscia. Vt vero est Gręcæ originis cū aspiratione. th. Thuscia scribit: & significat totā prouinciam. Et vt Seruius & Festus asserunt: deriuat Thuscia a futuro huius verbi thuo: id est sacrifico & aruspicor: qđ facit futurum thuso: a quo thusia: id est sacrificola & aruspicatrix. Et hanc deriuationē Græcā habuerūt a Mœonibus eiectis Pelasgis: vt insinuat Plinius in. III. naturalis historiæ ca. VI. dicens. Etruria sæpe mutauit nomen. Vmbri eam coluere: quos antiquitus pepulere Pelasgi: hos Lydi: a quorum rege Turrheni: mox a sacrifico ritu: lingua græca Thusci cognominati fuerunt. Q̄ si quæris: vnde Thusia addita. c. dicatur Thuscia? respōdimus in. XL. quæstionibus Anniis: quia Romana lingua id moris habuit. Vnde Cilissam: Ciliscam: Phœnissam: Phœniscam: Libyssā: Libyscam: & Libyssillā: Libyscillā proferunt. Vnde quā Græca origine a futuro thuso thusiā dicere decet: ipsi addito. c. dicunt Thusciā. Argumento sunt vetusta prolatione pmanentia loca: Tussa: para tussa: Tussa Nana: quæ Romani proferūt Tusca: hastata tusca: Tusca Nana: siue tuscanella. Est aūt Tusca Nana vrbs diruta inter Tuscanellā & Caninū. Et para tussa: id est hastata Tusca est pars Volturnæ siue Etrurię Tetrapolis: vnde fuit Lybacas dux: ex Delphinis exul: de quo l. III. Metamorphoseos Ouidius ait. Furit audacissimus omni de numero Lybacas: qui Tusca pulsus ab vrbe. Exilium dira pœna pro cede luebat. Hactenus de obscuritate originis nominum quasi æquiuoca: quo ad satis est pro nostra vrbe Etruria nunc Viterbo: vt videbitur.

Tusca Nana. Lybacas.

Finit institutio de æquiuocatione & origine.

Eiusdem Fratris Ioannis Annii Secunda institutio incipit: de definitione nominū Turrenæ: Volturrenæ: Etruriæ: & de forma veteris eiusdem vrbis.



VBI IAM ORIGO quasi æquiuoca Turrenæ: Volturrenæ: & Etruriæ patuit: instituēda est iuuētus Etrusca de diffinitiōe nominū dictoꝝ: vt Etruscæ originis sunt: & a Tursibus deriuant. Initiū diffinitionis sumendū est ab ipsis Tursib⁹. Sunt aūt Turses Etrusca lingua ędes turritę: vt insinuat Dionysius in primo libro: & Myrsilus exprimit i de origine Italiæ. Et ideo diffinitur vrbs a Tursibus deriuata: q̄ sit vrbs turritis ædib⁹ extructa: vt idē Dionysius significat: secutus Myrsilū: q in prædicto libro sic habet. Etrusci turses & turrenas vocant: si sunt Tetrapoles: turritas ædes: pinde ac Mossineci a Mossinis in Asia. Ex his eandē vrbē significant regiā: vt sunt Etruscæ originis: videlicet Turrena: Volturrena: Etruria. Inuincibilia autē argumenta sunt ab origine propria noīs: simul & a diffinitione. Nā quę cūq̧ eandē propriam deriuationē & originem nominis habent: eandem rem significant: licet possint differre in modo significandi: teste authore modorū significandi & speculatiuis non vulgaribus grammaticis: vti fluuius: fluentum: fluere: flere: quæ a fluo habent originem.

Turses. Turrena. Volturrena. Etruria.

Porro Tursena: Voltursena: Etursia: quã latini protulerunt Turrenã: Volturrenã: & Etruriam: vtiqꝫ a Tursibus vnã eandẽqꝫ propriã originẽ desumũt: vt probat Myrsilus: & eũ secutus Dionysius: & cõmentaria nostra super Myrsilũ. Quare eãdẽ vrbẽ significãt: licet diuerso modo significandi. Nam Turrena significat per modũ cõmunis turritã vrbẽ. Volturrena vero addit antiquitatem vt diximus: & Etruria frequẽtiam & crebreitatẽ. Etruria enim val de turrita: sicut Volturrena antiqua turrita dicitur. Vnde omnis Voltursena & Etursia est Tursena: sed non oĩs Tursena est Etursia & Voltursena: quoniã inter Lucã & Macrã est Tursena viculus: non tamen est Etursia & Voltursena: qa nõ est frequẽtibus & crebris extructis ædibus extructa: neqꝫ antiquissima omniũ: qđ soli regiæ conuenit. Similiter quæcũqꝫ habẽt eandẽ penitus definitionẽ: sunt eadẽ: vt Marcus / Tullius / Cicero. Porro Turrena / Volturrena / Etruria: eãdem penitus definitionẽ habẽt: quia quælibet definit ꝙ sit vrbs extructis turritis ædibus. Quare Turrena: Volturrena: & Etruria eandẽ turritã vrbẽ significant. Colligit item ex supradictis ꝙ vrbs Etruria fuerit tetrapolis: vt Myrsilus insinuat. Qđ profecto & ex aliis probamus. Nã & regiã sedẽ antiqui: vt insinuat Xenophon in libro de æquiuocis: tetrapolim constituebant: id est quatuor distinctis portionibus / instar oppidi: & partes eius regiæ erant: vt ibidem in commentariis probauimus de Babylonia: Niniue: Arbea Phœnicum: Samothracia: Hierosolyma: Syracusa: Roma: & ipsa vrbe Etruria: de qua Myrsilus circa finem libri de origine Italiæ dicit. Tetrapolim quoqꝫ suam Etursiam Turreni: & eius partes Voltursenam: Vetuloniam: Tuscam: & Harbanũ cognomine a Luco Calumbũ: a deo suo fundatam afferunt. Porro latini singulis his partibus regia munera tribuũt: vt intelligas vere partes vrbis regiæ fuisse. Nam Vetuloniæ fasces & secures: Volturnæ Senatorum Fanum Lucumqꝫ: Tuscæ principem tribuunt vrbis regium deum: & eiuscemodi. Et quidem de fascib⁹ tributis Vetuloniæ: Sillius Italicus in. VIII. testatur dicens.

Turrena. Volturrena. Voltursena. Etursia.

Vrbium dictarum decora.

Mæoniæqꝫ decus quõdam Vetulonia gentis: Bissenos dedit hæc primos præcedere fasces
Et iunxit totidem tacito terrore secures. Hæc altas eboris decorauit honore curules:
Et princeps Tyrio vestem prætexuit Ostro: Hæc eadem pugnas accendi protulit ære.

Berosus quoqꝫ ac Manethon in Vetulonia regnasse omnes reges Italiæ a Iano ac deinceps: & eam fuisse regiã regũ afferunt. Qꝫ vero Volturna fuerit regia: & illi Lucus regius tributus: qui erat vt in præcedẽtibus expositũ est / regibus curia tẽplũ: tã Liuius q̃ alii docẽt: q ad fanũ Volturnæ indici cõcilia. XII. populis Etruriæ perhibẽt. Virgili⁹ quoqꝫ in. VIII. æneidos scribit ad auxilia imploranda ab Etruscis cõtra Turnũ: venisse Aeneã ad Lucũ ingẽtẽ Lucumonũ patrum religione late sacrũ. Qꝫ aũt Tuscæ parti regius Etruriæ vrbis deus tribuatur: patet in Elegia Propertii ad Vertumnũ: in qua Vertumnus dicit: Tuscus ego: Tuscis orior. Est enim Vertumnus municipalis ac princeps deus vrbis Etruriæ: vt insinuat Varro in primo de lingua lati. Qꝫ vero Harbanũ sit regiũ: cũ nomẽ indicat: quia Harbanũ quarta pars dicit ab Arbea qđ est quarta secundũ Talmudistas: tũ pcipue cõstat ex eo ꝙ a Luco regio: Calumbum id est viride cognomen desumpsit: vt Myrsilus dicit. Qꝫ vero hę quatuor partes essent discretæ: non sub vnis mœnibus: non modo decretũ Desyderii probat: sed etiã Plinius: q eas distincte enumerat in. III. naturalis historiæ ca. VI. dicẽs. Harbanum Tuscanienses: Vetulonienses: Volturreni cognomine Etrusci. Institutio hæc secunda erudit iuuenes nostros: si nomina in contẽtionem & significata veniant: asserere regiam sedẽ Thuscorum tribus synonymis eandẽ esse Etruriã: Turrenã: & Volturrenã: & eam fuisse tetrapolim: cuius partes regias: authores nominant Harbanum: Tussam siue Tuscam: Vetuloniam: & Volturnam vti exposuimus. Qꝫ si quis obiiciat Volturnam esse nomen commune toti tetrapoli: sicut Turrenam & Etruriam: & ob id non esse nomen partis: neganda est cõsequentia: quia antiquitus vt plurimum: aliquod nomen commune toti vrbi vni partium eius imponebatur. Vnde &

Vetuloniæ reges.

Harbanũ.

Samothracia. Thraicia Samus: quæ nunc Samothracia fertur: antea dicebatur Samus tota & pars similiter: dicente Strabone in eius Geographia. Samothracia inquit cum esset tetrapolis habuit vnã ex his/quæ Same & Samos dicta fuit. Similiter & Babylonia & Niniue fuerunt tetrapoles: vt patet Genesis. X. ca. Et tamen vnam partem Babyloniæ tam Moyses ibidem q̃ alii nomine totius vocant Babyloniam: & vnam partem Niniues vocant Niniuen. Pari forma etiam tetrapolim Etruscam communi nomine vocant Volturnam: & similiter partem eius. Et hęc sufficiant pro secunda institutione. Nunc de tertia est tractandum.

Finitur secunda institutio.

Eiusdem Fratris Ioannis Annii Viterbensis Tertia institutio: vbi sit Tetrapolis Etruria.



Etruria vbi sit. QVAERENTIBVS vbi sit Tetrapolis Etruria: Respondendũ est: vbi limites eius & partes: quia totum nõ est sine partibus. Et primo sic respondeat nostra iuuentus. Ibi est Etruria: vbi eã egregie perdomuit. Q. Fabius cõsul transgressus iuga Cyminia: vt author est Liuius in nono ab vrbe condita. Sed illam perdomuit ad lacum Vadimonis: habentẽ a tergo Cyminia trãsgressa iuga: a fronte autem Volsinienses: & a sinistris Tarquinienses: quos non attigit: sed Decio in annũ sequentẽ reliquit: vt ibidẽ Liuius scribit. Ergo Etruria vrbs ad lacum Vadimonis est: habens a tergo Cyminia iuga: & a sinistris Tarquinias: & a fronte Volsinienses. Quare necessario sequitur: vt Etruria sit inter Cyminia iuga: & Volsinienses Confirmat idem limes Volsiniẽsis ab argumẽto a cõiugatis inuincibili tã secundũ peripateticos q̃ etiam Ciceronẽ in Topicis: vt si iustitia est bonitas: vtiq̃ iustũ est bonum. Et si Fluentini sunt ciues Florentini: equidem Fluentia est ciuitas Florentia. Quare necessario consequens est: vt si Volturreni sint cognomine Etrusci: vtiq̃ Volturna vere sit cognomine Etruria: ac propterea vbi Volturreni & Volturna: ibi Etrusci & Etruria. Cęterum teste Plinio in tertio naturalis historię: Volturreni cognomine Etrusci sunt circa Volsinienses. Ergo vrbs Volturna cognomine Etruria est circa Volsinienses. Rursus vbi pars Etruriæ vrbis: dicta

Volturrena. Tusca. Tusca: vtiq̃ ibi est & ipsa Etruria tetrapolis. Cæterum vrbs Tusca dei regii Vertumni: est in focis Volsiniis: dicente in Elegia Propertiana eodem Vertumno.

Tuscus ego/Tuscis orior: nec pœnitet inter Prælia Volsinos deseruisse focos.

Ergo eius tetrapolis Etruria est in focis Volsiniis. Hæc de limite vrbis Etrurię: ex parte Volsinia. Nunc de eius limite ex parte Cyminia repetendum est. Vbi igitur finit gens Ciscyminia: quæ teste Catone Veiens a Metropoli dicitur: ibi est vrbs Etruria: dicẽte Liuio in primo ab vrbe condita. Sabinis inquit est vicina Etruria: proximi Etruriæ Veientes. Cęterũ Veientes finiũt limites suos in iugis Cyminiis: & lacu Cyminio. vt author est Cato i. XV. fragmẽto de originibus. Quare Etruria vrbs est proxima iugis & lacui Cyminio. Q đ clare insinuauit Liuius in nono ab Vrbe condita: dũ profectionẽ Transcyminiã. Q. Fabii scribẽs: postera inquit die/luce prima consul Cyminia iuga tenebat. Inde contemplatus opulenta Etruriæ

Vetulonia. arua: milites emittit. Amplius: vbi Vetulonia regia: ibi Etruria tetrapolis eius: quia vbi pars: ibi & totum. Porro Vetulonia est iuxta lacũ Cyminiũ: & Thermas: in quarũ aquis est piscatura salubris: & in regione mediterranea Tyberina: vbi Turrhenus consedit. Ergo ibi est tetrapolis Etruria. Etem de loco Thusciæ vbi consedit Turrhenus: oẽs cõsentiunt q̃ non cõsedit in maritima gẽte: quę teste Catone in fragmẽtis originũ/diffundit ab ostio Tyberino vsq̃ Lunã & Macrã. Similiter nõ consedit in secunda gente mediterranea Veiente: quæ eodẽ authore diffundit a Vaticano in Cyminia iuga. Restat igit: vt in tertia gente mediterranea consederit: quæ teste Catone protenditur a Cyminiis iugis ad Pistorium. Non enim sunt in

Tuscia vt enumerat Cato/nisi istę tres gentes. Maritima: Transcyminia & Ciscyminia. Qđ & de.xii.populis significauit in.x.æneidos Virgilius.

Gens illi triplex: populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis: vires de sanguine Thusco.

Quod eqdē copiose in quęstionib⁹ Anniis & cōmentariis super fragmenta Catonis exposuimus. Verū quoniā gēs trāscyminia diuidit̃ in Tyberinam & Arniēsem: & Tyberina est a iugis Cyminiis circa Hortē oppidum/& a lacu Cyminio vsq ad fōtes Tyberis & Arretiū: Arniēsis autē est ab Arretio & fontib⁹ Arni vsq Pistoriū: cōsequēs ē: vt quoniam Turrhen⁹ nō consedit in gente maritima prima Thusciæ/neq in secunda Ciscyminia Tyberina Veiente a Vaticano ad lacum Cyminiū: equidē tenuit tertiam transcyminiam gentē/aut Tyberinā: aut Arniensem. Non autem tenuit Arniensem. Ergo necessario tenuit eam partem Tyberinam transcyminiam: quæ est a fontibus Tyberis & Arretio vsq ad Hortē & lacum Cyminium. Hanc argumentationem nostra iuuentus firmet authoribus/Myrsilo & Dionysio Halicarnasseo: atq Herodoto qui exprimunt/ad quā partem Thusciæ Turrrhenus Męones adduxerit. Dionysius enim in primo libro/breuib⁹ dicit: Herodotū & quosdam alios scribere Turrhenum ad partem septērrionalem Tyberis venisse vbi erat Vmbris habitatio: & cum eis consedisse/habitasse: & vrbes ędificasse/quæ extant. Myrsilus quoq de origine Italiæ super quē iam cōmētaria confecimus: his verbis vtitur. Turrhenis quidam originē suspicant̃ esse a Lydis. Et paulo post. Turrhenus inquit fili⁹ Atus in septētrionalem ptem Tyberis veniens/eius totam medietatem a fontib⁹ vsq vbi erat priscis Vmbris habitatio/tenuit: & cū eis consedit & habitauit: & vrbes hactenus dictas Męonias & Turrhenias ædificauit. Quæ autem sint istæ vrbes in tractu Tyberis ab Arretio ad lacum vsq Cyminium: siue a fontib⁹ Tyberis vsq ad Hortē: si quis scire cupit: legat commentaria nostra super Myrsilum: & Annias quæstiones. Satis est iuuentuti Etruscę instituendæ/Lydos consedisse in tractu Tyberis septētrionali & ipsum Turrhenum consedisse & habitasse vbi fuit priscis Vmbris habitatio. Quærendus est igitur locus ab Arretio vsq ad Cyminiū lacum vbi fuit priscis Vmbris habitatio. Vmbri enim antiquitus coluerunt Etruriam: quos pepulere Pelasgi: vt Plinius dicit in.iii.naturalis historiæ cap.vi. vbi etiam ad mare thuscum numerat Vmbronē fluuium & tractum Vmbriæ/scilicet finem eiusce tractus/qui incipit a Tyberi septētrionali parte/quia ibi fuit priscis Vmbris habitatio. Quærendum est hoc loco ad complementū doctrinæ: qui dicuntur prisci Vmbri: qui patres eorum: & vbi nati: & quando a Pelasgis pulsi ad montes. Respondent ad hæc. M. Antonius & Cato in fragmentis: & Myrsilus in supradicto loco. De. M. Antonio testimonium perhibet Solinus in Collectaneis dicens. Veterum Gallorum prolem Vmbros esse. M. Antonius asseuerat. Hos eosdem quia tempore aquosæ cladis hymbribus superstites fuerunt Græce Vmbros dictos. Cato item in fragmento.ii. Ex Scythia venisse Ianum rate in Vaticanum: a quo ipse deus Vaticanus cum Dyrim & progenitoribus Vmbrorum: & a Vaticano progressum in tractum Vmbriæ ibi fundasse regiā & fani Olympum sacrasse: & non longe a regia dicasse Augustalem Turrhenam: vbi ad salutandum regem nouis lunaribus.xii.populi conuenirent. Myrsilus quoq de origine Italię Tetrapolim inquit suam Turrheni Etrusiam/aureo sæculo mox post inundationem terrarum a deo suo fundatam asserunt: argumentaq afferunt agrum suum eorum lingua Sale Vmbrone dictum vbi primum geniti Vmbri. Et deos/ritus/mores/literas & leges illius vetustatis: quibus a cæteris differunt etiam sibi vicinis. Rursus Cato in.iii.fragmento: Italia inquit complura a diis & ducibus sortita fuit nomina: a Iano Ianicula: a Camese Camesena: a Saturno Saturnia: a gentilibus Sale Vmbrona: & reliqua. Sempronius quoq de diuisione Italiæ: Montes inquit ab fontibus Tyberis vsq ad Nar inhabitant Vm-

Tyberini.
Arnieñ.
Turrheni aduentus.
Vmbri prisci.
Ianus.
Italię noia.

Vmbri. bri:prima veterum Gallorum proles:vt Augustus scribit:Ex his ergo authoribus:& quę in commentariis super eos demonstrauimus:respondetur ad quæsita:ꝙ primi Vmbri dicũtur prima proles Italiæ:nata in Sale vmbrone Etruriæ:a gentilibus veteribus lanigenis Gallis id est inundatis:vt in commentariis ostendimus sup Xenophontē de æquiuocis. Vocabulum autem Sale vmbrone vt sup Myrsilũ & alios ꝓbauimus:est Arameũ & Etruscũ/& Sale significat egressum.Hinc Sale vmbrone est regio Etrurię in qua egressi ab vtero veterum lanigenarum fuere Vmbri:& a Pelasgis pulsi vt ait Plinius.Quo autem tempore: in historia Etrusca narrauimus.Nũc examināda est regio ab Aretio ad lacũ Cyminium:vbi sit Sale vmbrone.Et quidem nusq̃ inuenitur nisi in agro Volturnæ nostrę:quia vt ait Myrsilus: Etrusci vocant agrum suum Sale vmbrone:quo primũ geniti fuerunt Vmbri.Hincvsq; ad ętatē nostram: partē amnis exeuntis a lacu Volsiniēsi vocat vulgus la caduta di Sale vmbrõe.Antoninus quoq; in fragmento itinerarii sui/qđ est de sex p̄cipuis itinerib⁹ ab vrbe Roma ī gallias:de itinere Cyminio supra Cassianũ loquēs:ordinate loca enumerans ait.Cyminio itinere sunt Gallera:Larthenianũ siue veiēs:Rosulum:Sutriũ:Lacus elbii:iuga Cyminia:fanum Volturnę cuius claris gestis inuidit Liuius:Sale vmbrone Volturnę:Larthes amnis Volsinæ Clusium vetus:olim Comersolũ.Clusiũ nouũ a quo nunc dictus clusentinus transitus Annibalis:Phesulę transitus.Ex quo euidētissime patet:argumentum vulgatũ:qđ ex dictis pendet esse validissimũ.Turrheni inquit & tusci soli indigenę.s.Italiæ ac propria regiõe oriundi sunt:cęteri cõuenę & aduenę ab origine scribũtur:vt Myrsilus ꝓbat:et Dionysius Halicarnasseus in primo libro insinuat:& Cato in fragmētis atq; Fabius Pictor in de origine vrbis Romæ significant.Cæterum in Thuscia Ianus fundauit primam omnium vrbem tetrapolim Etruriam.

Alii mũdatis.

Sale vmbrone.

Etruria. Volturrenā ī subcyminiis / vbi prima proles Italię in Sale vmbrone orta fuit:vt ꝓbatũ est.Igit̃ in tota Italia prima omniũ vrbiũ est tetrapolis Etruria:& eius quatuor partes Arbanũ/Tussa/Volturna & Vetulonia:quæ dicta est decus Męonię gentis:vt Silli⁹ in.viii.li.cecinit:qa Turrhen⁹ & Lydi ea donati & decorati fuerũt:vt Berosus in.v.antiquitatũ exprimit.Nā vbi priscis Vmbris in Etruria in regione Tyberina ab Aretio vsq; in lacũ Cyminium fuerat prima habitatio:equidem ibi societate imperii & ciuitate donatus consedit Turrhenus.Porro ab Aretio in lacum Cyminium nusq̃ est Sale vmbrona siue natiuitas Vmbrorum nisi in Volturna regia.Quare Turrhenus cõsedit & habitauit in Volturna regia tetrapoli.

Vetulonia. Cęterum decoratus & donatus fuit Vetulonia regia:vt Sillius & Berosus pꝛhibent.Ergo Vetulonia est in Sale vmbrone:pars Volturnę & Etruriæ regiæ.At Volturna regia tetrapolis est inter Cyminium lacum & Volsinas vt supra probauimus.Ergo Vetulonia est inter lacũ Cyminium & Volusinas.Quod etiam ex his quę dicunt authores constat Sillius enim in.viii.cum legionē vnā cõtra Annibalē ex Etruria sumptā a Romanis referret

Volturna. & enumerasset/qui ex maritima gente iuissent a Phręgene ad Lunā:cuius laudes sub Porsena ponit:& deinde enumerasset duas vrbes transcyminias:remotā quidē Phesulas a Veientanis transcyminiis:etiam proximā eis Vetuloniā declarauit dicēs:iuxta hos Vetulonos esse finitimos Veientes populos:inter quos ponit Sutrium/Nepe / & lacum Cyminiũ. Quare Vetulonia pars tetrapolis regiæ est iuxta lacum Cyminium & Veientes/qui sunt proximi Etruriæ vt author est Liuius in primo ab vrbe condita.Plinius quoq; eandem Etrurię vrbis regionem insinuat/dum in.ii.naturalis historię ca.de miraculis fontiũ & aquarum dicit. Aq̃s calidis Pisæ innascuntur ranę:ad Vetulonos vero in Etruria non procul mari:pisces. Notat duo Plinius:ꝙ Vetulonia sit in Etruria qđ de Pisis subticuit:& ꝙ Caldanis aquis innascuntur pisces quod de Caldano amne Volturrenę verissimum est.Non dixit autem eam esse maritimam:quia Vetulonienses in mediterraneis cum Tuscaniēsibus & Volturrenis enumerat in.iii.naturalis historiæ cap.vi.Et Turrhenus donatus ea consedit in mediterra

quia eius ager finitimus limiti Tarquiniẽsiũ fluuio Blerano: tredecim milibus passuũ distat a mari Grauisco. Vnde qui Vetulonium pro Itulonium in littore scribunt: somniant & nomen simul atq̃ Prolemęũ corrũpunt vt demõstrauimus in.xl.quęstionibus Anniis: vbi & id exposuimus: qđ Virgili⁹ in.viii.ęneidos de Luco ingẽti & sede regia dicit. Haud procul hĩc saxo incolitur fundata vetusto Vrbis Agillinæ sedes: vbi Lydia quondam Gens bello pręclara iugis insedit Etruscis.

Sic enim exponitur: sedes regia vrbis Agillinæ id est ciuis Agillini Mezẽtii: quia ibi accipit locum pro locato: & vrbẽ pro ciue: sicut in primo libro Ilium in Italiam portans: id est ciues. Non enim Lydia gens in iugis aut Agilla vrbe maritima: sed vicina Tyberi vt Volturna & Vetulonia insedit: vt supra ꝓbauimus. Quare sola expositio vera hæc est. Sedes regia Turrhena ciuis Agillini fundata saxo vetusto id est antiquissima sub Iano: incolitur haud procul hinc ab vrbe Roma: qa est in Etruria ꝓxima Romę: quia teste Macrobio in Saturnalibus vsq̃ Cosas ab Ostia dicit Etruria proxima Romæ: remota vero a Cosis ad Lunam. Ergo sedes Volturna est in Etruria vicina Romæ: vbi Turrhenus & Lydia gens bello p̃clara a principio insedit in iugis Etruscis.i. Volturrenis: quia Volturreni sunt cognomine Etrusci. Ex his sequit̃ qđ pluries dixim⁹: Qđ nũc Viterbũ dicitur: olĩ regia tetrapolis Etruria dicebat. Nam si limites quæris: ipsa a tergo habet iuga lacũq̃ Cyminiũ: a fronte Volsinienses: a finistris Tarquinienses: a dextris suam portionem Tyberis Trossam vbi Turrhena & Mœonia deleta: Mænianus ager & oppidum Trossulum deletum / & Trossanæ vadus vti exposuim⁹ in quęstionibus Anniis. Calidę aquę & Caldan⁹ ex his amnis / piscibus refertus: adhuc noĩe & remanet. Si quęris partes quatuor: adhuc nomina quatuor partibus pseuerãt vetusta prolatione Volturna: & Vetuletum: a quo Vetulones & Vetulonia. Item para Tussa id est hastata Tusca: Et rursus pons Arbanus cognomine pons sancti Laurẽtii vbi Musarnũ Herculis & a Luco Calumbum: vt ait Myrsilus: licet corrupte pronuntient Palumbum. Lucus ipe vestigia seruat: vt exponemus in tabula FAVL Faluceres. Sale vmbrone & pars lacus Volsiniensis Viterbensium est. Viterbum quoq̃ & eius ager vicinus est Sabinis: & proxim⁹ Cyminiis Veientanis populis. Et vt vnico argumento peruincamus: nusq̃ in tota Tuscia: sed in solo Viterbo simul omnes partes descriptionis regię Volturnæ: Tussę: Vetulonis: Arbani: Fani: limitum: noĩm: locoꝶ: & ipsa noĩa atq̃ loca collecta reperiuntur. Quare necessario consequens est: vt qđ nunc a Desyderio rege Viterbum dictũ est: sit ipsa tetrapolis Etruria regia. Hinc eam in authoribus sępe variato noĩe appellatam reperimus. Turrhenam sedem poetæ nominant: & quandoq̃ ab aliquo Larthe illã cognominant: vti Virgilius supra vocauit antiquã sedẽ Agillini Mezentii in.viii.æneidos. Item in.vii.appellauit a rege patre Dardani Turrhenã sedem Coriti ibi. Hinc illũ Coriti Turrhena a sede ꝓfectum. Et Silius in.iiii. vocat a sacro Fano & prisco Corito sedẽ sacratã prisci Coriti ibi. Ergo agit arreptis præceps exercitus armis Lydorũ populos: sedẽq̃ ab origine prisci Sacratã Coriti: & reliqua. Dicit autem Turrhenã siue Volturnã sedem fuisse sacratã ab origine: qa Ianus pomœriũ illi & Fanũ primus ab origine sacrauit / & regiã.xii.populorũ Thuscię instituit: vt authores sunt Fabi⁹ pictor & Cato & alii. Quandoq̃ vocãt eã a toto vel a parte Volturnã: vt Liui⁹ sæpe Fanum Volturnę: & Plinius Volturreni cognomine Etrusci circa Volsinos. Nonnunq̃ vocant eã a parte Vetuloniam: vt Sillius in.viii.lib.ibi. Mœoniæq̃ decus quondã Vetulonia gentis. Et Plinius ad Vetulonos inquit in Etruria aqs calidis innascuntur pisces. Sæpe a parte Tussa Tuscos vocãt & Tuscam vrbẽ: vt Propertius in Vertũniana: Tuscus ego Tuscis orior / nec pœnitet inter p̃lia Volsinos deseruisse focos. Et Ouidius in.iii. Metamorphoseos de Lybaca. Qui Tusca pulsus ab vrbe / exilium dira pœnam pro cęde luebat. Sæpissime tamen & in vsu fuit dici communi nomine Etruria vt supra exposuimus. Hac ergo instructa institutiõe ter

Locus Virgilianus.

Viterbum.

tia nostra Etrusca iuuẽtus: quærentibus vbi sit prisca Thuscię regia regũ Etruria tetrapolis: respondeant vbi nunc Viterbum: quia in tota Thuscia nulli loco nisi Viterbo / conueniunt cunctæ simul collectæ partes descriptæ ab authoribus: vt patet irreuincibiliter perquirenti: examinanti: & nihil indiscussum dimittenti.

Finitur tertia institutio.

Eiusdem fratris Ioannis Quarta Institutio incipit: de excisis marmoribus.



SEX TABVLAE memoratu dignę excisę marmorib⁹ extant de antiqtate & rebus Etruriæ. Duæ sunt Libyscillę: Duę Cybelarię: vna Tuscaniẽsis altera Arbana. Primę duę dictę sũt Libyscillę a loco. Est em̃ Libyscilla regio iuxta Vetuloniam: ex qua effossum est ad quantitatem semidigiti alabastrum transparens: quod si contra solem opponitur: videntur ab intus albæ literæ quæ ita leguntur.

LIBYSCILLA VITVRGIA. Viturgiã alterã ꝑ oppido notat Ptolemę⁹ longe ab ista / circa Tyberim supra Ferentinum Othonis oppidum. Quare vel corruptus est Ptolemæus: vt in multis aliis locis: vel altera est oppidum: altera villula Vetuloniæ vbi Ceres ęgyptia primos panes cõfecit: quæ Libyssa cognominata fuit: a qua locus Libyscilla: vt in tertia tabula videbitur.

De secunda tabula.



ALtera Libyscilla tabula fuit aduecta / item alabastrina ad quantitatem magnæ manus: quã idcirco incantatã appellabant: qa nũc sine literis eminentib⁹ cernebat̃: nũc ab intus cernebãtur ipsę lr̃ę: & nũc vnũ inde aliũ mẽtiebant̃ colorem. Quidam vero qa q̃dã male legebant̃ cũ sæpi⁹ corio: & oleo atq̧ aceto tergerẽt: numen ip̃m deleuerunt. In ea tabula ita excisum erat.

FAVL Faluceres pellũt Agillũ tyrãnum. Vetulones hostiis placãt Volturnæ Volturnũ. Agillæ stultitię succedit Tarcõ & Ocnus. Sic Turrena Ethuræ Lõghola sancta manet: Etrusco quaterno populo.

Quo tempore hi versus editi fuerint: e dicto Catonis excerpe possumus: q in fragmentis de originibus hęc dicit ad verbũ. Etrusci gręcas lr̃as semp horruerũt / & ob id latinas suscipere noluerũt vsq̧ ad Cecinã Volturrenũ / magistrũ quadrigarũ & augurum principẽ: patrem Menippi & auũ Menodori: quas ante illũ pater eius Volturren⁹: auusq̧ Titus & Turrhen⁹ proauus q̃q̃ Romanis principibus charissimi: semp renuerũt. Nam is Turrhen⁹ patre Elbio Etruscoꝝ regum vltimo: ad lacũ Vadimonis cæso: eq̃dẽ ad reddẽdã vrbẽ Etruriã anno secũdo Olympiadis cẽtesimę ac vigesimę q̃rtæ allici potuit: sed ad recipiẽdũ latinas literas nũq̃ persuaderi potuit. Hæc Cato. Sane quidam nõ vulgariter existimant hunc Menodorum fuisse patrem Mecœnatis: quia magno ardore semper secut⁹ fuit ptes Iulii Cęsaris. Nam & Appianus in. v. lib. de bellis ciuilibus ait Menodorum Turrhenũ: parata classe pro Iulio Cæsare cõtra Põpeiũ iuniorẽ: supasse Menecratẽ nauali ꝑlio. Causa aũt cur Turrheni nunc Viterbenses partes Marianas & Cęsarianas secuti fuerint: facile habet̃ ab eodẽ Appiano in p̃rio libro: qa sub Sylla soli Turrheni & Vmbri ꝓprio solo vexati sũt: quare cũ Mari⁹ ex Aphrica contra Syllam regrederetur: in Turrhenã adnauigans ad sex milia Turrhenoꝝ vt scribit: sibi adiunxit: cum hisq̧ ad Cinnam profectus pergrate ad belli societatem admissus est. Et de his hactenus. satis est ab auo Menodori susceptas literas latinas ab Etruria vrbe: paulo ante Augustum & Mecœnatem / & ob id Etruscos ea ætate inassuetos lingue latinę molli ac dissoluto stilo scripsisse: vt de Mecœnate in. ii. Saturnaliũ scribit Macrobius. Ergo qa molli ac dissoluto stilo hi versus compositi sunt: idcirco excisi & editi fuerunt ætate Mecœnatis. Liceat tamen cuilibet vt libet opinari. Exponamus igitur eos hoc pacto.

Mecœnatis pater.

FAVL:quatuor literæ sacræ sunt Fani Volturnæ adhuc ita dicti.Est enim FAVL Volturnæ subsidens campus/ab ipsa natura spectaculum/& luco q̃ aptissimum productus:vndiq; quatuor cauis distinctisq; collibus cinctus Arbano:Tusso:Vetuleto:& Volturno: vt egregie descripsit Virgilius in.viii.æneidos cum Aeneam trãsito Minione inducit Egelido amne lustratũ promeruisse allocutionẽ Veneris.Est autem Egelid⁹ riuus in reducta valle quarto miliario a Fano siue Faul distans:adhuc nomẽ a frigiditate vulgo Fredanũ retinens/sicut illi proximus Caldanum a caliditate.Itaq; Virgilius cum transito Minione qui decimo lapide distat a fontib⁹ Egelidi amnis Aeneam vidisse e vicino Fanũ/& illi vicinas legiones Etruscas inducit:ita Fanum ipsum describit.Est ingẽs gelidum/lucus prope Ceritis amnẽ: Relligione patrum late sacer:vndiq; colles Inclusere caui:& nigra nemus abiete cingunt.Syluano(fama est)veteres sacrasse pelasgos Aruorũ pecorisq; deo:lucũq; diemq;.Omnes hæ partes descriptionis Faul Volturnæ conueniunt:vt ad sensum cernimus.Faul em̃ est.xv.lapide/itinere Cassiano prope amnẽ Ceritis id est Minionẽ:vt recte Seruius exposuit:quia is amnis ad ius Ceritum pertinebat.Et hic Lucus & fanum Volturnæ/erat religione patrũ Lucumonũ sacer/non priuatis ciuibus tantũ:sed late omnib⁹ accolis/&.xii.populis vt significat Seruius.Erat enim Fanum Volturnę regium/Lucumonibus curia templũ:ad quod teste Liuio indicebant̃ concilia.xii.populis.Cernimus eundẽ Faul cinctum vndiq; quatuor tetrapolis ipsius collibus vt diximus.Arbores crematæ sunt/postq̃ Christi fides suscepta fuit:iuxta dei mandatũ Deuteronomii.xii.cap.In Volturna adhuc est vicus/quem Seuastõ pana vocabulo pelasgico dicimus:id est Augustalem Syluanum.Est enim Pan Inu⁹ Syluan⁹ idẽ: teste Seruio super Aeneida & Georgica.Aruorum pecorisq; deus Vertũnus Pomonus pater Ianus Etruscis erat:vt probauim⁹ in commẽtariis super Vertũnianam Propertii in.iii. antiquitatũ Aerosi.Itaq; duo argumẽta sunt/Faul veteres post Ianum secundo sacrasse pelasgos:tũ qa Volturnæ vicinus est campus Pelasgi adhuc dictus:tũ vel maxime q; Augustalẽ Syluanum Vertũnum vocabulo pelasgico Seuaston pana dixerũt.Vnde & vertũnus deus erat princeps Etruriæ:vt ait Varro in primo de lingua latina. Et hæc ratio soluens dubiũ tale.Cum locus Fani Faul dicatur/& in complurib⁹ nummis argẽteis & ęreis id idẽ ser uet̃: cur in quibusdã vltima sacra litera.p.ponitur:& scribitur Faup?Responsio in prõptu est: qa duobus dicatũ erat Fanũ:scilicet Lucumonibus quibus erat curia tẽplum:et Aruorũ pecorisq; deo Pomoni Syluano.Primo modo dicit̃ Faul id est Fanum almę Volturnę Lucumonũ Secũdo modo Faup.id est Fanum almæ Volturnæ Pomoni:aruorũ pecorisq; dei: dicente eodem deo in Vertumniana Propertii de seipso.

Faul. Egelidus. Caldanus. Pan. Inuus. Syluanus. Seuastus Pan. Vertũnus.

Pastor & ad baculum possum curare:vel idem Serpiculis medio puluere ferre rosam.Nã qd ego adiiciã:de quo mihi maxima fama est.Hortorũ in manibus dona probata meis!Ergo est Faup Fanũ almę Volturnę Pomoni:aruorum pecorisq; dei:vt in dictiõe Pomonus & Pomona vidimus institutione prima.Ab his quatuor sacris literis introitus Faul siue Faup dicit̃ in contractibus porta quadrięra:quia quatuor æreis denariis insculptę erant istæ quatuor literæ:dum sacraretur.Teste enim Plutarcho in vita Romuli: Etrusci sacrant Olympum mysteriis & literis quibusdam. Q̃ si excellens sit locus/æreis literis sacrant:vt de ilice Luci Vaticani Etrusci:Plinius significat in.xiiii.libro naturalis historię:ca.lxi.dicens:Vetustior vrbe in Vaticano est ilex:in qua titulus literis æreis Etruscis:religione arborem tum dignam fuisse signat.Hãc ilicem vaticani inter sanctum Petrum & castrum sancti Angeli fuisse memoria antiqua seruat:quã Eugenius pontifex Maximus:in valuis ecclesiæ sancti Petri æreis exculpsit:vt patet aspicienti valuas æneas.

Ilex.

FALVCERES sunt Fani ciues:circum fanũ incolentes:Arbani:Tussi:Vetulones:Volturreni:vt dictione Falucer & Luceres in prima institutione vidimus. Vetulones hostiis placant Volturnæ Volturnũ.Dictione Volturna diximus de Iano Pomono Volturnę deo

Faluceres.

Vetuletũ. principe. Vetulones/ Vetulonia & Vetulonienses: deriuationem habẽt a Vetuleto/ vna ex quatuor partibus tetrapolis Etrurię/ vt in superioribus exposuimus. Et in.xl. quæstionibus Anniis copiose probauimus. Placant autem sacrificio expiatiuo: quo expiauerunt vrbem & lustrauerunt exercitum ab impietate Mezentii.

Mezentius. Agillus. PELLVNT Agillum tyrãnum. Agillũ tyrãnum appellat Mezentiũ Larthẽ Etrurię regię: cui⁹ impietate atq; crudelitate diutina fessi ciues: illũq; ad supplicia exposcẽtes: fugatum vi derũt: vt historiã integrã in. viii. ęneidos: Euander refert Aeneę: quẽ ad Lucumones ꝑ auxi liariis legionib⁹ mittebat in Lucum ingentẽ siue Fanũ Volturnę: vbi congregati erãt: & in cui⁹ latis aruis Turrheni & Tarcõ rex tutis tenebãt castra locis. De hoc Tarcõte ita subdit

Tarcon. Agillę stultitiæ succedit Tarcõ & Ocnus. De vtroq; loqtur Virgilius. De Tarconte qdẽ re ge: qui legiones dedit æneę cõtra Turnũ & Mezentiũ/ loquiť pluries in. viii. æneidos & in. x.

Ocnus Tyberinus De Ocno vero cõditore Mantuæ in. x. dicit. Ipse quoq; patriis agmẽ ciet Ocnus ab oris Fati dicæ Mantus: & Thusci filius amnis: id est Tyberini: qui ante Mezentiũ Larthes fuit Etru riæ & contra Glaucum filium Minois apud Albulã dimicãs in fluuiumq; submersus nomẽ Tyberi dedit: vt in Anniis quæstionibus: & in commentariis sup tertiũ fragmẽtũ Catonis

Tarcontes tres. ꝓbauimus. Sane sciẽdũ est/ tres fuisse Tarcõtes. Prim⁹ fuit filius Turrheni Męonis/ & frater Trasimeni: vt Berosus in. ii. antiquitatũ in Genealogiis notat. Huic teste Strabone in. v. lib.

Tarquinæ. pater ob prudentiam: condẽdarũ. vii. vrbiũ ministeriũ delegauit: & inter eas a se nobilẽ Tar quinas vrbẽ posuit. xv. vt cernimus lapide a Fano Volturnæ. Hæc enĩ tria. xv. lapide a Vol turna distant: a fronte Volsinæ: a sinistris Tarquinæ: & a tergo Minio itinere Cassiano. Se cundus Tarcon fuit: qui Euandro Palatinũ collem permisit: & vt Solinus in Collectaneis si gnificat: Cacum in vincula coniecit. Hunc teste Manethone secuti sunt Larthes Etrurię Ty berinus pater Ocni: & Mezentius. Quo fugato successit tertius Tarcon & post eum Ocn⁹: vt Virgilius insinuat: & Manethon exprimit: & hæc excisa tabula testatur: & nos in histo ria Etrusca narrauimus.

Sic Turrhena Ethuræ Lõghola sancta manet. In tabula Turrhena Ethuræ cum aspiratione sunt scripta: cum sine aspiratione hoc loco scribi debuissent: vt in prima institutione signifi cauimus. Sed ea ætate vt diximus/ Etruria vtebať molli & dissoluto stilo & orthographia.

Longola. Par. Longola dicitur a vico lõgo: sicut Vetulonia a vico eius Vetuleto. Est autẽ idẽ para & Lõgo la. Nam vt ait Samuel talmudista: quos græci & latini vocant Persas: Aramei & Hebræi vo cant a dignitate principatus parazim: id est hastatos consulares. Par enim hastam & sceptrũ Aramei vocant: quia antiquitus hasta pro sceptro & corona reges vtebantur: vt asserit Tro gus & Iustinus vltimo epitomate. Græci vero Longen vocant hastam: & Longolam hasta tam. Quare pars Etruriæ dicta vocabulo vetusto para Tussa: eandem Pelasgi qui sacraue rũt Fanum lingua sua dixerũt Longolã Tussam/ ad distinctionẽ Tussæ Nanæ. Latine itẽ di cimus hastatã Tuscã: vt copiosius fuit expositũ in. xl. Anniis quæstionibus. Latini vero abso lute Tussam siue Tuscam ꝓnuntiant: vt in prima institutione absoluim⁹. Longola autem ẽ duplex. Vna in Latio sec⁹ mare/ in Volscis circa Tarracinã: vt Liuius inducit in. ii. ab vrbe cõdita. Ergo quia in Latio est scribi debet sine aspiratiõe Longola a longitudine dicta. Hæc autem nostra/ qa nec vicus ille lõgitudinẽ habet: nec est in latio: & per interptationẽ potius Para diciť: idcirco cũ aspiratiõe diciť Lõghola ĩ tuscis trãscyminiis, de qua Liui⁹ in nono ab vrbe cõdita dicit. Postero die repetitis auspiciis dictator Papyri⁹: cũ legiõib⁹ nuper conscri ptis ad terrorẽ Cyminiã syluã traducti exercit⁹ ꝑfect⁹ ꝑuenit ad Lõgholã. Et acceptis a con sule Martio veterib⁹ militib⁹ explicauit acies: nec hostes detractauere pugnã. Quidã iuuenis ex Flaminia supiorib⁹ ãnis cũ publice disputatiões quotidie de hac pria fierẽt: dixit Liuium loqui de Lõgola Latii: qa dictator Papyri⁹ dict⁹ fuit ꝓ bello Sãnitico: cui ꝑerat cõsul Marti⁹

vt scribit Liuius:& non pro bello Etrusco trãscyminio:cui prẹerat.Q.Fabius ad lacum Vadimonis. Vnde & veteres milites a Martio non a Fabio accepit.Dicebatq́ꝙ putabat esse verum/ꝙ eodem tempore Papyrius in Samnio pugnabat:quo & Fabius in Etruria ad lacum Vadimonis:& ideo non potuisse interesse Papyrium pugnæ transcyminiæ ad Longolam. Huic respondimus primo falsum esse ꝙ eodem tempore fuerit vtrobiq́ pugnatum:quia litera Liuii est in contrarium.Finita enim pugna Etrusca:subinde inquit pugnatum est in Samnio.Qꝫ vero accepit veteres milites a Martio consule:equidem verum est. Sed vt ait Liuius ad Longolam vbi expectabat eos recepit cum legionibus ad hũc Cyminiũ terrorem nouiter conscriptis:& vbi explicauit acies contra hostes ibi paratos.Porro hostes parati nõ erant in maritima Lõgola cum nullum ibi esset bellum:sed in remotis montibus Samnii & Cyminiis Quare conuincitur/vt si nullum bellum/nullus hostis erat in maritima Longola:sed actu prẹsens in Etrusca vtiq́ Papyrius non explicauit acies in Lõgola maritima Volsca sed Etrusca.Quod vero obiecit ꝙ creatus est Dictator pro bello Samnitico:consequens est vt nõ pro bello Volsco:& ob id nec ad Longolam Volscam explicasse acies.Et cum pro his adduct⁹ esset Liuius:& hæc ibi lecta:multa ille iuuenis submurmurans:dixit:se in futura disputatione omnino probaturum:ꝙ nullo modo Papyrius interfuit bello Etrusco:Sed cum in palatio dominorum vbi res gerenda est/non affuisset(nam in Perusiam festinauerat)noster Vetulonienſis Ser Thomas Veltrin⁹ vices illius accepit:& his validissimis argumentis obiecit. Primo quia pœna capitis mulctabatur Dictator:si iniussu Senatus:alio proficisceretur:q̃ in ꝓuinciam sibi delegatam:quæ Papyrio Samnium erat decreta.Respondi primum ꝙ iussu Senatus id fecit:qui teste Liuio nuper atq́ nouiter legiones conscripserat pro terrore transcyminio nõ samnitico. Et ideo dictator ad eam Lõgolam illas deduxit: vbi erat terror transcyminius.Et ita iussu senatus illo traduxit legiones.Deinde argumẽtum in eum sic verti.Pœna capitis erat alio descriptas Legiones ducere:q̃ in prouinciam pro qua conscribuntur:aut alibi pugnare & explicare acies.Porro non fuit Papyrius dictator creatus pro bello maritimo Volsco & Longola Volsca:neq́ Senatus nouiter scripserat Legiones pro terrore Samnitico vel Volsco:sed transcyminio.Quare nullo pacto has legiones duxit in Samnium:neq́ in Longolam Volscam:neq́ ibi explicauit acies vbi nullum erat indictum bellum:sed bene hæc omnia conueniunt Longolæ trãscyminię vbi hostes parati Etrusci & finitimę Vmbrię: vt ait Liuius:cuius terror percusserat vrbem:& Senatũ coegerat ad nouiter Legiones cõscribendas:quibus actu indictum bellum & non Longolæ Volscæ. Secunda obiectio fuit ista. Vnusquisq́ triumphat pro bello quod gessit.Porro Fabius triumphauit ob egregie perdomitam Etruriam:& non Papyrius:vt ibidem Liuius est author.Quare Papyrius non gessit bellum Etruscum.Ad hoc responsum fuit:aliud esse bellum gerere:aliud succenturiari.Cõceditur igitur ꝙ Papyrius non gessit bellum Etruscum:sed Samniticum:& ideo vterq́ de suo bello triumphum retulit. Ante tamẽ bellum Samniticum quod subinde gestum est vt loquitur Liuius:territa vrbs de profectione.Q.Fabii qui teste Liuio dicto in Sutrio Papyrio dictatore:transgressus fuerat Cyminia iuga circa lacum Vadimonis:mox conscripsit legiones ad succenturiandum Fabio:quia vt ibi exprimit Liuius terror fuit vrbis:ne subito cohortibus Etruscis & Vmbris exercitus intercluderetur:quia vt patet ad oculum:Fabius cũ exercitu stans in hac planitie:habebat a fronte Volsinenses:a finistris Tarquinẽses:a dextris Etruscos & Vmbros Tyberinos:a tergo sola iuga Cyminia versus Longolam:quæ nisi legionibus Romanis custodita fuisset:funditus interclusus fuisset exercitus:& non potuisset: vel retro referre pedem:neq́ a fronte aut dextris vel a finistris procedere.Et ideo clare dicit Liuius:ꝙ ad hunc terrorem tollendum:nouiter conscripsit legiones Senatus:cum quibus profectus peruenit ad Longolam transcyminiam dictator:& explicauit acies ad succẽturiã-

dum & custodiendum iter transcyminiũ:ne intercluderetur exercitus:& non ad pugnandũ iusti more belli. Tertio sic obiecit. Hæc pugna transcyminia pugnata fuit vsq; Perusiam:qa induciarum fregerat fidem:vt ibi ait Liuius. Ergo non fuit ibi Papyrius:qui pugnabat i Sãnio. Respõsum est:q consequentia est falsa:simul & adsumptum. Consequẽtia quidem/quia fuit ibi Papyrius(vt diximus)anteq̃ pugnaret in Samnio:quia subinde ac perdomita Etruria:ipse gessit bellum Samniticum. Adsumptum quoq; falsum est:q ea pugna transcyminia eo anno pugnata fuerit vsq; Perusiam:aut q Perusia induciarum fregerit fidem : quia teste ipso Liuio ibidem: egregie perdomita Etruria regia:non processit ad Volsinienses a fronte Fabius:nec a sinistris ad Tarquinienses:nec a dextris ad alios Tyberinos Etrusci nominis & Vmbros:sed sequente anno illos Decius consul subegit. Quod vero ait pugnam Trãscyminiam pugnatam vsq; Perusiam:vtiq; Liuius non affirmat: sed per opinionem refert dicẽs q quidam id aiunt. Et ideo tanq̃ veritati non cohærens opinio reiicitur. Hactenus de Longola id est Para Tussa:de qua excisus lapis dicit:q sit expiata impietate Mezentii & succedẽtibus religiosis Tarcone & Ocno. Longola Turrena vrbs Etruriæ mansit sancta id est pia ex religionibus vt prius dedita.

Sequitur.

Quatern⁹ Po. Etrusc⁹ — ETRVSCO QVATERNO POPVLO. Quatuor partibus constabat tetrapolis Etruria vt diximus: Arbano: Vetulonia: Para Tussa: siue Longola hastataq; Tusca: & Volturna. Et ideo referens ad has quatuor partes Helius Spartianus dixit q Antonini pii omnes ędes in tota Etruria examen apum compleuit:quia in qualibet parte vrbis Etrurię paternas ędes habebat. Erant aũt absq; mœnib⁹ quatuor magna oppida vsq; ad Desyderium regem vt dicemus in. v. tabula. Et ideo quaternus Etruscus populus dicebatur: Et seorsum enumerabãtur: Arbani: Tuscanienses: Vetulones: & Volturreni: vt patet in. iii. naturalis historię capi. vi. Plinii: & in Myrsilo de origine Italiæ. In authoribus vero historicis & poetis: confunduntur nomina: quia interdum totum pro parte: interdum pars pro toto accipitur.

Finit secunda tabula Lybiscilla.

Tabula tertia vna ex Cibelariis.

Cibelariæ tabellæ.



Væ tabulę excisæ Marmoreæ quæ Corsettus repperit: Cibelariæ iccirco dictę: q in pdiis turritæ Cibelis: & colle eius hactenus Cibelario dicto: repertę sunt: vbi paulopost astante curia quę cũ beatissimo Alexandro. VI. Pont. Maxi. Viterbũ se contulerat: effossæ fuerunt triũphales statuæ vetustissimę: minio illitę: Cibelis: Iasii: Armonię: Vestalis: & Electrę. Sub statua Iasii carmen rhythmicũ: antiquis literis & verbis Etruscis excisum: in latinum ita vertitur.

Iasio acclamauit Herculeus: Dux inuicte: inuicta corona:
Anno ętatis suę trigesimo octauo. Sub Cibele hoc carmen exciditur: ita dicens.
Veiuzo hospita Isis: Hospitata est epulatrix
In domo Tylę sponsę decoræ regis Sypi: Anno ætatis eius qninto decimo.

Prima igitur tabula marmorea magna/excisa ẽ literis Græcis/ & vetusta orthographia Gręca: cuius hæc est in latinum traductio.

CORITINA desponsatio cum Electra Atlai Kityi: iam dudum pertransiuerat.

ET MAXIMA Isis frumentaria atq; Panifica/concessit ad nuptias Iasii filii Coriti: in habitaculum turritæ Cibelis sponsæ Iasii: in prędio Cibelario/ad fontem Cibelarium: paulo sub Vadimona palatia.

ET PAVLO post a scelerato fratre Dardano Iasi⁹ male periit/in agro Iasinello: ad Thermas Iasinellas in Theiscis.

ET QVIDEM ista regia fuit reparata primum quidem a Pipino / posterius vero a Marsia Turrhenis principibus: ad æternam gratiam & monumentum rerum.
LAPIS vetustissimus repertus sub his verbis. Omnium primus Cameses cum patre suo Iano: & Ry Comero Gallo: Vetulonos colonos supra balnea statuit. Et post pusillum iuxta istos castellum fundatum fuit a Libyo Aegyptio: qui cognominatus est Hercules Celsus. Sed ante hunc Herculem Celsum: Sabatius Sangny pater Sabinorum atque Samnitum: villam posuit in Volturrenis Trossis in Celeni regione.

Altera tabula Cybellaria: in ordine quarta: hæc est.


PIGRAMMA Araratheum in Vetulonia repertum ad portam Veturleti: sub his verbis: Omnium primus Cameses cum patre Iano & Ry Comero Vmbro patre Vmbrorum dedit Vetulonos habitatores ante Balnea. Iuxta hos posuit munitionem Libyus Aegyptius: cuius prenomē Hercules Celsus: & prius isto Hercule Celso Saturnus Sangny dedit munitionem in ferocibus in bello: & castellum Camsancti siue panos Seuasti: & castellum Fenestrę: & castellum Lucernę. Hucusque tabulæ Cybellariæ: tertia quam Corsettus afferre pollicitus erat funditus periit. Vnde has duas breuibus exponemus.

Prædictarum tabularum expositio.


As igitur tabulas quærendo exponemus. Principio quæritur. Si Etrusci semper horruerunt literas Græcas & disciplinas: vt supra fuit expositum: cur has antiquitates Græcis literis seruandas tradiderunt? Ad hoc ex dictis ipsius Catonis responderi potest. qui teste Plinio in. XXIX lib. naturalis historiæ cap. I. ad filium scribens: his verbis vtitur. Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili / quid Athenis exquisitum habeam: & quod bonum sit illorum literas aspicere non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus illorum. Et hoc puta vatem dixisse: Quandocunque ista gens suas literas dabit: omnia corrumpet. Hæc Cato vt Plinius refert. Itaque quoniam bonum est Græcas literas aspicere non perdiscere: vtique Etrusci ad perdiscendas eorum literas & fabulas atque mendacia magis quam disciplinas nunquam inclinati fuerunt: sed bene recteque aspexerunt illas: & permiserunt vt patriæ antiquitates scriberentur literis Græcis & latinis: quia nisi ad honorem non pertinebat hoc genus scribendi. *Græcas literas non perdiscendas esse.*
SECVNDO Quæritur quo tempore fuerunt excisa. Respondetur: quod coniectura est circa tempora conditionis Romæ has tabulas fuisse permissas scribi literis Etruscis. Nam teste Archilocho in epitheto temporum: super quem iam commentaria confecimus post euersionem Troiæ: aliis & aliis temporibus octo Homeri claruerunt: quorum qui eximius poetarum est: fuit ipsi coætaneus & vicit Olympico certamie: Olympiade. XXIII. quæ fuit circa. XXX. annum Numæ Pompilii: vt patet in Eusebio. Eo anno vt asserit: fuit ipsi ius tributum emendandi literas simul & linguam Græcam: quas semibarbaras & rudes Cadmus retulerat in Græciam. Quare hæ tabulæ pauloante Numam excisæ fuerunt: quia ruditatis antiquæ sunt plenæ. Nam orthographia est vetusta: quia Vetuloniam scribit per ου. &. ε. doctrina Homerica postea scribitur per. β. &. η. βητουλωνια *Homeri. VIII.*

Rursus scribit Sangyn: per, στη, cum per duplex, ττ, scribendum dictauerit Mæon Homerus. Similiter post Marsiam & Pipinum larthes Etruriæ fuisse excisas: tabulæ sunt testimonio: quæ illos nominant. Floruit autem Marsias Etruriæ larthes: quinto & septuagesimo anno ante Romam vrbem conditam: vt probauimus in Etrusca historia & Chronographia: quam contra Eusebium: & alios corruptores publicorum temporum conscripsimus. Quare post Marsiam: & ante Numam circa conditionem vrbis Romæ: excisa sunt hæc marmora.

Atlantes tres. TERTIO Quæritur quis fuerit hic Atlas & coritus. Respondetur iuxta Seruium super. VII. æneidos: tres fuisse Atlantes. Primus maximus: Maurus dictus: quia teste Diodoro siculo in. IIII. lib. in Mauritania obiit. Postremum sibi finxit Græcia mendax. Inter hos fuit Atlas Italus socer Coriti & pater Electræ: quem Aramei ac diuinę literæ vocant kitym id est Italum: a quo Italia primo nomen habuit circa Tyberim: in quo sunt loca a Siculis qui venerunt cum Italo a Sicilia primum habitata / Phalaris & Phescennium: & circa Tybur Siciliensia: vt ait Dionysius in primo libro. Vnde tam in Latio q̃ agro Etrusco vallis Sicania & loca Sicania sunt. Hic Atlas Italus / fuit frater Hesperi regis Hispanię: quem teste Igino & Beroso ab Hispania pepulit ĩ Italiam: quo tempore / quia Larthes Etrurię post humus in cunis erat: qui nomine dicebatur Cambo: vt in. II. &. V. antiquitatum dicit Berosus: & cognomine vocabatur Ianus iunior: vt Iginus & alii significant: vbi scribunt: Iani ope atq̧ permissu Italum condidisse Capenam: idcirco infantis tutelam in Turrena sede suscepit Hesperus: & ob id: vt ait Iginus: tam Hispania q̃ Italia Hesperiæ: ab eo dictæ sunt: & non ab Hespero sydere quo nauigant in Italiam & Hispaniam: sicut somniat Græcia mendax: quia eadem ratione Gallia esset tertia Hesperia: quia eo sydere nauigant in Galliã. Itaq̧ hic dicitur Atlas kitym id est Italus pater Electræ: per distinctionem ab aliis duobus Mauro & Græco. Coritus autem hic dicitur Ianus iunior / pater Dardani & Iasii. De his vt Iginus: ita ante illum Fabius Pictor de origine vrbis Romæ ita dicit. Prima origo Romæ fuit collis capitolinus / a Saturno cultus & Saturnia dictus. Sequens hunc Auentinꝰ fuit habitatus ab Atlante Italo: e Sicilia illo aduecto contra fratrem suum Hesperum: in cuius tutela erat Etruriæ imperium: adhuc Iano puero & immaturo ad munera regia & regni. Porro Italus dimicare: a Iano & Etruscis prohibitus: in Auentino consedit: ad cuius radices iuxta Tyberim ope atq̧ consilio Iani: Capenam oppidulum condidit: & regionem eius permissu Italiam dixit. Mox Hespero fratre rebus humanis exempto: Italus in tutelam Ianum & Etruriam suscipiens: omnem regionem circa Tyberim vltro citroq̧ a se Italiam dixit extinctis aliis cognominibus priscis. Ab hoc loco Fabii Seruius super æneida scribit Italum cum Siculis in loca circa Tyberim venisse / & a se Italiam primo dixisse: esseq̧ argumento loca dicta Siciliensia vel Sicania. Similiter & Solinus / vt Tortellius noster Aretinus scribit: ab hoc Fabii loco excerpsit / Italum iuxta Tyberim ædificasse Capenam ope / consilio / & auxilio Iani: a qua portæ Capenæ nomen fuit. Sequitur vero Fabius de tertio colle Palatino: q̧ fuit tertius in origine vrbis Romæ: sic dicens. Suscepto Italus Italiæ imperio: tum filiam suam Romam nomine: Aboriginibus & Siculis in Latio præfecit. Quæ Capena relicta: Palatinum collem medium tenuit: & oppidum Romam condidit in eius vertice vbi hæret exquilino. hæc Fabius. Ergo Italus Atlas / est qui in hoc loco scribitur pater Atlantis Electrę: & socer Coriti Iani: cuius in regia Thuscorum & Italiæ sede tutelam suscepit: & illi filiam suam infantulam Electram vxorem pro futuro imperio locauit: vt Berosus in quinto antiquitatum exprimit / super quem exigemus comen

Italus. Hesperiæ. Coritus. Capena. Roma.

taria. Et notandum ꝙ Iano huic vt diximus nomen fuit Cambo: & dignitatis nomen Coritus id est Iuppiter: vt probauimus super Berosum & in Anniis quęstionibus: in quib⁹ exposuimus vrbes & oppida quæ condidit in hac Turrhena sede.

QVARTO Quæritur vbi regnauit Italus. Respondetur ꝙ regnauit in Etruria tetrapoli. Id probatur argumẽtis communibus: propriis: & authoribus. Commune argumẽtum est: quia vel regnauit circa Tyberim in Capena: vel circa Tyberim in Volturna quę Etruria regia. Circa enim Tyberim consedit cum Siculis: & eam regionem a se nominauit Italiam vt Seruius & cæteri conscribunt. Porro non regnauit in Capena: quia non potuisset dici rex Italię sed Latii regulus. Nam ante Romanorum imperium a tempore Iani & deinceps solum penes Thuscos imperium totius Italiæ fuit cuius regia fuit Volturna nec quispiam potuit esse regul⁹ in Italia: nisi permissu Larthis Etruriæ: vt Fabius Pictor scribit: & nos in commentariis nostris super eum: & quæstionibus Anniis copiose probauimus. Quare in regia Volturna regnauit. Alioquin / non modo non potuisset dici Italiæ rex: sed ne regulus quidem. Aliud commune argumentum est: authorum dicentium ꝙ ibi regnauit circa Tyberim Italus / vbi fuerunt vrbes ante Pelasgos habitatę a Siculis: vt Capena & circa Tybur loca. Cęterum in Thuscia Veientana / circa Tyberim sunt Phescennium & Phalaris vrbes: ante Pelasgos habitatæ a Siculis: vt asserit Dionysius Halicarnasseus in primo lib. Quare Italus commune imperium tenuit circa Tyberim / vltro ĩ Latio / citroq; in Thuscia. Sed nullus ante Romanorum imperium regnauit citra Tyberim in Thuscia / simulq; vltra in Latio: nisi Larthes Etruriæ: vt omnes concedunt qui de imperio Thuscorum post Ianum scribunt. Quare Italus haud dubie fuit Larthes Etruriæ. Tertium cõmune argumẽtum sumitur ab externis authoribus ex vocabulo Kityn. Sint igitur hæ pro hoc argumento institutiones. Distant Cetym & Kityn. Nam Cetym est vrbs Macedoniæ / adhuc dicta terra Cetym: de qua in primo libro Maccabęorum dicitur. Alexander Philippi Macedo / egressus de terra Cetym: percussit Darium regem Persarum. Porro Kityn fuit Italus Atlas: vt hæc tabula indicat: & Berosus in. V. antiquitatum testatur: & Aramei atq; Hebræi asserunt. Vnde a Kityn / id est Italo diuinę literæ Italiam dicũt Kityn. Et in septẽ locis diuinę historiæ ponĩt Kityn / scilicet Gene. X. ca. Et Nũeri. XXIIII. Bis quoq; Kityn vocat Esaias cap. XXIII. semel ca. vlt. Semel Hieremias ca. II. Semel Ezechiel. XXVII. Codices qdã latini mẽdosi sunt in quibusdã his locis. Scribunt eñ Cetym pro Kityn: quia Kityn est scribẽdũ: vt patet in textu Hebręo. In his igitt septẽ locis. LXX. interpretes Kityn interpretañt Italiã: diuus vero Hieronymus quãdo ꝙ interpretatur Italiã: quãdoq; propriũ nomẽ Itali in sua lingua reliqt: vt est illud Hieremiæ. II. cap. Ite in Kedar & ad insulas Kityn: & videte quia gens non mutauit deos suos: Israel aũt mutauit me in idolũ. Vbi septuaginta ita interpretañt. Ite in Cedar & ad insulam Italiã: quia gens nõ mutauit deos suos. Appellat aũt Hieremias Italiã insulã: quia vt cernimus: & Liuius in. V. ab vrbe cõdita dicit: Italia instar insulę cingĩt supero & infero mari. Nõ mutauit autem deos suos in Etruria tantũ: quia teste Myrsilo & Dionysio Halicarnasseo: soli Etrusci nõ mutauerũt deos suos vetustissimos Vadimona: Vertumnũ: Horchiã & Razenuã: cũ his differant ab omnibus etiã thusciæ populis vicinis: nedũ Italiæ & Mæoniæ. Alia institutio sit ꝙ Hebræi periti Romanos vocãt Romanym: Italos vero circa Tyberim dicũt Kityn: quia Italus q & ꝓprio noĩe Kityn dictus est: solũ circa Tyberim consedit & regnauit vt exposuimus. Ex his institutionibus hoc commune argumentũ venit. Ibi circa Tyberim regnauit Italus: vbi gens seruauit semper vetustissimos deos suos. Quæ cum sola gens Etrusca regia fuerit: vt authores docẽt: necessario sequĩt

Italum regnasse ĩ Volturna.

Italus Larthes.

Cetym Kityn.

Italia insula

vt in tetrapoli Etruria regnauerit Italus. Sequuntur argumēta propria: ab eius proprio nomine: cognomine: nominibus filiarum septem Pleiadum: & vxoris eius Pleionæ. Ibi enim regnauit Italus: vbi locis & titulis imposuit nomen suum proprium & cognomina: quia ad fulgorem ac memoriam rei gestæ: veteres imponebant sua nomina montibus: fluminibus: & locis aliis: vt in quarto antiquitatum Berosus dicit: & nos in commentariis super eum probauimus. Et ideo a nominibus est validissimum historiæ argumentum: vt Liuius arguit de amplitudine imperii Thuscorum in quinto ab vrbe condita. Cæterum nomen proprium Itali in sola tetrapoli Etruria permanet. Tota eñ pars Volturnæ superior dicitur Stic Kity Aryn: id est domicilium Itali sublimis: vt talmudistæ interpretantur. Et circa extima parazoli Volturnæ: tituli septem sunt: inscriptis literis Etruscis: qui latine dicunt. Tituli patriæ Kytei: hic sunt ad memoriam. Monti quoq; ac riuo subcyminio Volturnæ / Ry Arlao est cognomen: vulgo Ry Tlao. Duobus collibus / alteri in subcyminiis / alteri circa lacum Volsiniensem / nomen est vulgo Mon Taliano / pro Italiano: quia vulgus Etruscum sæpe truncat primam sylla bam in nominibus gentilib⁹ & localibus: vt pro Philippo: Nicolao: Ogygiano Ry Osiri: Ry Atlao Italiano: proferimus Lippum: Colaum: Gygianum: Ry Syrim: Ry Talum: Talianum. Lacus quoq; Volsiniensis a Plinio in secundo naturalis historiæ dictus est lacus magnus Italiæ. Aut ergo genitiuus iste Italiæ / construitur appositiue ab isto nominatiuo lacus in habitudine denominationis communis Italiæ aut propriæ. Non communis: quia falsum est in communi Italia hic sit lacus magnus sed valde paruus. Quare constituitur in habitudine propriæ denominationis: secūdum q̄ antiquitus a propriis limitibus suis denominationem habuit. Finiuntur enim limites ipsius lacus a fronte & dextris cum Volsiniensibus: a sinistris cum Tarquiniensibus: in quibus connumerantur Tussi Nani: & a tergo cum Etruscis. Vnde & oppidum in ore lacus deletum a Romanis: quod adhuc nostrum est: & nomen illi Cort: Nossa: Liuius in. VI. ab vrbe condita dixit esse Etruscorum nō Tarquiniensiū. Quare a limitibus denominationes habet / & dicitur lacus Tarquiniēsis & Italiæ: at Volsiniensis ab eodem Plinio. Desyderius quoq; rex: cum totū lacum Viterbensibus de creto restituit: rationem reddidit quare lacus magnus Italiæ dictus fuit antiquitus: quia inquit ager Vetulonus antea fuit Italiæ dict⁹ a sede Itali ibi decreta. Argumento quoq; est vxoris Itali Pleionæ nomen inditum monti Pleionico: quem corrupte vulgus profert Pleiobicum: non procul Ry Atlao. Rursus locum generationis & patriam Pleiadum vetusto vocabulo Cercinas Mauri vocant: vt Diodorus in. IIII. libro indicat. Nam vt quidam Talmudistæ dicunt: Scythæ & Aramei antiquitus Pleiades vocabant Cercinas sicut latini Vergilias & Pullicinellas. Cęterum nusq̄ in Latio: sed in parte Vetuloniæ est regio Cercinæ: Quare in Vetulonia Atlas ex Pleiona Pleiades suas Italas genuit. Deniq; in agro Etrusco fluminibus & oppidis nomina Pleiadum manent. Nam inter Volturnam & lacum Vadimonis viculorum fundamenta interpolata apparent: quæ ab Ameroe diminutiue vulgo Amerella: & a Plinio nepote Amerina prædia dicuntur: in epistola de lacu Vadimonis ad Gallum. Ab Alcione vero / quis dubitat dici / Alcion fluentum: quod interfluit regiam Etruriam: & diuidit Vetuloniam: Volturna. Celeno oppidum nostrum adhuc incolitur: cui in vicino non deest sui amatoris vetustum oppidum Oriona dictum. In iugis nostris Cyminiis Maiæ oppidum deletum est / vbi Maiæ muros dicimus: a quo Maia & Maiensis vetustissima Viterbensis familia. Mōs quoq; Mon Asteropus: quē ab Asteropę dici, nemo dubitat. Sit igitur hoc vnū inexpugnabile argumentum. Vbi circa Tyberim hæc omnia simul collecta reperiuntur

Pleiona.

Pleiades.

Cercina.

Maiæ muri

Itali videlicet: Domicilium: tituli: nomina propria: & cognomina: itemq; & vxoris ac filiarum patria & oppida atq; nomina: ibi necessario consedit: regnauit & consenuit. Cæterum nusq̃ hæc omnia simul collecta circa Tyberim sunt: q̃ in Tetrapoli Etruria nunc Viterbo: vt exactissime perscrutanti clara luce offertur. Quare nusq̃ nisi in Etruria nũc Viterbo Italus consedit atq; regnauit. Confirmatur & a sexta Itali Atlantis filia Electra: cuius prædia Electraria sunt a Corit Nyenta vsq; in Electraias fontanas: quas vulgus dempto. r. profert Electaias: vt in præcedentibus diximus.

QVINTO Quæritur: vbi regnauit Coritus & Iasius eius filius? Respondetur argumento indubitato communi: q̃ ibi regnauerunt vbi erat sedes Fani regii siue sedes sacrata. Nã a prisco Corito siue hastato Ioue rege Etruriæ vsq; ad hunc vltimum Coritũ & Iasium: omnes successerunt sibi mutuo in eadem sede communi regia: quę ab ipsis sæpe nominabatur: sicut superius diximus: vt sedes sacra prisci Coriti: sedes Turrena Coriti: sedes vrbis Agillinæ & eiuscemodi. Cæterum sedes sacra Fani ingentis: fuit Etruria tetrapolis: vbi fanum Volturnæ: vt supra demonstrauimus. Regnauerunt igitur Coritus & Iasius in fano Volturnæ. Pręterea sedes sacrata prisci Coriti fuit eadem & Itali & Mæonum: quia ibi iunctus est sanguis auitus Thusciæ/scilicet prisci Coriti Ianigenæ & ipsius Itali/cum Ianigeno Corito: cui Electram filiam locauit vxorem: & subsequentis Turrheni Męonis post interfectionem Iasii: vt Berosus in. V. dicit: & Sillius in. IIII. insinuat dicẽs. Ergo agit arreptis pręceps exercitus armis: Lydorum populos: sedemq; ab origine prisci Sacratam Coriti: iunctosq; a sanguine auorum Mæonios Italis permixta stirpe colonos. Quibus autem successiue fuit eadem sedes auiti sanguinis: in ea vtiq; regnauerunt. Cæterum eadem sedes Turrena fuit Iani & prisci Coriti Volturna: & item Itali Volturna: & item Turreni Mæonis Volturna: vt clarissime in præcedentibus demonstrauimus. Ergo successores reges iuncti sanguine permixtaq; stirpe horum triũ auorum: regnauerunt in Volturna. Porro Coritus & Iasius Ianigenæ Thusci fuerunt: iuncti permixta stirpe Italo & eius filiæ Electræ: Quare in Volturna regnauerũt. Amplius: Prima vrbs Iani quæ & Coriti fuit Capena Auentini: quam ope eius posuit Italus: vt supra exposuimus. Extremas vero condidit Ianus Larthes in prædiis suis: quæ sunt Corit Nyenta: Cort Veia: Cort Nossa: Cort Enebra: Cortilianum: vt probauimus in Anniis quæstionibus. Itaq; vbi sunt extremæ vrbes Coriti: ibi & Turrena sedes eius. Cęterum in Volturrena sacrata fano regio: sunt omnes dictæ vrbes vt cernimus: & in supradictis quæstionibus explanatum est. Quare in Volturna regnauit Coritus. Præterea vbi oppidum Dardanium: & prædia a fratre eius rege Iasio & Thermæ dictę adhuc Iasinellæ: & prædia vxoris eius dicta adhuc ab ea Cibelaria: & prædia matris Iasii dicta Electraia: & oppidum a nomine patris dictus Coriti mons: & oppidum vocabulo Etrusco & non latino: vtiq; ibi domicilium & regia sedes Coriti & Iasii: ac reginarum Electræ ac Cibelis. Ergo in Volturna regnauit Coritus & Iasius: quia ibi sunt oppida & prędia Dardanuim: Iasinellæ: Cibelaria: Electraia: & Corit Nyenta: id est Coritus mons & oppidum: vt probate interpretati sumus in Anniis quæstionibus. Amplius: vbi fuerũt ad memoriam regiæ acclamationis seruatæ more antiquo illitæ minio triũphales statuæ Iasii: Cibelis: Electræ: & Armoniæ: haud dubie ibi regia eius sedes quærẽda est. Quare Volturna fuit regia sedes Iasii quia eius agro & colle Cibelario seruatæ fuerunt dictæ triumphales statuę: vt in principio huius tabulæ scripsimus: & late probauimus de origine literarum Etruscarum & philosophiæ. Mentitur ergo Græcia mendax in historia: q̃ Cibeles mons in Phrygia sit a quo matris deum Cibelis nomen fuit: cum econtra a Cibele Thusca cognata Dardanii in Thuscia prius collis monsq; Cibelarius: & inde in Phrygia sit nominatus: quia prius Cibeles Thusca fuit q̃ Dardania. Et vocabulum Thuscum est Cibeles: a cibelizare id est sacrare dictum:

Coriti & Iasii regia volturna.

Cibelis mons in Tuscia.

a quo Cibeles regina sacrorum latine dicitur: vt probauimus in eodem libro de origine philosophiæ ac literarũ Etruscarũ. Deniq̃ vbi ortus est Dardanus: ibi patris & matris domicilium: & regia sedes. Sed vetusti Arunti Camillarii id est secretarii famã retulerũt: qua scriptum est: q̃ Dardanus est ortus in agris Camillariis siue Aruntinis. Quare quoniã Camillarii sunt Vetulonienses: idcirco in Vetuloniensi Turrena sede patris Coriti Dardanus & etiã Iasius. Pro quo valido argumẽto explanãdo: notãda est primũ distinctio Plinii in. III. naturalis historiæ ca. VI. vbi ĩ Thuscia tres Aruntes populos ponit: videlicet Arũtinos veteres: Aruntinos fidẽtiores: & Aruntinos Rullienses: vt copiose exposuimus in cõmentariis sup alios authores. Sed de Arũte vetere oppidulo vidẽdũ est vbi sit. Cato ĩ fragmẽto. XVI. de originibus / in tertia gente Thusciæ Transcyminia inter alios / hos enumerat dicens: Sub Volturrena sunt Aruntes veteres cognomine Camillarii: Longius Blere. Rursus Antoninus de sex itineribus ab vrbe Roma in Gallias: Cassiano inquit itinere itur p Politorũ: Arcenũ: Ninionẽ: Forũ Cassii: Aruntes Camillarios: Tudernũ: Varentanũ: & reliqua. At Camillarius vicus deletus: & lingua Etrusca Mont Arunes: siue latine Senes Aruntes: est sub Volturna inter forũ Cassii & Tudernũ: in Thermis Caiis: vt limites suprascripti: & nomia manentia: & vestigia probant. Quare in Volturna natus est Dardanus. Nota item lingua Etrusca Camillũ esse ministrũ & secretariũ siue camerariũ principũ. Vnde secretariũ deorum Mercuriũ: Etrusci vocant Camillũ: vt Seruius cuncta recte exposuit sup. XI. æneidos. Vnde Aruntes senes sunt cognomine Camillarii id est secretarii: & a cõmẽtariis Lucumonũ: q̃bus credit̃ necessario: quorũ testimoniũ retulit Latin⁹ ad Troianos dicẽs in. VII. æneidos. Fama est obscurior annis: Aruntos ita fere senes: his ortus in agris Dardanus idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes: Thraiciãq̃ Samũ: quę nũc Samothracia fertur. Hinc illũ Coriti Turrena a sede ꝓfectũ. & reliqua. Hac authoritate exposita sic ĩstituti iuuenes arguãt. Aruntinis veteribus vti Camillariis Etruscarũ antiquitatũ: necessario credit̃ de Dardano & aliis rebus Etrurię. Porro isti Camillarii ad oculũ demonstrant: & cũ pronomine demonstratiuo dicũt hic ortus in agris Dardanus: & profectus a Turrena sede Coriti patris. Ergo necessario pro veritate historię credit̃: q̃ his Camillariis agris regiæ Turrenæ sedis Coriti fuerit ortus Dardanus. Quidã mutata litera. t. in. c. dicunt in Virgilii dicto carmine Aruncos senes pro Aruntos. Quorum falsitas cũ ex pluri b⁹: tũ vel maxime ex pronomine demõstratiuo / his apparet / q̃a falso dixissent Arunci: Dardanus est ortus his Aruncis agris Fuit eñ Tuscus nõ Sabellus Dardanus. Pronomen eñ stat loco proprii & nõ cõmunis nominis & certam significat personã. Vnde his agris aut demõstrantur ipsi Arunci proprio & certo nomine ac persona: aut Arunti veteres Camillarii. Non Arunci: quia falsum est q̃ Dardanus fuerit Aruncus patria. Quare fuit Aruns Camillarius: & ita Volturrenus.

Aruntes.

Camillus.

Alii Aruncos legunt male.

Deniq̃ notãdum q̃ hęc tabula Græce scripta incipit: Tu Corit Nyentos. Nyentos: aut est originis Græcæ: & tunc est vna dictio & est genitiuus Græcus: & significat desponsationẽ: vt tabulæ interpretatio: aut sunt duæ dictiones Etruscæ & Arameæ Ny & Enta: & tũc Corit Nyenta est nomen loci in iugis Cyminiis. Ny aũt vt Samuel dicebat optimus Arameæ originis interpres: significat montem siue iugum. Et En castellũ: Enta vero oppidũ. Hinc Corit Ny Enta: sonat latine: Coritus mons & oppidũ: vt sæpe scribit Seruius super Aeneida. Similiter Cort en ebra significat Coritus in transitu. Eber eñ est trãsitus vel transiens. inde Ebrei. Liuius autem vna dictione in Etrusco agro ait esse Cort Enebram & Cort Nossam: id est Coritus augurium: quia Nosso est augurium: vt dicit beatus Hieronymus in libro de interpretationibus nominum. Hactenus de prima clausula tabulæ. Sequitur de secunda quæ refert Isidem venisse in Etruriam tetrapolim: ad nuptias Iasii & Cibelis. Pro cuius veritate consequenda: per quæsita procedemus hoc modo.

PRIMO Quæritur quæ fuerit Isis siue Ceres frugifera panifica? Respondet Diodorus Siculus in primo libro: q̄ Io soror & coniunx Osiridis: dicta est Isis id est Ceres frugifera & legifera: quia prima leges dedit & fruges inuenit: vt testimonio inscriptæ columnæ in Aegypto probatur. Docuitq̄ Agyptios omnes prima grana colligere: & panes conficere: præcipueq̄ Libycos Aegypto annexos. Isis & Ceres

SECVNDO Quæritur an venerit in Italiam ad docendū eadem? Respōdet Plinius in.VII. naturalis histo.cap.vltimo dicens. Ceres prima inuenit frumenta: cum antea glande vescerentur. Eadem molere & panes conficere docuit in Attica: Sicilia: & Italia. Et ob id dea putata. Eadem leges dedit. Hæc Plinius. Cereris inuenta.

TERTIO Quæritur: in quem primum locum in Italiam rate vecta fuerit? Respondet Fest9. Nam cum vicus Thuscus Romæ antea Argeus: ab Argiuis comitibus Herculis dictus sit: & prius Libyssus: vt ait Fabius Pictor: quęrit Festus vnde Libyssus dictus sit. Et sic respōdet. Argeus campus dictus est Libyssus: quia Ceres ex Libya illo primū fruges aduexerit: ob qđ & campus Libyssus: & ipsa Libyssa dicta est. Ergo vt testatur etiam tabula hæc: Isis maxima frugifera: legifera: panifica: ab Aegypto & Libya mota: rate venit in Tyberim: ducens frumēta: vt doceret Italos serere frumentum: & molere: ac panes conficere. Locus aduētus. Libyssus.

QVARTO Quæritur: quo tempore venit in Italiam: Siciliam: & Atticā? Respondent vnanimi consensu omnes Græci & Latini: q̄ hoc fuit ante Dardaniā cōditā: p̄bantq̄ istud: qa interfuit in nuptiis Iasii: Cybelis: & Armoniæ. Vnde Diodorus in.VI. libro referens fabulā Samothracam dicit: in Samothracia in nuptiis Armoniæ atq̄ Cadmi: quoniā Armonia soror esset Iasii & Dardani: & cognata Cybelis: interfuisse Isidem & alios deos & deas in eius nuptiis. Longe vero post nuptias defuncto Iasio: Dardanus cum Cybele in Phrygiam sacra ferētes Dardaniam condiderunt. Eusebius quoq̄ de temporibus notat Isidem paulo minus.XL. annis ante Dardaniam cōditam reuersam fuisse in Aegyptum. Berosus itē eā interfuisse nuptiis & reuersam in Aegyptum ante conditam Dardaniam scribit. Et ita cæteri consentiūt. Tempus.

QVINTO Quæritur quo tempore condita sit Dardania? Respondēt Chronographi ex publica temporum fide atq̄ monarchia Assyriorum: q̄ condita fuerit anno secundo Amyntis: qui decimus septimus imperauit post Ninum. Et ita notat Eusebius de temporib9: & Manethon in supplemento Berosi: & alii qui notant Assyriorum Annales. Dardaniæ conditio.

SEXTO Quæritur quando Cadmus celebrauit nuptias Armoniæ Iasii sororis in Samothracia: vt Græcia mendax fingit in historia: & quando obiit Iasius Samothrax? Respondet Palefatus Spinga: quem notat Eusebius in temporibus: q̄ trigesimo sexto anno Pannię regis Assyriorum qui fuit a Nino.XXIII. Cadmus superinduxit Priscæ vxori: Armoniam sororē Martis non Iasii: & passus a Prisca vxore certamē profugit. Inde circa nouissimos annos Mytrei regis Assyriorū rediit anno a condita Dardania ferme septuagesimo supra ducentos: vt supputatio Eusebii atq̄ Archilochi probat. Hoc etiā affirmat Xenophon in libro de æquiuocis: qui cum sex Cadmos enumerat: de quinto sic dicit: Quintus paulo ante ruinas Troię Armoni a Samothraca inclytus: qui a Prisca vxore ob Armoniam certamen passus: rediensq̄ a Phœnicia: detulit in Græciam primus sexdecim numero literas: nō Phœnicas: sed characteribus Galatharum ac Męonum persimiles. Archilochus quoq̄ in epitheto temporum dicit: Homero consensu totius Græciæ ius tributum emēdandi characteres & linguā & noīa Græca (q̄ vt aiūt) Cadmus Samathrax semibarbara & ruditatis plena in Græciā attulit sub excidium Troianum. Ex his patet q̄ mendacissimam Græciam esse in historia conditionis Dardaniæ: fabulantem post nuptias Armoniæ & mortem Iasii Samothracis: fuisse Dardaniam conditam a Dardano Samothrace fratre Iasii. Nam cum ducentesimo & septuagesimo post Iasii mors.

conditam Dardaniam anno reuersio Cadmi & mors Iasii fuerit: vt ostendimus: necessario cõsequens est: vt alius Dardanus condiderit Dardaniam ante mortem Iasii Samothracis ducentis annis & amplius: ita non modo Armonia soror Martis Samothracis: quam finxerunt sororem Iasii teste Diodoro in sexto libro: verum etiam tempus ipsum: detexit mendacium Græcanicæ leuitatis & nequitiæ: quæ teste Catone omnia corrupit: & instructa facultate dicendi & copia: incredibile est quantas mendaciorum tenebras excitauerit: vt ait Lactantius XV. cap. libri primi diuinarum institutionum. Itaq; redarguuntur Græci: quia Isis Aegyptia interfuit nuptiis alterius Iasii & Cybelis Tuscaniensis: ante nuptias Armoniæ Samothracis plus q̃ ducentis annis: vt latina historia: & tabulæ ipsæ Cybelariæ ac subscriptio Cybelis indicant & inexpugnabiliter probant: & Berosus asserit in quinto antiquitatum.

Isis in Vetulonia.

SEPTIMO Quæritur vbi Isis interfuit nuptiis Iasii Tuscaniensis postq̃ venit in Tyberim e Libya? Respondetur. In vicina regia tunc Italiæ Vetulonia: siue Tetrapoli Etruria. Probatur id multis argumentis. Primo Berosus in quinto antiquitatum author est: Isidem sororem Osiridis quæ sexcentis vixit annis: interfuisse nuptiis Iasii filii Coriti in Vetulonia. Sub statua quoq; triumphali Cybelis subscriptio est: vt in principio posuimus: q̃ anno decimo quinto ætatis nouæ sponsæ Tyles filiæ ducis Sypi: hospita Isis fuit epulatrix siue conuiua in domo eius: & Veiuzo oppido id est Vetulono: quia Vetulonia & Veiuza est idem. Nam Vei curules: zi vero consulares dicuntur: vt supra de parazim in secunda tabula diximus. Similiter Vetulonia Veia & curulis Philarcha interpretatur: vt probauimus in quæstionibus Anniis. Est autem Veiuza ciuitas regia: quia curulis consularis siue philarcha. Quare in tetrapoli Etruria & Volturna: Isis interfuit nuptiis Iasii ac Cybelis: quia ipsa sola erat in Italia & Thuscia vrbs regia. Rursus ratio dictat: vt Aegypti regina in Italicum Tyberim doctura Italiam aduecta: Regem Italiæ adiret: & ab eo honorifice vt par erat: exciperetur: in ciuitate regia: siue mauis: vocabulo Etrusco Veiuza & Vetulonia. Hinc Veiuzi Viterbenses & Vetulonia: curules regii siue Philarchæ interpretationem habent. Quare impressores corruperunt Fatium cosmographum de Vbertinis Florentinum: vbi de Viterbo loquens: dixit ante fuisse Viterbo nomina Tusca & Veiuza. Nam impressores falso Veiensa pro veiuza posuerunt. Argumento sunt contractus vetustissimi: & nomina ad hæc tempora seruata Isidis & Veiuzę vrbis nostrę: quoniam sicut Romæ quo primum rate venit e Libya / Libyssum nomen indidit: vt probauimus: ita vbi in Veiuzam ad nuptias venit. Libyssilla nomen regio tenet: quam Libyscillam proferimus. Similiter Veiuzos & truncata prima syllaba Iuzos ad hæc tempora nos vocant finitimæ gentes & contractus. Quæ cuncta cum lustrator Italiæ Blondus non spectasset: dixit Viterbum esse vrbem parum vetustam: cum omnium primam & regiam in Italia Ianus condiderit: vt in secunda & tertia institutione præmisimus. Quinetiam vt manifestius & apertius mentiretur Blondus: dixit lacum Vadimonis esse lacum montis Rosuli. Primo enim peccato topographiam subruit. Nam lacus montis Rosuli est in Ciscyminiis Veientanis ab vrbe Roma populis: vt cernimus. At lacus Vadimonis est in Transcyminiis inter Cyminia iuga: quæ Fabius transgressus est: & Volsinum: quod non attigit: sed Decio in annum sequentem domandum reliquit: vt Liuius in nono ab vrbe condita: author est: & nos super secundam Libyscillam tabulam exposuimus. Peccat item multis aliis peccatis: quia lacus Vadimonis sacer & nauisus dicitur: id est sine naui: vt etiam exprimit Plinius nepos in Epistola ad Gallum de lacu Vadimonis. Item vt scribit aqua Vadimonis est sulphurea: colore sub albida: cærulea: spissior: habens artanas mobiles iunceas: sine piscibus: & eiuscemodi: quæ

Veiuza.

cuncta desunt lacui montis Rosuli. Et ideo noster Florentinus/thusco sanguine natus atq; notitia patriæ doctior Fatius/vocabulo vetusto/quod permanet/vsus:dixit Viterbum antiquitus dictũ fuisse Veiuzã:id est curulẽ philarchã nõ Veienzã. Viterbẽses enĩ olim dicti sũt Volturreni cognomine Etrusci sicut volturna cognoĩe Etruria:vt in secunda institutione ac prima ostendimus. Etrusci autem dicuntur proprie Veii coloni Sardiniani:& ob id Veiẽtes Enetanos Sardinianos vocauit Romulus/vt in eius vita Plutarchus asserit. Quia scilicet illi Veientes Romæ proximi/erãt(vt ait Dionysius in.ii.libro)generis Etrusci siue Volturreni & Vetuloniensis:qui teste Beroso in.v.antiquitatum:miserunt primas colonias in Sardiniam cum Phorco. Et ob id in triumphum Sardiniani cognominati.vti Cæsar a victoria Britannicus & Scipio Aphricanus. Vnde vt Strabo in.v.memorat: dum Hercules misit Iolaum cum Tospiadibus ad habitandum Sardiniam:iam occupatam & habitatam inuenit a Barbaris qui erant natione Tusci. Intelligat igitur Blondus Etruscos Veios & vocabulo patrio Veiuzos fuisse tantæ antiquitatis:vt etiam Herculem ægyptium Libyum præcederent & insulis maris dominarentur. Non enim Alcei Græci:sed Libyci Herculis primo genitus fuit Sardus cum Iolao missus & Tospiadibus:dicente Sillio in.xii.libro. Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis. Libyus enim fuit nomẽ Herculis ægyptii:a quo Libyci populi:vt ait Berosus & diuus Hieronymus super Genesim:cum antea Phutei dicerentur. Nam & ob triumphum deuicti Antei teste Beroso: columnam ipse posuit in Libya Alceus Græcus:vt Diodorus asserit in.iiii.libro. Q2 si Libyus ægyptius Hercules tantæ antiquitatis fuit:vt Lestrigonem antecesserit:sicut tradit Berosus:aut decem milibus annorum præcesserit Alceum:sicut scribit in primo libro Diodorus:aut ferme æterna illi fuerit origo:vt Macrobius in Saturnalibus refert: q̃ antiquissimi vtiq; ante illum fuerunt Veii Etrusci ac Volturreni:qui longe ante Iolaum & Tospiades dominio maris potiti: colonos Veiuzos in Sardiniam transportauerũt. Sed de antiquitate Veiuza Volturrena/quæ & Viterbum/aureo sæculo & ante Ninum orta:satis dictum sit in commentariis super Fabium Pictorem:& Myrsilum Lesbium. Nunc satis sit Blondo/Veiuzum oppidum:quo ante Dardaniam nuptiis Iasii ac Cybelis interfuit vetustissima Isis: non esse parum vetustum oppidum. Præbuit Blondo:sicut & multis q̃q̃ alias literatis:occasionem errandi: Viterbum nouellum vocabulum:& parua circunspectio antiquorum nominum eius ac limitum & circunstantiatum adhuc extantium:vt supra ostendimus. Igitur ad hoc septimum quæsitum responsum sit satis:Isidem interfuisse nuptiis Iasii in regia Veiuza tetrapoli Etruria nunc Viterbo. Nec obstat q; excisa marmora dicunt Isidem concessisse in prædia Cybelaria; subscriptio vero statuæ in Veiuzam vrbem & domum Tyles quæ & cognomine Cybeles:vt in lib. antiquitatum Berosus indicat. Nam vtrobiq; nuptiæ multis diebus celebratæ:in prædiis etiam fruges primum satę & collectę. Inde vãno purgare frumentum:molere; ac panes cõficere docuit: quos primos ingratiam Iasii obtulit:vt Berosus dicit; & Diodorus docet ex Samothracum historia in sexto libro. Quare Viterbum olim Veiuza Volturna primos in Italia panes vidit & gustauit:patria semper numinum & deorum:habens a tergo Cymínia iuga syluosa:plena aucupii & venatiõis:hærbarumq; salubrium atq; scaturientiũ aquarum:a quibus subiacentia opulenta arua vrbis Etruriæ primum contemplatus est Romanus miles:vt Liuius scribit in nono ab vrbe condita. Porro a fronte habet Volsinienses:a sinistris Tarquinienses:a dextris tyberim & finitima Vmbriæ. Huius Turrhenæ vt indicat Diodorus in.vi.libro:campi sunt lati:collibus distincti:solo admodum fertili: vt qui aquis abundent non hyemis tantum:sed etiam æstatis tempore. Patriam incolunt vberem:quam

Sardus.

ſtudio agriculturæ efficiunt fertiliorem. Ea naturalis feracitas: & ſoli opulentia: eos ad inertiam & ignauiam traduxit: vt ibidem Diodorus teſtatur. Haud procul habet mare: proximos vero lacus Cyminium & Volſinienſem: a quibus opulenta recepit obſonia. Fluenta item piſcuoſa in limitibus habet: Tarquinienſium quidem Bleranum: Thuſſæ autē Nanæ Larthem fluuium: Intraq̄ agrum Ecalidum: Egelidum: Ry Oſirim: Ry Gomerium: Alcionem: Rozenum: Ry Atlaum: Albianum: Vectiam: Catenaces: Veias & eiuſmodi amnes ſaluberrimos ſimul & copioſis piſcibus refertos. Thermæ & fontes calidarum aquarum/ præcipue Caiæ ad felicitatem agri abundant: quæ vt author eſt Strabo in qnto Gęographię ſalubritate ſui cæteras præcellunt. Abundat perennibus riuis: latiſſimis & opulentis aruis: vinetis/olivetis/ & pratis / & omnibus delitiis naturalibus. Viſus ipſe cum a iugis Cyminiis / tum Phiſcone monte planities ipſa occurrit: mox quaſi aperto cœlo & fugato carcere vndiq̄ reficitur: vt vere ipſe ſitus non otioſe a natura productus: ipſis primis diis id eſt iuſtis principibus Italiæ habitaculum fuerit præparatū: aurea illa ætate: quādo ſola glās/& ſponte naſcentia: atq̄ clari latices humano generi delitię erāt. Quę vero poſtea humana gula populatur: regio ipſa tam copioſe producit: aues: volucres: altilia: ceruos: damulas: lepores: apros & eiuſcemodi quæ aucupio & venatu quęruntur: vt quando creduntur defeciſſe: tum maxime excreſcāt. Sed de his alias. Nunc ſatis eſt expoſuiſſe iuuentuti noſtræ primam & ſecundam tabulæ Cybelariæ clauſulas: de Corito & aduentu magnæ Iſidis in Veiuzam Vetuloniam: & Cybelaria prædia fontemq̄: nunc de tertia clauſula dicendum eſt: quæ mortem Iaſii narrat.

Iaſii cædis cauſa.

DE MORTE Iaſii hæc quæruntur. Primo quæ cauſa impulit Dardanum ad perimendum fratrem ſuum Iaſium? Reſpondet Seruius: quia contendebant de regno. Et vt ait Beroſus in quinto: Iaſius ortus eſt ex Electra: patre exiſtente Corito/id eſt haſtato Ioue: ad ſuccedendum regno. At Dardanus ortus eſt eodem patre exiſtente Ito/id eſt Ioue ſummo & rege actu. Quare Dardanus dicebat ſe iure patris ſucceſſorem eſſe qui primogenitus erat patris actu regis. Iaſius contra ſe primum eſſe ſucceſſorem aſſerebat: quia pater iam haſtatus regno & Coritus ad ſuccedendum genuerat. Et vt ait Beroſus: Dardani partes Latium & Aborigines fouebant. Iaſii vero Ianigenæ atq̄ Siceleus rex Hiſpaniæ. Vnde diffiſus publice congredi Dardanus: clam illum per inſidias & dolum peremit: parata naui littore haud procul. Et vt ait Virgilius profectus a Turrhena ſede patris Coriti/ Ideas phrygiæ penetrauit ad vrbes: Thraiciamq̄ Samum: quæ nunc Samothracia fertur. Et hoc occaſionem mentiendi dedit Samothracibus: vt dicerent Dardanum fuiſſe Samothracem: vt ſupra oſtendimus.

Locus cędis

SECVNDO Quæritur vbi Iaſius fuit interfectus? Reſpondent Virgilius & hæc tabula. Nam Virgilius vrbem regiam notauit Turrhenam ſiue Volturrenam ſedem Coriti: a qua profect⁹ fugit in Samothraciam. Tabula vero locum priuatum & inſidiis aptum exprimit: in Thermis inquiens Iaſinellis. Adhuc retinent nomen: etſi vulgus mutet primam literam i. in l. dicens Laſinellas pro Iaſinellas. Sunt prædia & Thermæ Iaſii ſub Aruntibus Camillariis: qui Arunci ſenes dicebantur. Dardanus his ortus in agris phrygię penetrauit ad vrbes vt Virgilius author eſt in. vii. æneidos.

Tempus.

TERTIO Quæritur quando peremptus fuit? Reſpondet Beroſus in quinto q̄ anno quinquageſimo regni ſui. Nam vt ait cœperunt ſimul regnare Cecrops primus Athenis & Iaſius in Vetulonia: ſimulq̄ finierunt. Ergo quia Cecrops obiit anno quinto liberationis fi-

liorum Israel ab ægypto:&.xxxiiii.egressionis eorum Dardania condita est:vt Eusebi⁹ scribit:necessario sequitur:vt anno.v.liberationis Dardanus aufugerit:& vigesimo nono post fugam anno:Dardaniam condiderit:sexto scilicet anno q̃ Moyses naturæ concederet: vt etiam Eusebius notat in conditione Dardaniæ.

QVARTA huius tabulæ clausula est de restitutione siue reparatione regiæ Cybelis. In quarta clausula ponitur ꝙ Pipinus & Marsias reparauerunt Cybelis regiam.Qui fuerint hi duo Larthes Etruriæ:in Etrusca historia diximus.Regiã vero in Cybelicis prædiis existimo ibi esse:vbi non procul Cybelario colle/vnde fuerunt statuæ effossæ/visuntur vestigia quædam fundamentaq; habitationis nobilis.Distat a Iasinello prædio tribus milib⁹ passuum:& a Vadimonis palatiis quinto lapide.

QVINTA clausula est de authoribus Vetuloniæ:qui fuerint. Cato in.ii.fragmento de originibus docet/primum qui tetrapolim Etruriam condiderit fuisse Ianum.Idem asserũt Myrsilus & Fabius Pictor.In tetrapoli autem Etruria continetur Vetulonia:vt Myrsilus scribit/& nos supra Myrsilum ostendimus/& in Anniis quæstionibus:& supra Xenophõtem de æquiuocis.Quare Vetuloniam primus omnium Ianus:non Cameses posuit. Item Berosus in quinto antiquitatum scribit:regem Comerum primum fuisse:qui docuit suos in plaustris siue veis more Scythico habitare/vnde Vetulonia nomen fuit vrbi. Non igitur fuit primus Cameses.Respondendum mihi videtur ad hoc:ꝙ Ianus primus omnium condidit tetrapolim Etruriam:vt ait Cato cum aliis:sed habitatio his tũc fuit in tuguriis & cryptis.Inde nepos Iani/Veias primus teste Beroso turritas extruxerit:vti in Asia Mosi neci Mossinas:sicut Dionysius Halicarnasseus in primo libro secutus Myrsilum asserit. Veiæ. Cameses vero primus omniũ posuit ampliando.Nam illa quatuor oppidula a se nimis distantia:Arbanum:para Tussam:Vetuletum & Volturnam:ita ampliauit atq; magnificauit:vt alterum alteri cohæreret.Absolute tamen Ianus primus omnium colonias eo aduectas fundauit.Quod vero ait supra Balneas:exponendum est prope Thermas: quia Thermæ & Thermales aquæ quas vulgo Caldanum dicimus:sunt prope Vetuloniam:dicente Plinio in.ii.naturalis historiæ.Pisæ aquis calidis innascuntur ranæ: & ad Vetulonos in Etruria pisces.Rursus castellum iuxta Vetulonos posuit Libyus Hercules.Hoc adhuc vocamus castrum Herculis.Fuit ergo ęgyptius non Alcęus.Cui etiam est argumento vocabulum cognominis collis ægyptium.Dicitur enim collis Musarnus. Cognomina enim Herculis ægyptii sunt Her;Hercol;Arino siue per syncopam Arno:& Musarno. Teste diuo Hieronymo & Talmudistis/Her pellitum:Hercol pellitum totum: Arno leonem magni nominis:Musarno eruditionem leonis magni nominis significat.Pellitus dicebatur a quotidiana pelle leonina quam induebat:Hercoles vero siue totus pellitus tempore belli: quia teste Diodoro in primo libro/nondum eius ætate inuentis armis/toto corpore pro armis tegebatur pellibus ferinis:quod Græco Herculi non cõgruit Leo magni noĩs dicebaᵗ ab insigni suo coronato ac semp victore leone.Eruditio vero leonis dicitur militia eius: qa docuit ad lacus sulphureos initiare suã militiã:quibusdã incantamentis quib⁹ dedit⁹ erat: qđ non congruit Gręco Herculi:vt asserit Diodor⁹ in.vi.libro.Vnde vbi Arnos & Musarnos legimus:interpretamur Herculeos.Sed differenter:qa vbi Arnus diciᵗ/ibi solũ Herculeum in Latinũ vertimus:vt Arnus fluuius:id est Herculeus.Et sub statua Iasii diciᵗ/ꝙ Iasium regem acclamauit Arno id est Herculeus populus.Verum vbi Musarnos legim⁹: ibi latine traducimus initiatos Herculeos:quia doctrina Herculis initiabantur.Hinc Ptolemęus in Geographia regnoꝝ Carmanię atq; Gedrosię/notat antiquos ppl'os Musarnos & metropolim Musarnam:id est initiatã Herculeam:& initiatos Herculeos. In hac quoq;

Herculis nomina.

Arnus.

Musarnus.

nostra Etruria nūc Viterbo: in parte Arbana: collis Musarnus dicit id est initiatus Herculeus: vbi nunc est episcopiū & ecclesia sancti Laurentii: olim templum & palatium Herculis ægyptii: quod vulgo castrum Herculis dicim⁹. Et item nō procul Viterbo videlicet ferme quinto lapide: iuxta Coriti Lyanum & vadum Tuscaniense sub lacu Vacimonis est oppidum deletum: quod ciuitas Musarna dicitur. Argumentum ꝙ eo habitabit sacerdotes Herculei: initiatores militiæ: quæ ad vicinum lacum Vadimonis initiabatur lege sacrata vt in nouo lib. ab vrbe condita Liuius scribit. Hactenus de castello Herculis in parte Arbana: & colle Musarno. Q đ vero sequitur ꝙ Sabatius Sangni ædificauit oppidum in Trossis Volturrhenis: sciendum est ꝙ ager Volturrhenus cognomine Etrusc⁹ nūc Viterbēsis / diuiditur in partem superiorem & inferiorē. Pars superior dicitur a Viterbo ad Tyberim vsꝙ in longitudine: & a Cyminiis iugis ad montem Physconē & Florentinum in latitudine. Ea pars diuidit in duas partes. Prima dicit Trometina: altera vero Trossana. Trometina dicitur a Tromete campo hærente Volturnæ: quem nostra ætas Pelasgico vocabulo dicit planum Trometorū: a Troma quod est formido vel horror: & toreo id est transfigo. Hinc Trometores siue Trometini dicunt: q viribus & arte armorū: Herculeo more luctādo gladio ex improuiso transfigunt: vti Liuius de nostro para Tusso in libris ab vrbe condita dicit: ꝙ Fabium in Veientes euntem / Tuscus quidam ferox viribus & arte armorum / gladio per pectus transfixit. Hæc pars Trometina extenditur a Viterbo vsꝙ ad vadum / adhuc Trossanum dictum: non procul Ferentino oppido Othonis Cæsaris: cuius meminit Suetonius in vita eiusdem Othonis. Ab hoc vado Trossano vsꝙ tyberis portionem quæ ad ius Viterbensium spectat: extenditur Trossana regio / vbi Lydi & Mæones: Italis atꝙ sacratæ ab origine sedi prisci Coriti: mixti fuerunt coniugio & stirpe: vt docet Berosus in. ii. &. v. antiquitatum: Et Sillius Italicus in. iiii. libro. Vnde in hac portione manent nomina deletis oppidis Turrhenę: Męono: Męoniæ: a quibus nunc planum Męonianum / & oppidum simul. Interiit funditus & Trossulum oppidum: de quo Plinius in. xxxiii. naturalis historiæ cap. iii. Sæpe inquit variatum est equestris ordinis nomen. Nam sub regibus Celeres appellati sunt: inde Flexumines: postea Trossuli: ꝙ in Tuscis citra Volsinum nono lapide / eius nominis oppidum sine pedite cepissent. In hac portione est filiæ Atlantis oppidum Celeno: & eius amatoris Oriona: & Sangnena: vulgo nunc Sayena: de qua nūc excisa tabula dicit ꝙ Sabatius posuit villam in Trossis. Rursus a Sangni extat Sangninaia regio Trometina: a qua dicimus sancta Maria Sangninaia. In Sabatia quoꝗ nunc Anguillara & Barceana regione / limes vltimus non procul Cere est fluuius Sangninaia. Hæc regio Sabatia & limes Sangninaia dicitur a Sabatio Sangni: qui teste Beroso & Catone: & his tabulis: fuit pater Sabi a quo Sabini & inde Sabelli: quos latini Samnites: Græci vero Saunitas vocabant: vt significat Plinius in. iii. naturalis historiæ ca. xiii. Hic lingua Sabina & Etrusca dictus est Sabatius Sangni: & item Sabatius Saga: latine vero Saturnus / Sanctus / Fidius. Semipater: vt copiose ostendimus in commentariis super Fragmenta Catonis: & super Fabium Pictorem & Sempronium. Quo loci nota ꝙ hic Sabatius siue Saturnus fuit Caspius non Græcus: vt ibi ostendimus. Fuit & subregulus Iani in Latio: a quo Saturnia Capitolina & Saturnia latium: vt Varro significat in primo de lingua latina. Quinetiam dicta portio Etruriæ Sabatia: & ab eius cognomine Sangninaia Trometina: & oppidum Saturnia / nuper a Senensibus reparatum: & tota Thuscia quæ tunc ditioni Iani suberat: amoto suo nomine Ianiculo Ianus a nomine eius iussit dici: scribente Protarcho: & asserente Igino: & referente Macrobio in primo Saturnalium: ꝙ mortuo Saturno Ianus ei dicauit aras: & eius nomini regionem totam quæ illius ditionis erat. Hæc satis sint pro expositione tabulæ.

Trometores.

Trossuli.

Sabatia: Sangni.

Sabatius Saturnus.

Quæ vero quarta in ordine est Ararathea: & ab Hermolao Araratheo interpretata in Vetuleti porta:fere eadem est cum præmissa.Oppidum Fenestræ:Carcanel ibi dicitur: & adhuc vulgo Carcarelle appellatur.Est oppidum cuius ruinæ visuntur in parte inferiore Volturreni nunc Viterbensis agri.Hæc pars inferior extenditur in longitudine decem milibus passuum a Viterbo vsq Bleranum fluuium: olim Tarquiniensium: & in latitudine a iugis Cyminiis ad Larthem fluuium & lacum Volsiniensem. Diuiditur hæc nostra portio in duas partes:in Tuscaniensem & Veiam.Tuscaniensis extenditur a Viterbo vsq vadum Tuscaniensem adhuc vulgo dictum:quinto lapide a Viterbo. In hac portione Tuscaniensi adhuc sunt in iugis Dardanium oppidum deletum: mons Italianus:Iasinella regio:& Thermę: fluuius Ecalidus vulgo Caldanus:& illustris miraculo piscuoso vt in secundo libro naturalis historiæ insinuat Plinius. Item est & regio Sais Xantho:& Xantho Apoito:illustris Osiridis triumpho:vt in Osiriana tabula dicemus.Est & Egelidus vulgo Fredanus in valle reducta fluuiolus:inclytus lustratiōe Aeneæ & allocutione Veneris:cum Aeneas missus ad Lucum Fanumq Volturnæ ad Lucumones transmisso vicino Minione Ceritis limite ibi lustrat9 est:vt Virgilius in.viii. libro Aeneidos est author.Dicitur autem Tuscaniensis hæc pars:a Para Tussa:siue coronata Tusca vna ex tetrapolis vrbis Etruriæ parte regia.Ab hoc vado Tuscaniensi ad Tuscanellam extenditur Volturreni agri portio Veia quinq milibus passuum: in qua continentur amnes & prædia adhuc dicta Veia: Cybelaia: Katenaces:Cymella: Horchia.Sub his Tussi Nani & Tuscanelli in Tarquiniensi:in quo & Carcanim id est castrū lucernæ.Hactenus de quatuor excisis tabulis:nunc de quinta id est decreto Desyderii regis. Egelidus.

Quinta Tabula.



QVINTA Tabula est ingens semirota alabastrina: literis Longbardicis excisa:effossa in vico Demi Atu Para Tussæ siue coronatæ Tuscæ. In ea cōtinetur reuocatio eoꝝ quę cōtra Etruscos antea tulerat Aistulphus.Sane sciēdū est vt in historia Lōgbardica scribitur:& vtcūq narrat Platina in vita Pontificum:Longbardi omnē regionē circa Tyberim:in tres ducat9 partiti sunt:quoꝝ metropoles fuerūt Etruria:Spoletū:Beneuentū.Dux Beneuentanus regebat Latium & Campaniam vsq Neapolim.Dux vero Spoletanus Vmbriā Tyberinam.Et dux Etrurię partē Thusciæ:item Tyberinam.Aistulphus dux erat Beneuētanus infensus Etruscis. Desyderi9 vero Etruriæ dux e cōtra amicissimus.Mortuo rege Longbardorum: successit Aistulphus:qui Longholam siue Para Tussam iussit dici Longbardulam:& ab eis abstulit lacū Volsiniensem:& ius cudendi monetas:& multa alia:vt solent reges infesti vrbibus agere.Mortuo Aistulpho successit regno Desyderius dux Vetulonię siue Etruriæ. Quare vrbi ducatus sui contulit plura beneficia.Et quia Hadrianus papa iam euocabat Carolum magnum pro liberatione ecclesiæ simul & Italiæ cōtra Desyderium regē: iccirco Desyderius veritus qđ futurum erat:studuit beneficiis cōtinere in officio primores vrbes.Scribit igitur Grimoaldo tunc Volturnæ siue Etruriæ pręfecto plura: quorū nonnulla ipse Grimoaldus vt palam a Thuscis legerentur excerpsit:& in hoc alabastro excidit.Et nota ꝙ ducatus Etruriæ solum erat:qđ nunc dicitur patrimonium. Sed præfectura totam continebat Thusciam:a Tyberi ad Macram.Et ideo in hoc decreto beneficia toti Thusciæ collata:Grimoaldus posuit his verbis.

DECRETVM DESYDERII REGIS ITALIAE.

Diuiditur hoc transumptum ex decreto decisum: in tres partes. Sed ante de Lōgbardis aliquid p̄mittēdū est. Longbardi sunt magnæ Germaniæ Tuyscones populi: qui vt notat ī Geographia Ptolemęus: diffundunt̄ a Rheno Alemanię fluuio vsq; trophęa Drusi. Vrbes in his ponit Ptolemæ⁹ & Cornelius Tacitus: vnam Nouesium: quā qdā putant nunc dici Nussiam. Incolunt regionē sub Sicambris in longitudine a Rheno per fluuiū Iudrum & initia montis Meliboci vsq; in Albim fluuiū. Hi occupauerūt Italiā ducētis annis & ampli⁹: & primum Arrianā hęresim secuti: inde ad Catholicā fidē reuersi sunt. Literatissimi fuerunt: vt patet ex legibus eoꝝ. Characteribus non multū a latinis distāt: lingua tamen latina vtuntur. Ab his Gallia Cisalpina Longbardia & per syncopam Lōbardia nomen retinet. Aistulphus penultimus: Desyderi⁹ vero vltimus ex Longbardis Italiam occupauit. Itaq; Decretum eius diuiditur in tres partes. In prima ponit beneficia collata Viterbo. In secunda: quæ contulit toti Thusciæ: de cuius desolatione accusabatur. Tertio præparari iubet ad obsistendum Pontifici. De prima sic dicit.

Longbardi.

Reuocamus statuta regis Aistulphi contra Vetulonos edita: vt lacus nō Tyrēsiū sed Vetulonū sit: quia lac⁹ magn⁹ Italiæ ideo italiæ dictus est qa ager eorum pri⁹ est italia dicta ab ibi sede itali decreta. Et vt suam Lōgholā: non Longbardulam sed cognomine sui ampliatoris turreni Terebum vocent. Et vt sub vno muro cingāt sua tria oppida Lōgholam: Vetuloniā & Turrenā Volturnā dictā Etruriam: totāq; vrbē nostra adiectione Viterbū pronūtient: vt Rhoda & Ciuita Balneoregiū dici iussimus. Permittimus pecuniis imprimi Faul: sed amoueri Herculem & poni sanctū Laurentium eorum patronū: sicut facit Roma & Bononia. Iubem⁹ quoq; reparari Cort Nyentam: Dardanium: Assium: Forānium Cornyetum: & Tuscanellum.

Primū beneficium est restitutio lacus: qui a limitibus tātum dicitur Tarquiniensis & Volsiniēsis: sed a limite simul & iure atq; principatu dicitur lacus magnus Italiæ priscæ: qa ager Volturnæ prius dictus fuit Italiæ: vt in principio tertiæ tabulę exposuim⁹. Nūc vero ad ius Volturnæ nunc Viterbi solum ea portio spectat quæ Cort Nossā & mōtem Italianum prospicit. Secundum beneficium: q; Para Tussa cognomine Lōghola: nō dicatur Longhobardula: vt Aistulphus voluit: sed cognomine turrheni Terebum. Sane vt in commentariis super Myrsilū ostendimus: nomen proprium filii Atus regis Męonis fuit Torebus: & commutatis vocalib⁹ Terobus. Porro cognomen illi Turrhenus fuit ab vrbe regia Volturrena: qua fuit decoratus. Sed hoc loco Desyderius abutitur vocabulo nominis & cognominis. Ampliauit autem Para Tussam siue Longholam Terebus: adiiciendo illi vicum Demi Atum. Nam Demos populus: & Ato fuit pater Turrheni. Hinc Demi Atus: est populus Atus siue Męon: cuius decus & donum fuit Vetulonia: dicente Silio in. viii. Męonięq; decus quondam Vetulonia gētis. Tertiū beneficiū est de mœnibus tetrapoli Etruriæ adiectis: cū antea quasi quatuor distincta oppida essent. Quartum beneficiū ē pcussiōis numismatis cū ī signi veteris dignitatis Luci: q illis erat curia tēplū: & q̄tuor lrīs sacris FAVL. cōtinet: vt ī prima īstitutiōe & scđa tabula exposuim⁹. Quintū

Torebus.

Demi At⁹.

beneficium est:vt amoto Hercu le corruptibili:diuus Laurenti⁹ poneref:vt nūc cernimus. Nam antea erat Hercules leonem strangulans:cum claua & Longhola:vt æra vetusta inuiolate seruant. Notādū est ꝙ Desyderius impius occupabat bona ecclesiæ:ac Pontificem persequebatur:& tamen religiosus volebat videri in amouēdo a nummis Herculem & ponendo sanctum Laurentium:sicut olim Acaz:qui cum esset idololatra: religionem tamen dei simulauit dicens:Non petam & non tentabo dominum. Sextum beneficium est reparatio veterum oppidorum Cort Nyente:de qua in tertia tabula dixim⁹. Dardanium: Tardanum vulgus pronuntiat. Assium munitiuncula est: vbi Egelidus & Ecalidus amnes cōfluūt. Fora Annia ab Annia familia dicta. Cornuetū:p ypsilō Cornyetū scribit Desyderi⁹. Nam Cornuetum scribēdum est:vocabulo vetusto Etrusco:composito a Corno arbore & Nuetum. Vrbis enim huius insigne est Cornus arbor. Etrusce autem Nuetum & Nuulū. latine dicitur nubetum & nubilum id est Grauiscum:vt docet Cato in fragmentis & originibus. Et ideo Cornuetum scribit:id est Grauiscę:cuius insigne est Cornus. Postremum beneficium est:adiectio noua nominis:vt sicut vnis nouis mœnibus cingebatur vrbs:ita vno nouello nomine diceretur Viterbum. Hoc loco quæritur:vnde dicatur Viterbū:& quid significet. Pro quo notandum est:quod in prima parte docet beatus Thomas dicens: aliud esse a quo nomen imponitur:& aliud ad quod significandum imponitur. Nam teste peritissimo Donato: nomen significat & substantiam & qualitatem propriam vel communem quia nomina imponuntur a proprietate rei quæ est eius qualitas propria vel communis:& tamen significat substantiam:id est aliam essentiam:sicut lapis imponitur a proprietate cōmuni:vnde dicitur lapis:quasi lędens pedem : & tamen significat aliam essentiam corpoream. Itaq; cum Desyderius literatissimus adiecit vrbi antiquissimæ nouellum nomen:ab eius vtiq; qualitatibus propriis vel communibus Viterbum nomen imposuit:& tamen aliud significauit. Primo igitur videndum est:a quibus qualitatibus Viterbum nomen dicatur:deinde quid substantialiter significet. Et ita grammatice procedemus. Qualitates plures habet Viterbum:& ideo a pluribus originem habet:& ob id omnes opiniones veræ sunt:excepta prima. Nam dicit:a primis fundatoribus Tyburtinis dici Viterbum quasi vi tybur id est paruum Tybur. Quod quidem falsum est:quia Tybur nouissimis temporibus post Troiæ ruinas conditum est:sed Volturna primis ætatibus & aureo sæculo:ob qđ Volturrena:id est antiquissima Turrena dicitur vti tres institutiones supradictę asserūt. Secunda opinio dicit:ꝙ desumitur a qualitate particulari:qua Thebanus Aegyptius Hercules:in Arbana parte palatium munitissimum extruxit in colle Musarno: vbi lapis olim excisus inuentus est dicens:Hercolis imperium: & adhuc vulgo castrum Hercolis dicimus. Ab hac igitur particulari qualitate Viterbum:quasi vi Thebe dicitur. Fatius vero de Vbertinis Florentinus:a proprietate alia qua vita suapte natura delitiosa viuitur: ait vrbem quæ antea Tusca & Veiuza dicebatur:postea dictam Viterbum quasi vita hęrbidum. Tertius est Raymundus in Postcæsarianis commentariis:qui ab alia qualitate qua emeriti militia Romani:illo victuri se conferebant:ait Viterbum vita inermium dictum. Quarti:a Thermis saluberrimis asserunt dictum Viterbum quasi vi Thermulum:aut vi Thermum. De his Thermis enim Caiis adhuc dictis scribit Strabo in.v.dicens. Vbi Etruria magis Romæ appropinquat abundat aquis calidis non minus q̄ Caiæ quæ nobilitate alias præcellunt. Et Martialis:Morieris inquit Oppiane:nisi lotus Etruscis/id est Volturrenis/fueris aquis. Volturrenos enim circa Volinos/cognominant Etruscos Romani:vt Plinius indicat. Sed de his Thermis copiose diximus super Sempronium. Quinta qualitas cōmunis nunc sed olim ꝓpria est: quia Tursita est & Voltursena a Tursib⁹ dicta: vt

Assium. Ecalidus. Cornuetū. Viterbum vn̄ dictum. Thermæ Caiæ.

Myrsilus dicit: & Dionysius sequitur: & nos in commentariis super Myrsilum probauimus. A proprietate igitur Tursiū siue Turriū: a qua & Voltursena siue Volturrena dicta est: ab ea docti inter quos Blondus: dicunt appellari Viterbum quasi vi Turrium. Sextus fuit Hermolaus Venetus: Aquilegiæ Patriarcha: vir omni literatura excellens. Is enim aduersa prima tabula: voluit. F. A. V. L. exprimi quatuor vrbis huius tetrapolis populos: Faluceres id est Volturrenos: Arbanos: Vetulonienses: Longholos siue para Tussos. Hi quoniam erant Etruriæ vrbis quaterni Heroes ac regii populi: vtiq; Desyderius eruditissimus: ab hac propria vrbis qualitate imposuit nomen Viterbum: quasi vitam Heroum. Hunc septimus sequutus noster Episcopus Archas: aliam propriam qualitatem attendit in hoc decreto dicens. Quia inquit Desyderius ex quatuor partibus solas tres mœnibus cinxit: Longholam Tussam: Vetuloniamq;: ac Volturnam: relicto Arbano: cuius partes sunt Musarna: Calumba: & Ascreana: iccirco dixit Viterbum Vi trium vrbium. Ser Thomas noster Veltrinus Vetuloniensis aliā propriam qualitatem adducit dicens q; Etruria tetrapolis erat caput imperii: & curulis Phylarcha. Et ob id Veiuza vrbs & ei⁹ pars Vetulonia dicta. Et ab hac proprietate dignitatis antiquæ Desyderius imposuit nomen Viterbum quasi Veiterbum id est curule. Nonus est Ser Michael Archangelus Caprinus para Tussus: qui etiam proprietatem nominis Turrheni Terbum spectatus: asserit: & quidem vere: Viterbum dictum curule Terbum. Vnde Longholam Terbum dici iussit & totam vrbem Viterbum quasi Vei Terbum. Ergo eruditissim⁹ rex Desyderius impositurus nouellum nomen: quod qualitates proprias & communes supradictas includeret: dixit: ad iectione nostra dicant Viterbum. Adiectione inquit nostra noua sed mirabili: quæ omnes proprietates includat: & tamen substantiam aliam significet: vt in definitiōe nominis Donatus author est. Quæ autem sit ista nominis substantia: vtiq; est eius vera significatio: quæ a compositione partium pendet. Sane sciendum est Viterbum in omnibus excisis antiquis lapidibus & titulis sub Leone insigni definiri Viterbum: vetus verbum. Vnde inscriptio illa antiquissima est sub Leone. Non timeo verbum: Leo sum qui signo Viterbum. Nec te moueat q; posuit literam. i. & non. e. Non enim Veterbum: sed Viterbum dixit. Et enim in compositione sæpe vocales mutantur: præcipue vbi subest causa mutandi: qualis fuit in hoc loco: vbi opus fuit ita componere nomina & sinęrizare. vt omnes qualitates cū substantia includeret. Si autem dicis Veterbum: equidem substantiam quæ est vetus verbum & qualitatem vnam includis a Veis: & non omnes. Si vero dicis Viterbum: non modo substantiam: sed etiam omnes qualitates proprias & communes includis. Et ideo rectius dixit Viterbum q̃ Veterbum. Quid autem sibi velit hæc substantia nominis vetus verbum: nunc exponendum est. Verbum multis modis accipitur. Vno modo pro voce articulata: & sic omnes partes orationis sunt verba. Alio modo: vt est vna ex octo partibus orationis. Item pro dicto & imperio: vti est illud. Verbo domini cœli firmati sunt. Et illud. Facito iuxta verbum regis: id est iuxta dictum & imperium. Vnde a dicendo imperatiue: Dictator apud Romanos appellatur. Verbum quoq; rationem & supputationem significat: vt de Logos dicit diuus Hieronymus in epistola ad Paulinum. Vtrunq; autem officium dictandi populis: & præsidendi supputationibus siue suffragiis: Lucumones Etruriæ habebant. Dictandi quidem: & imperandi: quia. xii. Lucumones erant. xii. reges: vt author Seruius super. viii. æneidos. De suffragiis vero: patet per id q; Dionysius scribens in quarto libro: Aderant inquit ex tota ciuitate Etruriæ ii qui suffragiis præerant: & velati infulis a Tullo deprecabantur iram. Mitram enim

Viterbum.

Verbum.

curules tantũ Lucumones & Larthes ferebãt. Vnde insigne Vetuloniæ est currus siue veia cum mitra Lucumonia. Et hoc modo accipitur verbum in nomine Viterbo pro dicto siue imperio & præsidẽtia suffragiorum atq; dictatura. Hinc Viterbum est veterum dictatura & præsidentia suffragiorum in Fano Volturnę: ad quod teste Liuio. XII. populis consilia in dicebant: qđ certe Lucumonibus erat curia templũ. Cęterum apud Arameos: Luca senex & vetus dicit sicut Paleos apud græcos, vt in vocabulo Falucer & Luceres diximꝰ. Ratio vero & supputatio & verbũ a gręcis Logos dicitur teste diuo Hieronymo ĩ epistola ad Paulinũ: & ab Arameis Moni ꝓfert: vt Talmudistæ ꝑhibẽt. Quare qđ ex veteri & verbo latine reddi tur in compositione Viterbum: hoc gręce ex Paleos & Logos Paleologum: & idipsum Aramee ex Luca & Moni Lucumonium. Quare inexpugnabili argumẽto ab interpretatione nominum necessario sequit: vt ididem sit latine Viterbium: qđ græce Paleologum: & Etrusce ididem / & Aramee Lucumonium. Cęterum Lucumo substantialiter significat veterẽ dictatorem regem: qui etiam imperio & suffragiis imperialibus pręsidet. Ergo per substantiã Paleologus & Viterbensis nomina significant veterem dictatorem ac publicorum suffragiorum regem. Et ita Lucumonios ciues vrbis Etruriæ siue Volturnę in Byzantium cum Cõstantino migrantes Græca lingua Paleologos primũ recte conuertit: quos Viterbos Desyderius secũdo atq; latine interpretatus est. Quare nomen Viterbum per substantiam significat Aramee: oppidum Lucumonium: Græce Paleologum: Latine veterum dictaturam & suffragium. Per qualitates vero proprias significat Viterbum id est curule Terobum: Vita Heroum: Vitrium vrbiũ: Vita vrbium: & antiquitus vi turrium: & per qualitates communes significat: Vi Thebum: Vita Herbum: Vita inermium: Vi Thermum & eiusmodi ꝙplurimas qualitates. Hæc de beneficiis Viterbo collatis. Nunc quid ei ac toti Thusciæ simul contulerit: ita in secunda parte decreti subinfert dicens.

Lucumonium. Lucumo.

Paleologus Viterbum.

Nos enĩ nõ sumus Thuscię destructores vt nos apud Gallos accusat Hadrianꝰ Papa. Nam in Thuscia ędificauimꝰ a fundamẽtis: vobĩ qdẽ Volturrenis: Caluellũ: vicũ horchianũ: balneariã: barbaranũ & gariophylũ. Sẽtiatibꝰ aũt Ausdõias: Roda Cosanũ. Volaterrĩ Roda Comalũ: Lunę Sergianũ & petrã sãctã: olim fanũ Feronię. Phocẽsibꝰ aũt sctõs Geminianũ & miniatẽ. Fesulanis oppidũ Muniõis: ĩ qđ vagos: & sparsos Aryn Ianos & palãtes Fluentinos collegimus. Rursus plures antiquas nobiles vrbes ampliauimꝰ & muris cinximꝰ & nũc ididẽ agimꝰ circa Lucam Pistoriũ: Aretiũ: Orbitũ & Etruriã nunc Viterbũ. cuiꝰ nomẽ aut a nobis cõstituta decreta siqs violauerit: aut capite puniat aut laqueo stranguletꝰ. Hoc itaq; non est Etruriã destruere: vt nos arguit Hadrianus: q pacẽ vltro a nobis oblatam respuit.

Contentionẽ inter põtificẽ & Desyderiũ prolixe narrat historia Longbardica: quã Platina sequit in vitis pontificum. Oppida a fundamẽtis Volturrenis id est Viterbensibꝰ posita sunt Caluellũ: nũc mõs Caluellꝰ. Vicus Horchianus: vulgo Vichorchiano. Horchia enim erat dea Etrurię vbis: vt Liuius author est in. VI. li. ab vrbe cõdita. Et ideo in hoc loco Fanũ erat Horchiæ: a quo regio Horchiana Trometina superior: & ab ea vicus Horchianus. Erat illi & oppidum sacrum in Veia inferiore Tuscana regione: cuiꝰ ad hęc tẽpora nomen durat Horchia: cuius agri Horchiani magna pars est iuris & possessio nostri conuentus sanctę Mariæ ad Gradꝰ. Sentinates appellat a Roda cophano: in edito monte a se fundato castro: ꝑ montẽ Tunniatẽ: vsq; Orbitellum & mare vbi erat vrbs Cosæ: celebrata a Plinio: & Geographis: & Virgilio. Hanc euersam a Go

Horchia.

this reparauit Desyderius: & submutato nomie vocauit prolatione Longbardica Asdonias
Sidones. Latine Asidoniis: vulgo Lasidonia: quia Sidones illam reparauerunt. Sidones inquam non
Vistula. phoenices: sed Germani. Hi Sidones non procul a Vistula fluuio Ptolemaeo notātur: quos nunc Polonos dicimus: quorum metropolim Cracouiam idem interfluit fluuius Vistula: quem Visclam vocant. Hi contermini atq; intermedii iacent: inter fines Longbardorū inferiorum & initia Sarmatiae: qui iuncti Lōgobardis Italiā occupauerūt: & sub Desyderio Cosas reparātes Asdoniā ꝓlatione sua pro Sidoniā & vulgo la Sidonia dixerūt. a Mauris postea diruta iacet. Fanū Feroniae notat Ptolemaeus: Et nūc Petrae sanctę q est Christ⁹: a Desyderio dedicata fuit: nō Feroniae: a qua manet regioni Caferonianae nomen. Phocensis Thusciae regio: vbi adhuc Phocekius lacus: & oppidum dicitur. Cum vero Desyderius tot oppida in Thuscia condiderit: miror: cur solus Sanctus Minias oppidū: cognomē del Tedesco obtinuerit. Nisi forte: vt a Sidoniis Cosae: ita a Theutonibus: id fuerit vel fundatum vel reparatum
Munio. a fundamentis. Munio oppidū nescio an ante fuerit. Verūtamen vt litera sonat: Fluentini a Fluento Arno: & Aryti Iani/id est exaltati Iani a fundatione dicti sunt vnę ex. XII. primis coloniis: a Iano in Thuscia positis: vt author est Cato i fragmētis originū. Eos deniq; Fabi⁹ Pictor vocat Arnienses ab Arno amne: in de origine vrbis Romę: vt etiā in cōmētariis super vtrūq; authorē exposuim⁹. Luca vrbs ātiquit⁹ Lucumodia dicta: & Lucēses Lucumodii. De qb⁹ Fest⁹ Lucumodii ingt a duce suo Lucumone dicti q postea Lucēses appellati sunt. Lucumones vero dicti qdā hoies ob insaniā: q; loca ad quae venissent festa facerēt. Sed pace Festi dixerim: ipse insanę mētis atq; imperitę fuit: q qd funditus ignorauit Etruscū regiū nomē: per insaniā temere exposuit. Nisi forte mēdosus sit codex: vt corruptor ob insaniā scripserit: vbi ob fana scripsit Festus. Nā vt vocabulo Falucer ostēdim⁹: Lucus & Fanū sunt p se atq; ꝓprie Etruscae originis: & non per Antiphrasim latinę: vti etiā probauimus in quęstionib⁹ anniis. Itaq; Lucumones. XII. Etrurię: erāt teste Seruio sup Aeneida: & aliis authorib⁹. XII. reges: q bus vn⁹ Larthes pręerat: & religionis principes: q loca ad quę cōdēda venissent fana & sacra festa faciebant: dicantes illi lucūq; diemq;. Etenim vt author est Liuius in. V. ab vrbe cōdita
Etruscorū religio. Etrusca gens: sicut fuit ante oēs religionibus dedita: ita excelluit arte colendi eas. Et ita pro discēda religione: ingenuos liberos suos Romani. XII. his Lucumonibus: principib⁹. XII. po
Lukius. pulorū Etruriae tradebant: vt etiā Valerius Maximus in primo libro tradit: ca. primo. Itaq; Lukius noie/ Lucumo dignitate Lucam condidit: & Lukium iuxta eam. Et ita a ꝓprio nomine Lukii Lukium: & Luca: & Lucenses: & a Lucumonia dignitate conditoris: Lucumodii co
Larthes. gnominati fuerūt: retinētes adhuc illam antiquissimā ad religionē & sacros ritus cōditoris inclinationē. Regnauit Larthes Etruriae: quadragesimusquintus a Iano fundatore Etruriae simul & Italię: anno. XXXV. Romuli: vt in chronographia simul & historia Etrusca ostēdimus. Et ob initū pricipatū de more Tusco Lucēses fundauit anno ante ꝑdomitā a. Q. Fabio vrbē Etruriam ad lacū Vadimonis non minus quadrincentesimo: & ante saluatoris aduentum septingētis annis & amplius. Vicatim & absq; moenibus eos posuit: quia Etrusci foemineę timiditatis existimabant includi moenibus. Manibus in agro: nō intra vrbes excipiebāt hostes. Vnde vsq; ad Desyderiū regem: Lucam: & Pistoriū: Aretium: Orbitū & tetrapolim Etruriā nūc Viterbum: & alias nobiles vrbes: absq; moenibus incoluerūt. Addit aūt q; eas ampliauit: qa oēs antiqssimę vrbes Thusciae parua oppida erāt: vt de Cere: Phalari: cernim⁹ ac Veiente cognomine Lartheniano. Moris em̄ fuit antiquis vrbes condere nō magnas: sed locis munitas paruas: vt Dionysius in primo libro asserit. Vnde Pisa: Luca: Pistorium: Florentia: Sena: Perusium: Aretiū: & Orbitū: post Desyderiū excreuerūt. Etruria vero nūc Viterbū: qd includit saxo fundatū vetusto: idcirco nō excreuit: quia tetrapolis est ab origie: & satis ampla cōparationę aliarū anteq̄ ampliarēt. Postremo poena mortis mulctat Desyderi⁹

eum qui nomen Viterbum mutare ausus fuerit: quia dignum erat vt nomẽ supremo studio & sudore excogitatũ: qđ verã substantiã loci antiquissimã cum qualitatibus ꝓpriis & cõmunibus exprimeret: non perderetur: sed sacrilegio simile videbat̃ mutãdo violare. Hęc de secunda parte decreti. Nunc sequit̃ tertia: etsi incõpleta: hoc pacto: & his verbis.

Quare tibi Grimoalde ꝑfecto Viterbẽsi ꝑcipimus: vt q̃diu dubia pax ꝑseuerat: iubeas oẽs Thuscię milites paratos esse ĩ armis: & cõmeatus ac stipendia sine auaritia fac in promptu habeas: vt nõ solũ occurrere hostib⁹: sed etiam illos inuadere. Hucusq; integre legitur. Quæ sequuntur in fractu ris ita se habent. In prima fractura.

Ciues ñ grauab[nouis exactiõib⁹. In scđa Ex Papia veniũt. In tertia, Viterbenses.

Ita sæpe variatũ est huius vrbis nomen. A Tursib⁹ enĩ Ianus eã Tetrapolim factã: cõmuni noĩe vocauit Tursenã. i. a turritis ædib⁹ primis Turrenã: & a crebritate eaꝝ tursiũ siue turriũ: dixit Aramee Etursiã siue Eturriã. i. valde turritam. Romani vero trãsposito vno. r. ꝓtulerũt Etruriã: vt supra Myrsilũ ꝓbauimus. Porro cũ Tursitę post aliæ vrbes cõderent̃: ad earũ distinctionem adiecerũt Vol: qđ est prisca & oĩm antiq̃ssima: dixerũtq; p syncopã Volturnã: & sine syncopa Volturrenã. i. antiq̃ssimã oĩm Turrenã: vt demõstrauim⁹ in Anniis q̃stionibus: & sup Myrsilũ: & tetigimus in prima hui⁹ operis ac scđa institutione vocabulo Volturnus ac Volturna. Rursus a partiũ quaternatum dignitate dicta est Veiuza & Vetulonia / id est Curulis Philarcha. Itẽ fanũ Volturnę: qđ illis erat curia tẽplũ. Item para Tussa id est hastata & coronata Tusca: ad distinctionẽ Tussæ Nanę. Arbanũ item cognomine Calumbũ: qđ est quarta pars viridis Luci. Sub Constantino aũt per græcã interpretationẽ dicta est a dignitate Paleologa: & eandẽ postremo latine Viterbũ id est veterũ dictaturã adiecit Desyderius. Eius ager vsq; Thelamonis portum: & quod dicit̃ caput Etruriæ: a nautis vero corrupte caput Eturiæ: & vsq; Perusiam olim a ciuitatis nomine dicebat̃ Turrena & Etruria: sub Longbardis ducatus Etruriæ: sub pontificibus vero post Henricũ quintũ & Matildim dicit̃ Patrimoniũ Ecclesiæ. Nec te moueat: ꝙ vno. r. dempto caput Etruriæ vulgus proferat initium littoris Etrusci circa Vmbronem vsq; Ostiam. Nam & fontes Electraios ibidem. r. amoto / Electaios pronuntiat.

Vol. Veiuza. Arbanum. Calumbũ.

Sexta Osiriana Aegyptia tabula.



MAIORES nostri: in tẽplo olim Herculis: nũc diui Laurẽtii: vt sẽp ante oculos nr̃os ęterna vetustatis hui⁹ vrbis mẽoria teneret̃: pro rostris posuit colũnulã: id est tabulã alabastrinã: Osiriani triũphi monumẽtũ: auibus & aĩalibus & capitib⁹ & arborib⁹: id est sacris Aegyptiis literis excisam. de q̄bus sępe authores scribũt. Et Plini⁹ in naturali historia has inq̄t quas vides effigies: Aegyptię sacrę literę sunt. In hac itaq; colũna est spatiũ: in cui⁹ medio est truncus arboris quercus instar sceptri multiplicis: in quorũ sceptrorũ summo duo rami circulũ faciũt instar oculi: q̃ effigies est propria Osiridis: vt ait Xenophon. Qđ & Macrobius in primo Saturnaliũ cõfirmat dicẽs. Osirim exprimẽtes Aegyptii sacris literis ĩsculpũt sceptrũ: ĩq; eo spẽciẽ oculi exprimũt: & hoc signo mõstrãt Osirim. Ponunt̃ aũt ĩ hoc trunco arboris: nõ vnũ sed plura sceptra. quia nõ ĩ vna sed omni parte orbis ĩperauit: vt Diodor⁹ Sicul⁹ scribit. Et idcirco haud dubie hęc prima effigies Osiridẽ ipm̃ demõstrat: vt hoc argumẽtũ necessario ĩfert. Vbicũq; enĩ sacris effigieb⁹ sceptrũ inq; eo ĩstar oculi circular[figura ĩscribit̃: ibi necessario Osiris legit̃: qui vniuerso imperauit orbi. Quare necessario in hac colũna Osiris legendus est: &

ad eum referenda columna: quia in ea insculptum est sceptrum inq; eo instar oculi sacris Aegyptiis literis. Sacræ enim hæ effigies sunt: quæ mox cernentem cogunt petere quid hæc significent. Sacræ enim literæ dicuntur: quæ magis ad secretum aliquod significandum q̃ ornatum apparent cuilibet aspicienti institutæ. Et idcirco hæc columna Osiriana est: pro cuius commentariis firmiter habendis: hæc petuntur.

Osiris & pater eius Saturnus auarus. Iuppiter.

PRIMO Quærit quis: & cuias: & quo patre atq; auis genit⁹ Osiris? Respōdent Diodor⁹ in primo lib. & Berosus in secūdo & quinto antiquitatū. Pater illi fuit Aegyptius Saturnus inter deos iunior. Saturno Aegyptio pater fuit Vulcanus: qui ignē inuenit: & sol q & Cęlū dictus est. Huic eñ Cęlo duo primores filii fuerūt Atlas Maurus: q obiit in Mauritania: & hic Saturnus suprema auaritia & impietate prędıtus: q regnauit in Italia: Sicilia: & Libya: vbi Osirim genuit: quē Iouem cognominauit: vt Diodor⁹ in quarto libro: & Berosus in quinto antiquitatū dicūt. Nam quo tēpore hic Saturnus e Libya Hāmonem generū pepulit: & ibi regnauit: tum ex Rhea sibi sorore: & vxore Hāmonis hūc Iouē genuit: vt tam Berosus q̃ Diodorus ibidē asserūt. Et vt prosequunt: cū Dionysius Libycus filius dicti Hāmonis & Amaltheę Nymphæ regno paterno Libyæ potitus esset: deuictis Saturno & Rhea: eos quidē loco parentū habuit: puerū vero Iouē: Olympo præceptori tradidit: & eū regno Aegypti pręfecit. Itaq; Osiris Iuppiter fuit filius Saturni Aegyptii q regnauit in Italia: Sicilia: & Libya. Fuit nepos solis Vulcani siue Cęli: & fili⁹ adoptiuus Dionysii Libyci: ortus in Libya: & præfectus regno Aegypti: loco patris sui Saturni.

Osiridis cognomina.

SECVNDO Quærit: quę fuerunt Osiridis epitheta & cognomina? Respōdet Diodo. in. I. II. IIII. &. VI. libro passim hincinde: & Berosus in quinto libro q; Osiridi cognomina fuerunt Iuppiter: Dionysius: Olympicus: Iustus: q bene meritus de humano genere vniuerso imperauit orbi. Rationes cognominū sunt istę. Iuppiter eñ dictus est nō solū quia iuuit orbē: vnde & saluator orbis dictus fuit: vt author est in. VI. lib. Diodorus: verūetiā quia fuit fili⁹ Saturni: q a Saturnus & Iuppiter ad se referunt: vt author est Xenophon in libro de ęquiuocis: super quē cōmentaria iam cōfecim⁹. Dionysius dictus a patre adoptiuo Dionysio Libyco: qui etiā Mineruā Tritonidē adoptauit: teste Beroso i. V. lib. Olympicus dictus fuit a præceptore suo Olympo: vt Diodorus scribit in. IIII. libro. Iustus vero fuit illi propriū cognomē & figura sacra in sceptro insculpta. Nam teste Diodoro in. IIII. oculus in sacris literis Aegyptiis significat seruatorē iustitiæ. Et ita vbicūq; īsculptū est sceptrum vel melius sceptra cum oculo: ita legendū est. Ego sum Osiris Iuppiter iustus: qui vniuerso imperaui orbi. Et vt ait in. VI. lib. Diodorus: licet pater eius Saturnus impius fuerit: tamen ipse q̃ maxime probus fuit & iustissimus: bonos pręmio & malos supplicio afficiens. Et indicens in toto orbe omnibus impiis & facinorosis præcipue gigantibus bellū. Et vt ait in primo & secūdo libro: iuste imperauit Aegypto: & maximis copiis & exercitu profectus est ad beneficentiā humani generis magis q̃ ad bellū. Vnde in colūna Aegyptia: vt author est Diodor⁹: scriptū est. Sum Osiris rex: qui vniuersum peragraui orbem: nec fuit in orbe locus quem non adiuerim: docens ea: quorum inuentor fui: scilicet tauros domesticare ad aratrum: vnde Apis vnum ex cognominibus habuit. Apim enim & Set Apim Aegyptii taurum & sacrum diuūq; taurū dicunt. Docuit arare: serere: plantare vineas: & vinum cōficere: & ceruosam: & vites adiungere palis: & putare: vt Tibull⁹ scribit. Et ob ea atq; saluationem ab impiis: vt in. VI. libro Diodorus est author: totius humani generis consensu appellatus est iustus: Iuppiter: pater: saluator: & illi locus assignatus in monte Olympo: qui vt authores scribunt: & Tortellius refert in vocabulo Olympus: est secus mare rubrum in Aethiopia iuxta Heliopolim ciuitatem Aegypti: qui oriente sole vsq; ad quintam horam diei ex se flammas emittit.

Apis.

Alii Ceruisiam.

TERTIO Quæritur vtrũ venerit in Italiam? Ad hoc respondẽt authores ꝙ sic. Sunt autem præcipui authores colũna Aegyptia literis sacris inscripta. Diodorus in. VI. lib. Berosus in. V. & Cato de originib⁹: Dionysius Halicarnasseus: & colũna hęc nostra Osiriana: & noīa & cognomina eius in Italia. Nam in colũna Aegyptia: vt Diodorus in primo libro retulit: scriptũ est: Sum Osiris: q vniuersum peragraui orbem vsq; ad Indos fines desertos: & eos q arcto subiacent: & vsq; ad fontes Istri: nec fuit in orbe locus quẽ non adiuerim. Q̃ꝫ si ad fontes Istri: qui teste Plinio est Danubius & non procul Italia oritur in finibus Gallię ac Germanię: vbi fontes scaturiunt: nec fuit in orbe locus siue prouincia quã non adiuerit: vtiq; nobilissimã terrarũ prouinciam: fontibus Istri proximam: Italiam adiuit. Diodorus itẽ in. VI. libro exprimit dicẽs: ꝙ Ioui iusto in bello contra gigantes: sicut affuerunt Macedones circa Palenẽ: ita Itali circa Phlegræam: quæ postea Cymea dicta ẽ. Nõ minus clare Berosus in. V. hoc exprimit: dicẽs Italos oppressos a gigantib⁹ euocasse a fontibus Istri Osirim Iouẽ iustũ: q tribus pręliis in Histria: & Cymea: & Vesuuia Phlegrea gigantes deuicit & Italiã liberauit: & a sui cognomine in triumphũ ab Api Apeninam id est Taurinam appellauit. Cato quoq; super quẽ cõmẽtaria expleuimus/in fragmẽto tertio de originibus ita dicit. Italia a diis & ducibus complura sortita fuit noīa: a Iano quidẽ Ianicula: a gẽtilib⁹ Sale vmbrona: a Camese Camesena: a Saturno Saturnia. Durauit aũt Saturnia nomen totidem ferme annis: quot ante aurea ætas: vsq; ad Apim deorũ Italiæ vltimum: vt Antiochus Syracusanus scribit: a quo Apenina quam Taurinam interpretatur: etsi de more quidã Gręci a bobus Herculis: vel quos opimos gignit Italia: vt ait Hellanicus: aut a vitulo egresso: vt Timæus: vel quia Italos qdam Græci boues dicũt vt fabulator Herodotus: dictam existiment. Dionysius quoq; Halicarnasseus in prīo lib. dicit Antiochũ Syracusanum antiquissimũ scriptorẽ verisimilius tradere Italiam mox vt desiit dici Saturnia: cœptam dici Taurinam ab duce: non a bobus. Argumento sunt adhuc extantia in Italia locis indita nomina: Ry Osiris: Osiricella: a nomine & cognomine Apoitus id est Taurus Iuppiter: quia Apim/Taurum Aegyptii & Etrusci dicunt: & Itus Iuppiter & fiducia Iouis ab eisdem Etruscis interpretatur: vt Macrobius author est in Saturnalibus. Rursus Aquasenses cognomine adhuc Aegyptio ab Api Apenentes: Plinius Taurinos interpretatur in. III. naturalis historiæ. ca. VI. Amplius Sais Xantho Nympha fuit filia Oceani & Thetyos: vt in Theogonia Hesiodus scribit. Oceanus autem fuit filius Cęli siue Solis: patris Saturni Aegyptii: vt ait in. II. antiquitatũ Berosus. Quare Oceanus fuit frater Saturni: eodẽ Cęlo patre ortus. Ergo Osiris & Sais Xantho fuere cõsobrini ex duob⁹ germanis: quoniã Osiris fuit filius Saturni & Oceani filia Xantho. Ab Oceano autem Nilus antea Oceanus dictus fuit: vt author est Diodorus in primo libro: cuius vnum ostium Saiticum dicitur: vt Herodotus & Geographi scribunt: a Sais vrbe ipsius Musæ Xantho. Quare etiã vna ex Musis Aegyptiis cum Osiri in Italiã venit. Argumento quoq; validissimo est: ꝙ cum locis primoribus Osiris columnulas inscriptas in signum expeditionis suæ semper relinqueret: vt asserit Diodorus in primo libro: vtiq; vbi columnæ inscriptum habẽt Osirim literis Aegyptiis: illuc profectus est in expeditionem. Ergo huc in expeditionem profectus est: quoniam columnella Aegyptiis literis in regione Ry Osiris inscriptum habet Osiridem vt ostendimus.

Osiris in Italiam venit.

Italia vnde dicta.

QVARTO Quęrit: qua comitiua egressus est: & quos prouinciis præfecit? Respõdet Diodorus in primo & secũdo libro ex Aegyptia historia. Egressus est ex Aegypto cũ immensis coloniis & exercitu: cũq; cõsanguineis suis deis & Musis: īter quos fuere Pan iunior: & frater eius Apollo: & vt diximus Musa Sais Xantho. Pręfecit aũt vt ait: Libyę Antheũ:

Osiris comites.

Antheus.

Phœniciȩ Busiridem: Aegypto suam sororem: cõiugem: Isidẽ: frugiferam: legiferam. Militiæ suæ præfecit tres principes deos: Herculẽ qui corporis robore erat admirabili: & ipsi genere proximus erat: & duos alios suos filios: Macedonẽ cui erat isigne Lupus: & Anubim cui erat insigne canis. Et hanc præfectionem teste Xenophonte signãt Aegyptii literis sacris Dracone: Leone: Lupo: & Cane. Quod profecto Macrobius in primo Saturnaliũ clarius exponit dicens. Serapis inquit simulacrum: capiti calathũ infixũ habet: & signũ tricipitis animãtis adiungit. Quod exprimit medio eodeq; maximo capite leonis effigiẽ habet. Dextra parte canis caput exoritur: mansueta specie blandiẽtis: pars vero lȩua ceruicis lupi rapacis: capite finitur. Has animaliũ formas Draco volumine suo connectit: capite redeunte ad dei dexteram: qua monstrũ cõpescitur. Hæc Macrobius. In hac figura draco & serpens teste Diodoro in. IIII. libro: malos & præcipue gigantes opprimentes orbem significat: & ob id draco in orbem fingitur. Calathus autẽ ponit: quia cũ Iside fruges inuenit. Leonis caput maius cane ac lupo: Herculẽ Aegyptiũ significat: maiorẽ aliis diis Macedone atq; Anube: quia solum Herculem fecit vniuersalem principem militiæ suæ: vt Diodorus scribit. Omnes tamen ii dei affuerunt in bello Macedonico cum Macedonibus circa Palenen: & in Italico: cum Italis in campo Cymæo: vt idẽ Diodorus in primo &. VI. libro significat. Porro Osiris toto tẽpore expeditionis suæ comam barbãq; nutriuit quousq; in Aegyptum reuerteret: vt in primo libro ait Diodorus. Vnde illius peregrinatio exprimitur: capite facieq; ac gena solum vna comata: vt ait Xenophon: altera vel occultata vel rasa. Quod etiam Macrobius in primo Saturnalium docet.

Macedo.
Anubis.

QVINTO Quæritur quãdo vicit: & quãdo in Italia resedit? Respõdet Berosus in. V. antiquitatũ: q; triumphauit in Italia nouissimis annis Bel ochi: q octauus a Nino imperauit Assyriis: qua ȩtate Ioseph patriarcha erat. XI. annorũ: vt notat Eusebius. Mãsit aũt post triumphum in Italia annis. X. vt ait Berosus: relicto Lestrigone Larthe Vetuloniæ.

SEXTO Querit in qua vrbe Italiæ resedit Osiris: his decẽ annis? Respondent authores Ratio: Nomina. Author vnus ex veracioribus est Berosus in quinto antiquitatũ asserẽs illũ imperasse Italiæ in Vetulonia. X. annis. Ratio quoq; ipsa suggerit vt i ciuitate regia tũc Italiæ resideret: quȩ sola tetrapolis Etruria siue Volturna inuenitur ante Romanorũ imperiũ: vt ex prȩmissis institutionibus patet. Argumento infallibili sunt noĩa & cognomina. Nam cũ teste Lactantio in primo libro diuinarũ institutionũ: & Beroso in. IIII. antiquitatũ prisci duces ad monumentũ rei gestȩ atq; ad fulgorẽ nominis sua nomina inderent montibus: riuis fluentibus: ac regionibus: equidẽ ibi prȩcipue resederũt: vbi præcipua & crebrius sunt eorũ nomina. Quare in Volturna resedit: in cuius agro crebrius & clarius sunt indita eius nomina & cognomina. Nã Ry Osiris riuus est: id est latine rex Osiris: nõ procul Egelido amne: & Osiricella prȩdiũ olim cõuentus nostri in Horchia: & cõtractus eiusdẽ cõuentus seruant: adhuc perseuerãt Apoitus: id est Taurus Iuppiter istar templi: & eius oppidũ fere deletum Xantho Apoitus vulgo dictum: a suo & consobrinȩ vocabulis: integra nomina pseuerant. Ateia id est Taurina aqua Vetuloniã & para Tussam diuidit. Haud procul tota regio incorrupta platiõe adhuc Sais Xantho dicit. Neq; tamẽ mirandũ est: si in Italiã venit Osiris Iuppiter Iustus cũ Sais Xantho Musa & Hercule Aegyptio & diis Aegyptiis: in quã pater eius Saturnus veniẽs regnauit: vt supra explanauimus: & Isis eius cõiunx frugifera: legifera: lõge post ad nuptias Iasii e Libya cõcessit: & antea vsos glande Volturrenos: nũc Viterbẽses: docuit molere atq; panes conficere: vt in prȩmissis demonstrauimus. Ergo nõ somniaui vti somniantes existimabant: dũ in propositionibus meis dicerẽ Viterbum esse primam regiamq; sub Iano aureo sȩculo vt

bem Italiæ:& patriam deorum:in qua conuiuati epulatiq; fuerunt omnes fere dei atq; deæ Italiæ & Aegyptii:pluraq; sibi tribuisse Græcia mendax in historia:quæ gesta sunt in Italia & Fano regio Volturnę:& Aegypto ac Libya.Sed de his in historia Etrusca & commentariis:copiosius traditur.

SEPTIMO Quæritur:quali scriptura sit excisa hęc Osiriana columna:& quis ordo & significata.Respondet q hęc tabula continet tres literas sacras Osiridis & vnã Sais Xantho.Secundo continet literas sacras gigantũ opprimentiũ imperium Italiæ & Italicorũ euocantiũ:& festinantis auxilii. Tertia literas sacras compositæ ac liberatæ Italiæ.Tres aũt literæ sacrę Osiridis sunt:vna vniuersalis imperii iusti:alia pegrinationis in Vetulonia:cũ societate Sais Xantho.Tertio cũ insigni sibi & Cereri Isidi cõiugi cõmuni.Signũ aũt imperii iusti est truncus instar sceptri & in summitate rami circunuoluti instar oculi:vt supra exposuimus. Vnũ autẽ sceptrum:vnius partis imperiũ in orbe significat.Ergo plura sceptra:pluriũ in orbe partiũ.Cęterũ in trunco hui⁹ arboris ab imo vsq; ad summum plura sceptra consurgũt:finientia in circulo oculari ramorũ.Ergo vniuersale in orbe Osiridis imperiũ significat.Secũda litera sacra Osiridis est caput:facie dextra semicrinita:quæ illũ in profectione existentẽ significat & peregrinantẽ: vt supra probauimus. Hic aũt extra atq; supra arborẽ a sinistris est caput viri semifacie crinita.Quare Osirim ĩ peregrinatione atq; profectione & extra Italiã significat.Tertia eius litera sacra est Calathus:in quo consistunt pulli.Quare q pullos ipsos Italiæq; viros docuit scilicet frugiferam artem demonstrat.Litera sacra Musę Aegyptiæ:est caput Nymphę semifacie:a dextris supra arborẽ.Ea & Osiris sese mutuo aspiciunt:qđ ad societatẽ spectat.Hæc igitur quoniã cõtinet Osirim: vt probauim⁹ in pręmissis:necessario est tabula Osiriana:& sic legitur hæc prima pars.Sum Osiris rex Iuppiter iustus:q vniuerso imperaui orbi:& profectus cũ musis pręcipue Sais Xantho prope Italiã veni:scilicet ad fontes Danubii.vt Berosus & Diodorus scribunt.Hactenus de primis literis sacris: significantibus ad vnguem Osiridẽ in profectione haud procul ab Italia existentẽ. Nũc de euocatione eius cõtra gigantes:tres sacræ effigies sunt.Serpens aut Crocodilus Draco iã initia sceptri occupãs vna.Draco malũ significat:vt Diodorus in.IIII.li.dicit.Ergo quoniã hoc malũ ĩ sceptro est:vtiq; tyrãnos occupãtes Italię imperiũ portendit. Aues in pprio nido aperto ore:sũt secunda effigies.Proprius nidus propriã patriam significat:& os apertũ clamorẽ & vocationem atq; locutionem annotat:vt ait Xenophon.Sunt autẽ duo nidi alter a dextris alter a sinistris.Ergo aues istę clamantes in proprio nido sunt Itali euocãtes & implorãtes auxiliũ Osiridis:ab vtraq; parte Italiæ:scilicet ab Alpibus & Istria vnde oritur Italia: & ab Apulia vnde finiri incipit.Tertia sacra effigies:sunt duo accipitres ad pullos clamantes/cõciti aduolãtes.Accipiter:pręcipue aduolans:celeritatẽ significat:vt exponit Diodorus in.III.li.Quare celerẽ succursum Italię clamãtib⁹ missum significat. Et qa alter accipiter a dextris alter a sinistris aduolãt:duo exercitus cõtra Gigãtes missos demõstrat. Alterũ quidẽ a Brũdusio cui præfuit accipiter Hercules:q teste Diodoro in.V.lib.illos deuicit in Vesuuia Phlegrea Campaniæ:Alterũ vero ab Alpibus:cui pręfuit Osiris accipiter:qui teste Beroso illos fudit in Phlegrea Istriæ. Vterq; vero: vti Berosus insinuat in quinto:& Diodorus in sexto: Gigantes vbi sedes eis erat in cãpo Cymeo tertia Italiæ Phlegrea:a fronte & a tergo iuuãtibus Italis adorti:tertio pręlio superauerũt:& Italiam cõposuerũt.Quãobrẽ vti sacrę effigies significãt:& prędicti authores indicãt:ita legendę sunt hæ tres literæ.Sum Osiris rex:qui euocatus ab Italis cõtra oppressores Italici imperii festinus occurri:oppressoresq; a duab⁹ partib⁹ Italię aggressus deuici:deq; illis triũ

Literarum sacrarum.i. effigierum significationes.

phaui. Quid vero post liberatã Italiam: illis supradictis. X. annis Italos docuerit: residuę sacræ effigies indicant. Si sceptra & oculum recte spectamus: arbor est quęrcus putata: habẽs aliquot glandes: & duo nidi duo calathi sunt nõ nidi. Docuit ergo putare arbores & granum post araturam serere: ac metere: ea ætate qua glande vescebantur. Non tamẽ adhuc molere & panes conficere eos docuit: qm̃ longe post / Isis eius soror & coniunx hęc adinuenit & docuit: vt supra exposuimus. Ab imo arboris sequẽs sacra effigies oritur vitis volumine suo circulari totam arborem & spatium occupans vuarum pendẽtium plena. Hæc significant quę docuit: palis adiungere vitem: & vinum conficere: vt Diodorus Siculus in primo lib. asserit. Vnde vt ibi ait: in columna Aegyptia sacris literis ita legit. Sum Osiris qui vniuersum peragraui orbem: nec fuit in orbe locus quem non adiuerim: docens ea quorum inuentor fui. Quæ vero inuenerit: Tibullus his versibus refert.

Primus aratra manu sollerti fecit Osiris: Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ: Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit primus palis adiungere vitem: Et teneram dura cædere falce comam.

Vltimæ in hac tabula sacræ effigies sunt duo accipitres quieti: custodiẽtes arborẽ & vitem: atq; vuas hincinde. Ergo quoniã accipitres aduolantes significarũt duos duces: bello adiuuantes imperiũ Italię: vtiq; & hi quieti custodiẽtes significãt duos duces: ab Osiri præfectos ad custodiendũ Italiam hincinde mari terraq;. Hi autẽ vt Berosus est author: fuerũt Lestrigon & Phorcus. Osiridis nepotes ex filio Neptuno Aegyptio: quorũ Lestrigon (vt ait) Vetuloniæ Larthes: Phorc⁹ vero portitor coloniarũ & maris domin⁹ extitit: vti etiã in historia Etrusca conscripsimus. Itaq; hæ vltimæ effigies ita legunt. Sum Osiris: q docui Italos arare: serere: putare: vinitare: vindemiare: & vinũ cõficere: & eis duos reliqui custodes imperii mari & terra nepotes meos. Quo vero tẽpore hæc tabella fuerit excisa patet q; primũ sub Osiride. An vero hęc illa sit: an ei vetustate labẽti: ad eius exemplar suffecta: nondum cõpertũ habemus. Existimamus tamẽ eandẽ permanere. Sed qsq; opinetur vt volet. Sat est infallibiliter hanc tenere Osirim & eius in Italia expeditionem.

Lestrigon Phorcus.

Finiuntur institutiones iuuentutis Etruscæ.

Incipit Tertius liber eiusdem Fratris Ioannis Annii: super Vertumnianam Propertii.


Præfatio.



VONIAN sæpe meminit Berosus cognominũ ac proprii nominis Noę: & a latinis nõ negliguntur: & sæpe falluntur quidam existimantes nõ esse eundem Noam: Ianum: Vertumnũ: Vadimona: quia eos fascinauit Græca leuitas: visum est mihi non esse superfluum immo necessariũ hæc super Vertumnianam Propertii commentari: vt videant ingenia latina omnia epitheta propria Iani Vertumni simul collecta simul sumpta nisi soli Noæ conuenire nemini alii: ac propterea eundem esse Noam qui aliis cognominibus appellatur.

Finit.

Incipiunt Commentaria super Vertumnianam Propertii in quarto libro Elegiarum.



Perienda sunt cognoĩa & causæ cognominũ Iani:qui & Noe.Nã etiã teste Beroso nõ solũ Ian⁹:sed etiã Cœlũ sol cognoĩa habuit: qa docuit (vt ait)astronomiam.Quæ etiã cũcta subripit Diodor⁹:qui in prĩo libro dicit Osiri patrẽ fuisse Saturnũ Aegyptiũ pana.Saturni vero patrem fuisse solem.In quarto vero lib.dicit Saturno q regnauit ĩ Aegypto:Libya:Sicilia & Italia:fuisse patrẽ Cœlũ:q primos hoĩes a feritate ad ciuilitatẽ reduxit:& eos erudiuit.Rationes vero cognoĩm Diodorus simul & Berosus cõsentiũt ad vnguẽ:ꝙ cœlũ cognomẽ habuerit:qa docuit astronomiã:& populis multa ꝑdicebat:& ob id illũ existimauerũt habere diuinã naturã: & mouere atꝙ vertere cęlos & elemẽta:& cũcta vertibilia:& ideo Vertũnũ illũ dixerũt: vt in v.dicet.Quod & Ouidi⁹ in prĩo de fastis referẽs:inducit Ianũ ita loquẽtẽ.Quicqd vbiꝙ vides:cęlum/mare/nubila/terras Oĩa sunt nostra clausa:patentꝙ manu,Me penes est vnum vasti custodia mundi Et ius vertẽdi cardinis oẽ meũ est.Q; si vere is penes quem vnum est oẽ ius vertẽdi cardinis dicit vnicus deus vertẽdarũ rerũ:necessario consequẽs est:vt Ianus sit idem vnicus deus vertendarũ rerum:quia penes eum vnum est vasti custodia mundi:& omne ius vertendi cardines.Necessario igit est idem Ianus & vertũnus: quia idem deus vertendarum rerum.Sed Ianus oratur in principio omnis rei inchoandæ:vt feliciter aspiret.Et idem inuocatur vt inchoatam bene vertat:ad fineꝙ feliciter ꝑducat:vt Donatus ait pro vltima epistola in primo epistolarũ Horatii dicẽtis. Vertũnũ Ianũꝙ liber spectare videris Scilicet vt prostes Sosiorũ punice mũdus.Id est tu liber ep̃larũ videris spectare Ianum a prĩcipio & eundem Vertumnum:qui bene atꝙ adeo ad finẽ feliciter vertit:vt iam possis pręstare mundum & ornari:& dari Sosianis qui in foro vęnalium libros ornabant & ligabant inter Ianum ad radices Capitolii:q principio inuocabatur:& eundẽ Vertumnum in foro transitorio:qui vt ad finẽ bene feliciterꝙ verteret orabat.Et hanc identitatem significauit Fabi⁹ Pictor in fine de origine vrbis Romę:vbi scribens:Tyberis inquit fuit limes imperii Volturreni: inter veteres Ianum & Saturnum:qui a principe illius vrbe Volturrena:per syncopam dict⁹ est Volturnus:& ob id Tuscus non Latinus.Nam ꝙ Volturnum sine syncopa primitiuum est nomẽ:notat fluuium in Samnio:& oppidum Romanum in littore:a quo Volturnus deus Tyberinus in Latio:sicut & Volturnus vt caput imperii in Etruria.Quamobrem deum Tyberinũ suum dicit esse Roma atꝙ Etruria.eundem & Ianum & Vertũnum & ab his dictũ Vadimona. Hæc Fabius.Idem igitur Ianus & Vertumnus Vadimon: quia vado Aramei dicũt id qđ latini verto:& Aegyptii Proto.Et iccirco idẽ mł̃tiformis Proteus: Vadimõ: id est Vertumnus:qui cœlos & cardines:& vertibilia vertit.Igitur Vertumnus & Ian⁹ idem & cœlum. Vnde Ianum quasi Eanum:ꝙ cœlum eat & vertatur ac giret:ab etymologia nominis exponit Cicero:sicut Macrobius in primo Saturnalium exponit dicens. Physici siue naturales philosophi Ianũ magnis cõsecrãt argumẽtis diuinitatis.Nã sunt q eũ mũdũ:id est cœlũ esse voluerũt:Ianũꝙ ab eundo dictum:ꝙ mũdus semp eat dum in orbẽ voluit:& ex se initiũ faciẽs in se refert:vt Cornifici⁹ lib.Etymorum.iii.Cicero inqt non Ianũ sed Eanũ noĩat ab eundo.hęc Macrobi⁹.Ex quo patet ꝙ multę cęlestes ꝓprietates & nomina Iano tribuunt:qa cœli animã motricẽ fuisse Ianũ post mortem existimauerũt:de qbus hęc dicenda sunt.Cęlũ est pater omniũ:& terra mater.Ita physici aiũt: Ian⁹ est antiquissimus pater omnium:& eius vxor Vesta mater.Et ideo cęlum & terra dicũ-

Ianus. Noa. Vertũnus. Volturnus. Vadimon. Proteus. Eanus. Ianus.

tur. Cælum item vertit tempus in quatuor tempora: ver: hyemem: æstatem: autũnũ: & ideo dicit̃ domin⁹ vertẽtis anni Ianus: qa hęc docuit: & prędicebat ex his multa: Cælũ iure deusq; vertẽtis anni dicit̃. Vñ Macrobi⁹ in primo Saturnaliũ. Ianus (inquit) apd̃ nos in quatuor partes spectat: vt demõstrat ei⁹ simulacrũ e Phaleris aduectũ. Et Phœnices illũ figurãt instar draconis caudã in os reflectẽtis: qa idẽ est finis & principiũ anni. Et sup vii. æneidos de dominio anni ibi: Sũt geminę portę belli: Seruius sic habet. Ianũ inqt faciunt quadrifrontẽ: q illũ faciũt deũ totius anni: qui in quatuor tẽpora diuidit̃. Et subdit. Anni autẽ esse dominũ illa res probat: qa ab eo ĩitiũ anni nominat̃: & in ipsum finit. Vñ & ipsi in quatuor partib⁹ anni vertẽtis primitię offerebant̃: & ob id Vadimona Etrusce Vertumnũ autẽ latine cognomen accepit: vt Propertius insinuat inducẽs eũ in. iiii. lib. elegiarũ ita dicẽtẽ. Et quia vertentis fructum percepim⁹ anni: Vertumnũ rursum credidit esse sacrũ. Prima mihi variat liuentibus vua racemis: Et coma lactẽti spicea fruge tumet. Hic dulces cerasos hic autũnalia pruna Cernis: & ęstiua mora rubere die. Similiter physici consecrant Ianũ & Vestã siue terrã Pomonã: in quarta fronte ac parte anni secũ colloq de cõiugio faciũdo: & a Pomona terra sperni Ianũ: qa tunc vertit se in formam vetulę: qa hyems senio similat̃: vt astronomi & ipsa natura ꝓhibent. Sed quia vltima facie Iano senilis finita: mox vertitur ad ver q̃ est facies pulcra & iuuenilis: ideo statim terra Pomona capta grauidat̃: & fructificat & florescit. Qd̃ Mythici id est fabulis vtentes poetæ memorãt: qualẽ fingit de Vertũno & Pomona Ouidi⁹. xiiii. Metamor. Hæc de argumentis physicoꝝ pro diuinitate Iani cõuersi in aĩam cęlestiũ dominam & motricem: ob quod cœlũ: & dominus vertẽtis anni: & quatuor tẽporũ ei⁹: & rerũ vertibilium Vertũnus cognomenta promeruit a sua posteritate. Nũc cur solis cognomentum habuerit: referendũ est ab historicis & physicis. Id ob m̃lta referũt. Berosus dicit: qa docuit cursum solis toto cęlo eũtis: idip̃m Macrobi⁹ in primo Saturnaliũ sic exponit. Ianum quidam volũt solẽ demõstrari: & ideo bifrontem quasi vtriusq; ianuę cælestis ortus & occasus potentẽ: qui exoriens aperiat diem: occidens claudat. Seruius quoq; super septimũ ęneidos qui inqt Ianũ bifrontẽ faciunt: ii eũ dominũ diei quæ habet ortũ & occasum: id est vigintiquatuor horas: volũt. Vñ & Diespiter: id ẽ matutin⁹ & diei pater dicit̃: vti est illd̃ Horatii lib. Sermonũ de vita rustica: vbi ait: Matutine pater: seu Iane libentius audis. De dominio quoq; duarũ portarũ solis scilicet ort⁹ & occasus: & pręsidentia sui ad alios Ioues: ita Ouidi⁹ refert in primo de fastis: inducens ip̃m Ianũ ita dicentem. Præsideo forib⁹ cęli cum mitib⁹ horis Et redit officio Iuppiter ip̃e meo. Qꝫ si officio atq; imperio Iani redeũt & obediũt alii Ioues & dii: necessario cõsequẽs est vt cęteri sint veioues: id est puiioues: & Ianus solus a physicis cõsecrantib⁹ eum magnis argumẽtis diuinitatis dicatur Iuppiter optim⁹ maximus. Iuppiter qdẽ id est iuuãs pater: nomẽ cõmune ipsi & aliis iouibus. Maxim⁹ vero: qa sator oĩm deoꝝ: & maioꝝ & minoꝝ: vt tã Berosus q̃ Ꝓptius in elegia sequẽte exprimũt. Optim⁹ aũt: qa ipse ꝑsidet cũ mitib⁹. i. felicib⁹ horis & influentiis. Ab vniformi. n. motu nonę sphærę quã Ianũ mouere existimabãt: nõ ꝓcedit nisi vna & optĩa vniformisq; ĩfluẽtia: vt ꝓbãt physici & astronomi. Nã variatio & neqtia difformitat[& ĩfelicis affiat⁹ syderũ: est solũ vt ꝓbant: a difformitate Veiouiũ siue syderũ & sphęrarũ ĩferioꝝ: q̃s Horati⁹ li. ii. sermonũ: & saty. vii. vocat versiões iniquas: & Vertũnos ĩiquos dicẽs. Iã mœchus Romę: iam vellet doctus Athenis Viuere: vertũnis (quotquot sunt) nat⁹ iniquis. Verũ qm̃ de cognominũ Noę Iani & Vertũni rõnib⁹ sępe iterat̃ a Beroso & aliis latinis authorib⁹: quas oẽs fil' collegit Ꝓpti⁹ in. iiii. lib. elegiarũ: in elegia ad Vertũnũ: iccirco ne oporteat nos ea repetere sępius: ad laudẽ ipsi⁹ Noę iusti & aurei Vertũni Iani principis Italię referem⁹ totã elegiã Propertii: in qua Propertius facit ꝓsopopœiã.

Cur Ian⁹ & vertũnus sit sol.

Ianus optimus maximus Iuppiter.

Inducit.n. Vertũnũ primo sibi loquentem. Secundo cur moretur simulacrum eius Rome. Tertio cur dicat Vertumnus. Quarto quando & a quo fuit illo aduectus. Quinto a quo & qualiter: & primo formatus in vico tusco. Itaq; quoniam Ianus quadrifrons & bifrons formabatur: habens in veste formas omnium rerum: iccirco fingit Propertius sibi tot formas admiranti: deum Ianum ita sibi dicentem.

Quid mirare meas tot in vno corpore formas?
Accipe Vertumni signa paterna dei.

Quasi dicat: ne mireris Properti tot formas in hoc simulacro impressas: qa hęc sũt signa paterna.i.patrię Tuscię & vrbis Tuscæ: a qua huc trãslat⁹ sum. Signa enĩ ad significãdũ fiunt. Et iccirco ad significãdũ causas diuinitatis meę vrbs Etruria impressit mihi hęc signa & formas. Est.n. Vertũnus princeps de⁹ Etrurię vt ait Varro in prĩo de lĩgua latina Et dea Etruriæ ẽ Horchia vt asserit Liui⁹ in.vii.ab vrbe cõdita. Est aũt Aramee Horchia ꝑ ĩterpretationẽ: id qđ Pomona latine. vt Samuel Talmudista exposuit. Hic & illđ Myrsili de origĩe Italię: Turreni inqt soli a cęteris etiã sibi vicinis Tuscis differũt sermõe ac deis: qa cũ cęteri Tusci colãt Iouẽ & Iunonẽ: solis Turrenis dii prĩcipes sũt Vertũn⁹: Horchia & Razena. Et item. Turreni se solos ĩdigenas ĩ Italia existimãt: atq; a vetustissimi dei sui quẽ Ianũ Vadimõa dicũt: filio Razena nũcupãt. Etruriã quoq; tetrapoli suã: cui⁹ partes Volturseñã: Vetuloniã: Tussam: & Harbanũ cognoĩe calũbũ: a luco nũcupãt: a deo suo cõditã referũt. Nota qđ Cato ĩ originib⁹: & nos in cõmentariis sup Fabiũ pictorem atq; Myrsilũ: & fragmẽta Catonis exposuim⁹: Ianus condidit regiam.xii.populis: quã tetrapolim fecit: & cõmuni noĩe vocauit Eturiã & Tursenã: q̃ eadẽ sunt: & significant vrbem metropolim turritis ædibus extructã: quã posteri latini vocauerũt Turrenã & Eturriã: & transposito vno r. Etruriã: a qua tota ꝓuincia desumpsit nomẽ. Hui⁹ vna pars adhuc dicit Para Tussa.i.coronata tusca: vt supradictis locis: ac ẽt sup Xenophõtẽ: & ĩ.xl. q̃stionib⁹ anniis dicit. Ab hac Tusca regia coronata: a q̃ Tuscaniẽses ciues: fuit Romã traductus Vertũnus in vexillo Galeriti Lucumonis ꝓ Romulo cõtra Sabinos: & habita victoria pro cõmuni Tatiẽsib⁹ Romnẽsib⁹ & Lucerib⁹ deo habit⁹: & hoc est qđ ipse Ian⁹ Vertũnus secundo exponit: vnde & quando fuerit translatus Romam dicens.

Tuscus ego: tuscis orior: nec pœnitet inter
Prælia volsinos deseruisse focos.
Hæc me turba iuuat: nec templo oblector eburno
Romanum satis est posse videre solum.

Quãdo p aspirationẽ scribit Thuscia: vt in q̃stionib⁹ anniis ꝓbauimus: significat totam ꝓuinciã a Tyberi ad Macrã. Quando autem sine aspiratione scribitur Tuscia: vel ĩ Tuscis vel Tusca: significat vrbẽ regiã Etrurię: circa Volsiniẽses: de qua Ouid. in. iii. metamorphoseos pro Delphino Tuscaniensi dicit. Furit (inquit) audacissimus omni De numero Lycabas: q tusca pulsus ab vrbe Exiliũ dira pœnã pro cęde luebat. Et quia Vertũn⁹ erat princeps Etrurię regius deus: cuius templum siue sacellum eburneũ erat a tota vrbe dicatum: iccirco sine aspiratione scribendum est: & dicendũ. Ego qui nunc Romę color: sum Tuscus: id est tuscaniẽsis vrbis princeps deus. Et a Tuscis siue Tuscaniẽsib⁹ vexillo ductus: orior etiam Romę deus. Nec pœnitet me reliquisse Volsinos focos: id est regionẽ Tuscę vrbis in qua est Volsinum: inter prælia: quando scilicet Galerit⁹ Lucumo me in vexillo p̃sente: iuuit partes Romuli contra Sabinos: vt circa finẽ exprimit. Quare qdã falso suspicat dicẽdũ esse Clusinos focos inter p̃lia Porsenæ: qa cõtrariũ in fine dicet Properti⁹. Et qa fanũ Volturnæ erat regiũ: qppe qa ad ipm indicebat conciliũ.xii. pp̄lis

Vertũnus
Horchia.
Razena.

Etruriæ: vt pluribus in locis ab vrbe condita scribit Liui⁹: hinc est / ꝙ tusca & volturna sunt in eodē loco: qa tetrapolis partes sunt in eadem vrbe. Vnde vtriqꝫ tuscæ regio eadē & volsinæ assignatur: vt hic notat Propertius: & similiter volturnæ regiæ a qua voltur reni: de qua Plinius in. iii. naturalis historię ca. vi. Volterreni inquit cognoīe sunt Etrusci: & in eadem parte Volsinienses. Quare quoniam Vetulonia & Harbanum erant regiæ partes: consequens necessario est: vt eiusdem tetrapolis vrbes essent tusca: Volturna: Harbanum: & Vetulonia vt copiose ostendimus Annia. q. xii. & in aliis commentariis. Dicit autem non se lætari amplius eburno sacello Etruriæ: sed noua gente Lucerū & Romanorum: quia Ianus iure ibi colendus erat vbi caput imperii orbis: quippe quia ipse erat sator omnium diuum: & penes solum illum erat vasti custodia orbis. Et omne ius vertendi cardines vt diximus. Sed quoniam gentem thuscam condidit ab initio religionibus deditam: idcirco dicit se voluisse habitare in vico thusco vbi luceres erant: nō vbi Tatienses & romnenses. Et hoc est quod ait.

Hac quondam Tyberinus iter faciebat: & aiunt
 Remorum auditos per vada pulsa sonos.

Super Fabium Pictorem copiose ostendimus omnem planitiem extensam a colle Auētino vsqꝫ ad Ianū quadrifrontē in radicibus Capitolii: non fuisse ante Galeritū & Romulum habitabilem: quia Tyberis egressus alueum multis in locis stagna effecerat: etiā vsqꝫ palatium. Hac enim habebatur Tyberis: anteq̄ Vertumno factis sacrificiis auerteret in suum alueum: vt asserit Seruius sup. viii. ęneidos ibi. Rumore scđo. Et totam hāc planitiē Luceres siccauerūt & incoluerunt: & ab eis dictus est vicus Tuscus: vt author est Fabi⁹ pictor de origine vrbis Romę. Et qa Vertūnus erat in vico Tusco: vt ait Varro in primo de lingua latina: iccirco dicit ꝙ Tyberis primo labebatur per vicum Tuscū: & lintris ac cymbis nauigabat. Deinde dicit cur vocet Vertūn⁹. Vbi notandum est ꝙ Ianum mox post mortem Tusci cognominauerunt Vadimona: id est Vertumnum: vt Beros⁹ dicit in. v. lib. In Tyberina vero regione semper mansit nomen Ianiculum & Ianus vsqꝫ ad Galeritum qui amnē auertit. Vñ Oui. in. vi. de fastis: vbi dixit: Hic vbi nūc fora sunt vdæ tenuere paludes: mox adiunxit ꝙ Vertumnus multiformis non cœperat dici ante auersum amnē: sic eī ait. Nondū cōueniēs diuersis iste figuris Nomen ab auerso cepat amne deus. Et hoc est qđ sequitur Vertumnus in Propertio dicens.

Vic⁹ Tusc⁹

Vadimon.

At postq̄ ille suis tandem concessit alumnis:
 Vertumnus verso dicor ab amne deus.

Hoc loco Propertius incipit dicere rationes quare dictus sit Vertumnus: qui ante Ian⁹ dicebatur. Et primo dicit qñ Romæ: & quare sic dictus sit. Cœpit enim Ianus cognominari Vertumnus in Latio: qñ Tyberis concessit & dedit locū habitabilem suis alumnis: id est accolis Luceribus Tuscis. Ratio autem fuit: quia tunc inuocato Iano primū auersus est amnis. Et ideo ab hoc effectu auersionis: dicor primum Romę Vertumnus deus. Dii eī denominant felices vel infelices: & cognominant a rebus quas præstant: vt in bucolicis Seruius dicit super æglogam qntā ibi. Sis bon⁹ o felixqꝫ tuis. Et qa ante Luceres Ianus non præstiterat Romæ auersionē: iccirco non ante: sed in auersione dictus est de⁹ Vertumn⁹. Verū quia Tusci (vt diximus) mox vt obiit: æstimauerūt dñm anni vertētis: iccirco illum ab initio Vertūnū vocauerūt: & illi primitias quatuor temporum offerebant: vt in vere cerasos & lactentes spicas: in æstate mora: & primum maturescētes vuas: & in autumno pruna & eiuscemodi: quæ Ianum in conuersione partium anni existimabant efficere. Et ideo dicit.

Vertumn⁹

Seu quia vertentis fructum percepimus anni
  Vertumnum rursum credidit esse sacrum.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis
  Et coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces cerasos:hic autumnalia pruna
  Cernis: & æstiua mora rubere die.

Deide Berosus dicit Ianum cognominatum deum pacis:cõcordię:ac fœderis.Et Serui⁹ super duodecimũ æneidos ibi:Latonęq́ duplex genus: Ianum inquit rite inuocat:quia ipse faciũdis fœderibus pręest.Nãq́ post q̃ Romulus & Tatius in fœdera conuenerunt:Iano duplicis frontis simulacrum factum fuit:quasi duorum populoꝝ. Fuit autem factũ ex stipite ligneo:vt in fine huius elegiæ Propertius dicit.Moyses dicit Genesis capitulo.ix.deum iniisse fœdus cũ Noa:ne amplius immitteret diluuium irat⁹ & ob id inter duas naturas discordes Ianus est Vertumnus:quia vertit eas ad pacem & concordiam:non solum homines:sed & arbores:vt patet in insitione arborum diuersarum naturarum.Eas q̃a cõcordes efficit Ianus:atq́ in fœdera vertit:iccirco & Ian⁹ Vertumnus & ipsi prima insitionis poma dicanť.Et hęc ẽ alia ratio nominis Vertumni:de q̃ Propertius subinfert dicens. Ian⁹ pacificus.

Insitor hic soluit pomosa vota corona
  Cum prius inuito stipite mala tulit.

Et subdit:quia hæ tres rationes nominis Vertumni:videlicet q̧ Romæ primum Ianus cœpit dici Vertũnus:q̃a præstitit auersionẽ Tyberis:apud Thuscos vero ab initio:quia semper existimatus est deus rerũ vertendarũ:vertentisq́ anni:atq́ præfectus paci & fœderibus faciundis:vertendisq́ discordibus in vnũ:ipsæ inquã sunt verę rationes huius nominis Vertumni:& nullæ alię: ita dicens.

Mendax fama:noces alius mihi nominis index.
  De se narranti tu modo crede deo.

Quasi dicat:crede mihi de me narranti has tres ratiões.Addã tibi vltimã:q̃a dicor Vertumnus:quia verto me in omnem formam:de quo sic dicit.

Opportuna mea est cunctis natura figuris.
  In quãcũq́ voles verte:decorus ero.

Hoc loco natura Iani dicitur:eius ingeniũ: & prudẽtia quã enituit:& de qua Macrobi⁹ in primo Saturnalium dicit:Ianus gemina facie pręfertur:quod profecto ad ipsi⁹ prudẽtiam refertur:qui & pręterita nouerit:& futura ꝓspexerit.Teste autẽ Aristotele in ęthicis:prudẽtia omnes virtutes meritur:quia ipsa est recta ratio agibilium. Agibilia autẽ a nobis sunt multiformia:quia vel ad ciuilitatẽ:vel religionẽ:vel vitæ sustentationẽ agibilia ordinantur.Et ideo forma & institutio viuendi dicitur Iani figura pulchra: quia natura iustissimi Iani fuit prudentia:quæ se cõuertit in omnem formam & figurã recte viuendi.Ergo quia(vt supra diximus)ab his quæ præstant dii nomina accipiunt: recte Ianus vocať Vertũnus figurarum:quia pręstitit humano generi prudentiam & omnẽ formã viuẽdi.Q đ ꝓfecto significauit Acrõ super illud Horatii: Vertumnis(quotquot sunt)nat⁹ iniquis:sic dicens.Deus q̃ humanis mentibus pręest dr̃ Vertumn⁹:q̃a vertit & mutat hũanas mẽtes ad regimẽ vitę:quo pacto q̃ se nescit regere dr̃ nat⁹ Vertũnis iniq̃s.Ergo Ian⁹ recte Vertũnus dictus est:q̃a vertit illos priscos rudes hoĩes ad oẽs rõnes honeste ac religiose viuendi:dicẽte Macrobio in.i.Saturnalium.Mithici referũt sub Iano fuisse oĩm domos religione ac sãctitate munitas.Xenophon itẽ tradit Italicũ Ianũ in Iani facies.

Italia diis tẽpla fecisse: & ritus sacrorum instituisse. Et ob id in omni sacrificio præfationem ꝑpetuã meruisse. Eadẽ scribunt Fabi⁹ Pictor de origine vrbis Romæ: & Cato in fragmentis. Rationes vero agriculturę: regiminisꝗ toti⁹ vitæ docuisse Ianũ: q & Cœlũ: nõ solũ Diodorus in. iiii. li. vbi loquit̃ cur Scythę Libyi & Aphri imposuerũt prisco regi cognomẽ cœlũ sempiternũ oĩm regẽ ĩmortalẽ: exponit: sed cõplures alii vt Acron: Porphyrio: & Donat⁹: qui regẽ antiqssimũ Etrurię Vertũnũ asserũt docuisse oẽs rõnes bene viuẽdi: serẽdi: & plãtãdarũ arborũ: & agriculturę: a qua fortis Etruria creuit in impiũ totius Italię: vt asserit Serui⁹ exponẽs in. ii. Georgicoꝝ illđ Virgilii: sic fortis Etruria creuit Sic ergo carmẽ Propții exponat̃. Mea natura & prudẽtia ciuilis est opportuna & idonea cũctis figuris viuẽdi. Verte me Vertũnũ in quãcũꝗ voles figurã & ĩstitutionẽ vitæ: de cor⁹ ero: qa semp illã institutionẽ inuenies ad honestatẽ ꝑtinere. Et dat mlťa exẽpla: quorũ formæ impssę erãt in tota veste Iani. Et primo qdẽ in veste erat impressa camisia longa quam a loco vbi reperta fuit vocat Coam vl' Ceam: & silr̃ erat ibi forma togę impssa: iccirco decorus ibi est: quia non modo docuit vestes ad honestatẽ ne nudi essent: sed etiã ad discernendum sexũ: ne ꝓmiscui essent. Et hoc est quod dicit.

Vertũnus.

Indue me cois: fiam non dura puella:
 Atꝗ toga sumpta quis neget esse virum?

Ergo Ianus dicit̃ versus in formã viri & puellę: qa tegumẽta illis congruentia ꝑstitit. Et quia ꝑstitit rationẽ fœnariã & falcẽ fœnariam sicut Saturnus putatiuam: iccirco fingit̃ versus in formam fœnarii: & in veste forma viri fœnarii impressa erat: de quo sic seqtur.

Da falcem & torto frontem mihi comprime fœno
 Iurabis nostra gramina secta manu.

Et Ouid. in. xiiii. metamorphoseos: de eodẽ dicit. Tẽpora sępe gerẽs fœno religata recẽti Desectũ poterat gramen versare videri. Itẽ in veste Iani impssę erãt formę armati militis: & segetũ messoris: & ideo dicebat̃ Ian⁹ versus in militẽ armatũ: & aliqñ in messorẽ qa docuit ratiões metẽdi: & corbes: & vẽtilabrũ. Itẽ docuit militiã: & duodecim secures ad cõtinẽdũ bonos in aurea vita: & terrẽdũ noxios: nõ ad occupandũ aliena regna libidine dominandi: vt asserũt Fabi⁹ pictor de origine vrbis Romæ: & Cato in fragmẽtis. Vnde & Cranæ dedit sceptrũ & albã id est fasces: vt probauimus super. iiii. fragmentũ Catonis. De qua virga alba: id ẽ imperiali: data a Iano Nymphę Cranę: tã Ouidi⁹ in sexto de Fastis: ꝗ̃ Berosus in. v. huius meminerint. Ita hæc militiæ ratio laudabilis erat & decora. Et de his sequitur.

Arma tuli quondam. memini: laudabar in illis:
 Corbis in imposito pondere messor eram.

Et Ouidi⁹ de eodẽ Vertumno in. xiiii. metamorphoseos de forma messoris dicit. O quotiens habitu duri messoris aristas Corbe tulit: veriꝗ fuit messoris imago. Et silr̃ ibidẽ de armata forma Vertũni scribit. Rursus in veste Iani erãt impssę formę sobrii iudicis: & vinosi atꝗ ebrii vinitoris: quia docuit rationes summarias iudicãdi: vt Ouidi⁹ in primo de Fastis: de regno Iani loquens sic dicit. Proꝗ metu populum: sine vi pudor ipse regebat: Nullus erat iustis reddere iura labor. Docuit & conficere vinum & vinalia: vt Fabius Pictor: & Cato asserunt: & nos in commentariis nostris probauim⁹: Et ob id dicũt ipsum dictum Priscum Oenotrium: id est viniferũ. Porro Moyses de Noa Genesis nono ca. & Berosus in quinto dicũt eũ inuenisse vinum: & inebriatũ fuisse. Et ob id vt ait Berosus: dictus est Scythis Ianus: id est vinosus. Inuenitur nomen Ianus ab initio Italiæ an

Ianus.

te omnem linguam latinam & grecam: vt probauimus in libro de origine literarũ & philosophiæ. Quare Ian⁹ nõ spectat ad originẽ latinam vel græcam: sed vt ait Berosus Scythicam: qui vti Hebrei vinum dicunt Iain: & ab eo Ianum. Ergo quem latini a vino viniferum & græci ab œno œnotriũ: eundẽ Scythe atq; hebrei a Iain. i. vino vocãt Ianũ. i. vinosum. & de his duabus rationibus vitæ subditur his verbis.

Sobrius ad lites: sed quum est imposta corona
Clamabis capiti vina subisse meo.

Ampli⁹ in veste Iani formabatur sacerdos mitra Lucumonia redimitus: & alba veste pontificia: itemq; formabat̃ & philosoph⁹ vti Apollo cũ cythara: & ita versus dicitur in formã Lucumonis & Apollinis: qa teste Catone & Fabio Pictore: docuit Lucumones. XII. fasces & vestes pontificias: qa Lucumones velati infulis & mitris erant vt docet Dionysius Halicarnasseus in quarto lib. Docuit itẽ prim⁹ his religionẽ & theologiã: & rituales atq; aras & ritus vt Macrobi⁹/Xenophon: & Berosus dicũt. Docuit & secreta nature atq; physicam vt Berosus dicit: inter que astronomiã & cõcent⁹ syderũ ostẽdit: ob quæ illũ physici miris argumẽtis diuinitatis extollunt: vt author est Macrobius. Et qm̃ oĩa fere carmine ac lyra decantant theologi poetæ atq; pontifices: q̃ Ianus docuit: iccirco dicit̃ cõuerti in formam põtificis & Apollinis: vt in sequenti carmine sic dicit.

Cinge caput mitra: speciem furabor Achiui
Furabor phœbi si modo plectra dabis.

Dicit̃ Achiu⁹ ad similitudinẽ licẽtia poetica: non qa Ianus ab Achiuis acceperit regiã & sacerdotalẽ mitrã: sed qa Achiui reges/& sacerdotes Achiui/ab ei⁹ Lucumonib⁹ regib⁹ & sacerdotibus acceperũt. Vñ & Bacchi põtifices Turrena siue Lydia mitra vtebãt: vt dixit Properti⁹ in elegia ad Bacchũ his verbis. Candida laxatis onerato colla corymbis Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. Itẽ qa docuit ad exercitiũ ludũ Disci: & ad exercitiũ & victũ fil' docuit venationẽ & aucupiũ: & piscationẽ: & nauigia: & istitoriã: iccirco in veste ei⁹ impressa erant Auriga Faunusq; & retia cũ arundine: & hamus in calamo: & mercator ornat⁹ togatus. Et ob id in deũ Faunũ & Vertũnũ & mercatoꝝ numerũ vers⁹ fingit̃: & forum Boariũ: piscariũ: transitoriũ: & venaliũ illi dicatũ: & breuiter totus vic⁹ Tuscus a summo Argileto vbi est Ian⁹ summ⁹ in foro trãsitorio & circo maximo: vsq; ad imũ Argiletũ: vbi Ian⁹ quadrifrons ad radices capitolii erat illi dicatus: qui vicus erat oĩb⁹ Rõane vrbis vicis nobilior & opulẽtior: plenissim⁹ p̃diuitibus mercatorib⁹: vt significat Horatius lib. epistolaꝝ prio: & ep̃la prima dicens: O ciues ciues: querenda pecunia primum est. Virtus post nummos. Hoc Ianus summus ab imo perdocet. Vnde in eodem vico Tusco iuxta ecclesiam sancti Georgii: sunt vestigia arc⁹ triumphalis Boarii fori institoꝝ: vbi sic excisum ẽ. Imperatori Cesari. L. Septimio Seuero ptinaci Aug. Arabic. Adiabenic. Parth. M. Fortissimo: Felicissimo Pont. Max. Trib. põt. xii. Imperatori. xi. Cos. iii. patri patrie. & ĩpatori Cesar. M. Aurelio Antonino pio felici Aug. Trib. Potesta. vii. Cõs. tert. Patri patrie Procos. Fortissimo Felicissimoq; principi. Et Iul. Auguste matri. N. & Castroꝝ. Et senat⁹. Et patriæ. Et Imp. Cæs. M. Aurelii Antonini Pii: Felicis. Aug. Parthici Maximi: Britãnici maximi: Argẽtarii & negotiãtes boarii hui⁹ loci deuoti: eorũ numini. supple Iano Vertũno. Et hoc significat̃ cũ in sequẽtibus versib⁹ sic dicit Vertũnus

Est etiam aurigæ species Vertumnus & eius
Traiicit alterno qui leue pondus equo.
Cassibus impositis venor: sed arundine sumpta
Faunus plumoso sum deus aucupio.

Suppetat hic pisces calamo prædabor: & ibo
Mundus dimissis institor in tunicis.

Ergo eadem ratiõe dicit cõuersus in pomorũ patrẽ: & Syluanũ aruorũ pecorisq; deũ: & deũ Pana Thusciẹ atq; Italiẹ/ & eiuscemodi: qa istituit rõnes pastoralis artis: & bubulci: & agriculturẹ & hortorũ/ & pomariorũ: & pratorũ: ppter q̃ in ei⁹ veste formata erãt: pastor: stimulus: serpiculus: ligo: cucumer: caulis: trifoliũ: & eiusmodi: de quibus sic ait.

Ouidi⁹ quoq; li.xiiii. meta. Mythice inducens fabulã cẹli & terræ siue Iani & Vestæ: siue Horchiẹ ac Vertũni: siue latinẹ Pomonẹ ac Pomoni. & scribẽs sub quo rege ars hortulana & pomaria primũ in Latiũ ab Etruria deducta fuit: sic laudat Pomonã. Rege sub hoc pomona fuit: qua nulla latias Inter hamadriadas coluit solerti⁹ hortos. Nec fuit arborei studiosior altera fœt⁹: Vñ tenet nomẽ: nõ syluas illa nec amnes: Rus amat & ramos felicia poma ferẽtes. Et interpositis de aliis Pomonẹ amatorib⁹: mox de pomorũ patre Vertũno hortulano ei⁹ amatore sil' & pastore atq; bubulco sic subdit. Sed eũ supabat amãdo Hos quoq; Vertũn⁹: Falce data frondator erat: vitisq; putator Induerat scalas: lecturũ poma putares: Sẹpe manu rigida stimulos portabat: & illũ iurasses fessos: mõ disiũxisse iuuẽcos. Ergo qa in oẽs ratiões viuendi trãsformauit hoĩes: iure Vertũnũ Ianũ cognoĩauerunt. Et hoc est quod tandem concludit dicẽs.

Pastor & ad baculum possum curare: vel idem
Serpiculis medio puluere ferre rosam.
Nã q̃d ego adiiciã de quo mihi maxima fama ẽ
Ortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis: tumidoq; cucurbita vẽtre
Me notat: & iunco brassica vincta leui.
Nec flos vllus hiat pratis: quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante meæ.

Nomẽ inq̃t patria lĩgua thusca dedit: nomẽ Vadimona: id ẽ latine Vertũnũ: ab hoc euẽtu & effectu: qa ẹque ac facile vertebar. i. vertebã hoĩes in oẽs formas & ratiões viuendi. Deinde dicit quo tempore: & quo duce Tusco: & quo singulari bello venit Romam: & quo prẹmio donati sunt sui Tusci. Sane sciendũ est: vt Fabius Pictor de origine vrbis Romẹ dicit: cui in pluribus concordat Dionysius in. ii. libro: & nos copiosissime ꝓbauimus super eũdẽ Fabiũ quũ Romulus impar esset Sabinis: implorauit auxiliũ a Lucumonibus. Cõmissum fuit negotiũ Galerito Lucumoni Arbani. Qui ex vrbe colonia magna manu veniens: superauit Sabinos: & ad fœd⁹ pcutiendũ cũ Romulo coegit: diuisit vrbẽ in tres trib⁹: ꝑtoria & lictores Romulo statuit: & suis Luceribus vicũ Tuscũ tribuit: & Ianũ statuit ligneum. Primo ergo Vertumnus gratias agit: & pollicetur pacem Romanis pro vico dato suis Tuscis. Secundo pro forma ærea sibi structa. De primo sic dicit.

Sic mihi q̃ formas æque vertebar in omnes
Nomen ab euentu patria lingua dedit.

Verum quia vt diximus: hẹc in cõmentariis super Fabiũ pictorẽ copiose explanata fuerũt: vbi & mẽdaciũ Dionysii de morte Galeriti deteximus: & siliter eũ q̃ vult vicũ Tuscũ datũ fuisse sub Clusino Porsena: iccirco vnũ hoc loco notandũ occurrit

At tu Roma meis tribuisti prẹmia Tuscis
Vnde hodie vicus nomina Tuscus habet.
Tempore quo sociis venit Lucumonius armis
Atq; Sabina feri contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies & tela caduca
Atq; hostes turpi terga dedisse fugæ.

Sat faciam diuum sator vt Romana per æuũ
Transeat ante meos turba togata pedes.

quia solius Iani epithetũ est: esse satorem deorũ. Alii enim dei possunt dici patres: vt Mars pater: & pater Apollo: sed non sator: quia solus Ianus genuit deos tam maiores q̃ minores: vt dicit Berosus. Et ideo quia Ianus & Vertumnus idem: iure Vertumnus se appellauit satorem diuum. His sic expositis: fingit Propertius se festinare a foro transitorio ad forũ Romanum ad recipiendũ vadimonia: & iccirco nolle se amplius audire: Vertumnũ vero iubere vt audiret alios sex versus sequentes: nec se amplius illum detenturum: sic dicens.

Ianus sator.

Sex superant versus te qui ad vadimonia curris
Non moror: hæc spatiis vltima meta meis.

Multa nomina Etrusca Romani in linguam suam transtulerunt: vti & aliarum gentium: sicuti in commentariis aliis ostendimus. Inter ea est Vadimonium: id est Vertumnium: eo ꝙ vertit hominum mentem de altero ancipitem & suspectam ad firmitatẽ & securitatẽ. Nã Vadimona Etrusci: sed Vertumnũ dicunt Romani. Vnde Ianum Vertumnũ quasi sponsorem securitatis: Romani postea posuerunt in foro transitorio: quo transibatur in forũ Romanum. Vnde Ianum quem vitæ principium & matutinum patrem inuocauit Horatius libro secundo Sermonum: eundem vitæ vertendę Vertumnum subiunxit: qui se sponsorem & vadem Romæ caperet: qui vt Ianus principio: & Vadimon siue Vertumnus bene vertendæ finiendęꝗ vitæ: vadem eum caperet atꝗ sponsorem. Sic enim ait. Matutine pater seu Iane libentius audis. Vnde homines operum primos vitæꝗ labores Præstituunt (sic diis placitum) tu carminis esto Principium: Romæ sponsorem me rapis: scilicet ad spõsiones & vadimonia quibus prę̨es. Ergo dicit Propertius: fige gradum: qui ad vadimonia curris in forũ Romanum: quia ego sum Vadimon: id est Vertumnus rei spondendæ: & lege sex versus sequentes in hunc modum.

Stipes acernus eram properanti falce dolatus
Ante Numam: grata pauper in vrbe deus.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ
Tellus artifici ne terat osca manus.
Qui me tam dociles potuisti fundere in vsus.
Vnum opus est: operi non datur vnus honos.

In his sex versibus tanguntur quatuor causæ simulachri: & tempus: & ordo. Primum est tẽpus quo factum est: videlicet ante Numam Pompiliũ: id est sub Romulo contra eos qui sub exactis regibus & Porsena in principio elegiæ exposuerunt. Teste enim Seruio super duodecimum æneidos: quum Sabini fœdus cum Romulo iniuissent deuicti: tunc Ianum bifrontem ibi posuerunt: quasi duo populi in vnum coiuissent. Et vt ait in septimum æneidos: fecerunt Ianum in imo Argileto: vbi postea æneum fecit Numa: vt hic ait Propertius. Ergo ante Numam primo factum est. Materia vero ex qua primum factum est simulacrũ sub Romulo lignea: more antiquo ad significandum ꝙ dii amant paupertatem: in qua inueniũt honestas & fides dicente ad deos Tibullo. Ne pudeat prisco vos esse e stipite factos Sic veteres sedes incoluistis aui. Tũc melius tenuere fidem: cum paupere cultu Stabat in exigua ligneus æde deus. Et hoc est quod ait. Stipes acernus eram properãti falce dolatus Ante Numã. Sane legendum est Stipes acernus eram: non stipitis aceruus: vt metrum indicat & sententia. Nam acer nomen est arboris fœminini generis faciens huius aceris in genitiuo: habetꝗ primam breuem quam acer adiectiuum producit. Et inde fit adiectiuum possessiuum acer

nus a.um.ad acerem pertinens.Dicit ergo:stipes acern⁹ erã:sicut apud Horatium in sermonibus Priapus.Olim truncus eram ficulnus &c.Addit grata pauper in vrbe deus.Gratam vrbem appellat:quia ob partam victoriam auxilio Lucerum ad lacum Vadimonis initiatorum:ibi venerabatur:vt Fabius Pictor asserit:& nos in eius commentariis clare ostendim⁹.

Mamurius. Deinde tangit materiam sub Numa:& artificem Mamurium Oscum/id est Capuanum:qa vt ait:Numa ęreum fecit Mamurio opifice:quod Romulus ligneum dolauerat.Mamurius vt aiunt authores:fuit peritissimus in arte fusoria:quẽ euocauit Numa ad fundendũ duodecim ancilia:& etiam(vt dicit)fudit æreum Ianum in eodem loco & imo Argileto indicẽ pacis & belli:vt author est Liuius in primo ab vrbe condita.Ab hoc infimo Argileto ad superiorem bifrons trãslatus est:& in infimo substitut⁹ quadrifrons:de quo Seruius super.VII.æneidos.Simulachrũ inquit hoc Numa instituit circa imũ Argiletũ iuxta theatrũ Marcelli in breuissimis duobus tẽplis.Duobus aũt propter Ianũ bifrontẽ.Et subdit.Postea vero captis Phaliscis vrbe Tusciæ:inuentũ est simulacrũ Iani cũ quatuor frontibus.Vnde quo Numa instituerat:translatũ est ad forũ transitoriũ:& templũ quatuor portarũ ibi substitutum est.Ex hoc etiam patet:ꝙ Pictor:Cato:& alii dicũt Ianũ & Vertumnũ eosdem esse:quia Numa idem simulachrum æreum fecit quod Romulus ligneum.Porro Romulus Vertumnũ in forum transitoriũ translatũ fecit:Numa Ianũ formauit ad radices capitolii:vbi infimus Argiletus & templum quatuor portarum.Vnde idem Ianus & Vertumn⁹ causa formalis huius Vertumni lignei prius:inde ęrei fuit Ianus bifrons:manibus gestãs sceptrũ:claues & numerũ.CCCLXV.in veste vero formas oẽs fusas a Mamurio:in quas sese vertebat.Finis vero vsus eius plurimus & honor:quia tot formis celat⁹ erat ĩ vsus dociles:vt docerẽt quas vitæ rationes & beneficia pater Noa siue Ianus impendisset humano generi:& ob ea in cunctis honores diuinos exciperet.Et hoc est quod ait.Mamuri:hoc opus & simulachrũ est vnũ:a te facile fusum in vsus dociles:id est in significata docẽtia beneficia Iani:sed honos operi nõ dať vnus:sed tot quot imagines vtiles & dociles cõtinet.Et nota ꝙ sicut rationes vitæ quas Ianus tradidit:fuerũt ex omni parte honestæ:vt supra dixit:in quancunqꝫ formam me vertes decorus ero:ita Mamurius & Tusci quibus deus princeps erat:oẽs formas ĩ simulachri veste tam ordinate ac decore disposuerunt:vt admirabilis decentia & decor simulachri redderetur:dicente Tibullo.Talis in extremo felix Vertumnus Olympo Mille habeat formas

tuta est inter Caminũ atq; Tuscanellam: Tussam Nanam vocant incolę id est Tuscam paruam ignobilem: ex cuius ruinis & viris suffectam Tuscanellam: nominis ĩterpretatio & locorum vicinitas conuincit. Nam quã Aramei vocant Tussam Nanam: hãc Latina lingua profert Tuscanellam: vt erudite noster Samuel Talmudista interpretabaẽ. Quare a cognomine Para Tussa regia erat. Deus quoq; Vertũn⁹ id probat. est enim Vertumnus siue Vadimon princeps deus Etruriæ atq; regius: vt in aliis cõmẽtariis videbitur: & Varro in primo de lingua Latina insinuat. Regius vero de⁹: regię vrbis erat numẽ. Cęterũ vrbis Tuscæ ipse deus erat quę est in parte Volsiniensi: vt significat Properti⁹ in Prosopopeia Vertũni: in qua inducit Vertũnum: a Tusca Romã: a Lucumone Galerito traductum: pro Romulo contra Sabinos: ita dicentem. Tuscus ego: Tuscis orior: nec pœnitet inter Prælia Volsinos deseruisse focos. Ex hac vrbe fuit vnus ex Turrenis Delphinis exul Lybacas: de quo in iii. Metamorphoseos Ouidius scribens: Furit inquit audacissimus omni De numero Lybacas: qui Tusca pulsus ab vrbe Exilium: dira pœnam ꝓ cęde luebat. Et ab hac parte nõ iniuria scribit Fatius de Vbertinis Florentinus noster in sua geographia vernaculo metro edita: olim Viterbum dictũ Veiuzã: & a ture Tuscã. Emẽdati⁹ dixisset a Tussa parte Tuscã.

Vadimon.

Sequiẽ hanc secundam partem: collis ad hæc tempora tenens nomen Vetuletum: a quo tota portio Vetulonia deriuatiue dicta fuit. Eam fuisse regiam: & nominis interpretatio: & dignitas probat. Etenim Veitulonia per syncopam dicta ẽ Vetulonia: deriuata a nominibus Arameis: Veia: quod est currus: & Lomni qđ est tribubus principari. Vnde beat⁹ Hieronymus in libro interpretationũ dicit Lomnimos esse phylarchas id est principes tribuũ & populorum. Hic Babylonia est Babel phylarcha: & populonia puppiũ phylarcha: & Vetulonia curulium phylarcha: id est prĩceps curulium. xii. Lucumonum & populorum. xii. Etruriæ. Quare erat princeps id est regia. xii. regum. Probatur etiam a dignitate & officio: quia penes illam ius erat dandi fasces & imperia & decorare & admittere aduenas ad ciuilitatem Volturrenam: dicente Sillio in. viii. libro. Mœonięq; decus quõdam Vetulonia gentis: Bis senas hæc prima dedit præcedere fasces. Et iunxit totidem tacito terrore secures. Hæc altas eboris decorauit honore curules: & reliqua.

Vetuletũ.

Phylarcha.

Quarta hanc sequiẽ Volturna: quã omnes cõcedunt fuisse regiam: ad cuius fanum indicebantur concilia publica imperii. Qđ etiam Liuius significat: in pluribus locis ab vrbe cõdita. Hanc tetrapolim fuisse absq; mœnibus vti hierosolyma: & multę aliæ tetrapoles: constat: cum quia Desyderius vltimus Lõgbardorum rex illam mœnibus muniuit: tum præcipue: quia licet vno cõmuni nomĩe vocarentur: distincte tamen singulæ enumerabantur: vt Babylonia: Babel: Alcar: Arat: Calanne. Similiter Ninus dicitur Niniuen: Fora: Cale: Resen. Rursus Hierusalem enumeratur Salem: Iebus: Sion: Moria. Itẽ Samothracia distinguitur in Samenses: Nessos: Thraciẽses: Samnenses. Ididem Syracusæ: in Tykensenses: Archedinos: Insulanos: Neapolites. Itẽ Troia: ĩ Phrygios: Dardanios: Troes: & Iliẽses. Pari forma prisca vrbs Roma ante Sabinos & Luceres sub Romulo distinguebatur in Romanos: Forenses: Vellienses atq; Germallienses. Similiter vrbs Etruria distĩguitur in tertio naturalis historię cap. vi. a Plinio in literis Alphabeti: Harbanum: Tuscanienses: Vetulonienses: Volturreni cognomine Etrusci: in eadem parte Volsinienses. Ex his argumentum inuincibile vnum est a coniugatis hoc modo. Vbi Volturreni sunt cognomine Etrusci: vtiq; necessario sequitur: ibi esse vrbem Volturrenam siue per syncopam Volturnã cognomine Etruriam. At Volturreni cognomine Etrusci sunt in eadem parte qua & Volsinienses. Ergo necessario sequitur ꝙ Volturna cognomine sit vrbs Etruria: a qua communicato nomine omnis Thuscia Etruria dicta ẽ: vt copiosius super Myrsilum scripsimus. Sequitur necessario etiam quoniam Etruria vrbs ẽ tetrapolis: vt vbi est vna eius pars: sit & reliqua. Quare necessaria veracissima responsione

Volturna.

redditur ad quæsitū vbi sit Volturna? vbi inquā & Vetulonia. Et si quæritur vbi Vetulonia? respondet: vbi & Tusca & volturna: in eadē parte qua & Volsinienses: & vrbs Hetruria & Thermarū aquę piscosæ: iuxta lacum Cyminium. Vnde hoc significatur quo ad lacum Cyminium a Sillio in.viii.libro: qui iuxta Vetuloniēses ponit Veientanos Ciscyminios populos: Nepe: Sutrium: & lacum Cyminiū: vt super fragmenta Catonis explanabimus. Quo ad Etruriam vero & Thermales aquas piscosas: significat Plinius in.ii. naturalis historiæ: de miraculis fontium & aquarum: quo per distinctionem a Pisa de Etruria & Vetulonia sic habet. Aquis calidis Pisæ innascuntur ranæ. ad Vetulonos vero in Etruria pisces. In Etruria inquit: quæ scilicet est vrbs inter Volsinas & Veientanos dictos populos: vt clare limites eius describit Liuius in primo ab vrbe condita dicens. Erat Sabinis vicina Etruria: pximi Etruriæ Veientes. Nā populi Veientes finiunt ad Lacū Cyminiū: vt Catonis fragmenta indicant. Porro Volturna vt diximus in parte Volsiniēsi ipsa est cognomine Etruria: qa Volturreni ipsi sunt cognomine originali Etrusci. Sed de his hactenus. Nā plura in aliis cōmētariis adducemus. Nunc de vltimis Cadmis aliqua dicamus. Cadmus inquit Samothraca Armonia inclytus paulo ante ruinas Troianas. Ergo mēdax Græcia audet in historia Samothracum: aperto mēdacio mētiri fingēs fuisse cognatum Dardani & Iasii Cadmū ex sorore Armonia: qui post nuptias has & mortem Iasii Dardaniam cōdiderint: vt scribit Diodorus in.vi.libro: & Dionysius in primo. Quo em̄ pacto post nuptias: & mortem Iasii Dardanus Samothrax Dardaniam cōdere potuit: q eo tēpore quo iam multis regibus Troianis extinctis: Troia condita fuerat: & ad finem Laumedōtis & principia Priami venerat: vt Xenophon indicat? Testes sunt etiam Spinga & Palefatus græci: qui annis sexaginta duob9 ante ruinas Troiæ: fuisse certamen priscæ vxoris contra Cadmum: ob Armoniæ zelotypiam regnante Laumedonte & Euandro nauigāte in Italiam afferunt: q̄q̄ Eusebius de temporibus antiquitatis Græcanicæ fautor: ferme annos decem ante: id est septuaginta duos ante ruinas Dardaniæ notet. Sed de his mendaciis Gręcanicis hactenus. De vltimo Cadmo Plinius in.v.naturalis historię cap.xxx.ita scribit. In Asia inquit Miletus Ioniæ caput: antea Lelegeis: & Phybyusa: & Anactoria nominata: octoginta vrbium per cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo qui primus orationem prosaicam dicere instituit.

Calmi vltimii.

Finitur Xenophon de Aequiuocis.

Eiusdem fratris Ioannis Annii Viterbensis Theologiæ professoris commentaria incipiūt super Fabium Pictorem de aureo sæculo: & de origine vrbis Romæ ac vocabulorum eius. Lib.V.



VINTVS FAbius Pictor illustris familia Fabia: & bonarum disciplinarū gloria: vt qui etiam a nobilissimis authoribus in testimonium aduocetur: de aureo sæculo: quo sub Iano & Saturno & Camese Roma cœpit: Itemq̨ de forma regionis septem collium & origine Romæ hoc opus edidit: admodū necessarium iis qbus antiquitas Italiæ atq̨ Romæ curę sit. Diuiditur autem in duos libellos. In primo originē Romæ tradit ab aureo sæculo vsq̨ ad Romulum. In secundo quę fuerunt sub Romulo. Primus libellus duas habet partes. Prima de aureo sęculo. Secūda de forma septicollis regionis prisca tractat.

De prima parte hæc scribit.

Quia ex his ferme pendent oim antiquitates & origines: quib9 aureo sęculo natę sunt gentes hũanæ ante arma & Ioué Ninũ: q Saturnũ Caspium pepulit in Latium: vt in superioribus vt cũq; vidim9: idcirco plura sunt notãda. Primũ q post diluuiũ: primũ ante q̃ bella Ninus & tyrãnidẽ inchoaret: mira simplicitate & inocẽtia viuebãt hoies: etsi quidã etiã insolescerẽt. Sed mox deprimebant: q̃a dii atq; numina regebãt orbem: id est iusti pricipes quorũ arbitria: q̃a errare nõ poterãt: p legibus habebant: vt authores sunt Trogus & Iustin9 in primo libro. Verũ q̃a Fabi9 multa dicit: q̃ ab aliis sub obscure dicũt: idcirco q̃ alii dicãt audiam9. Primo q ãte Ninũ fuit prim9 ortus generis humani: & aurea ætas. Q; em lõge ante Ninũ mũdus iã creuerit a primo ortu: ẽ argumẽto: q innumeras gẽtes iã ipse subegit: & ante illũ innũeri hoies iã orti fuerãt quos debellauit: anteq; illum pcesserũt ei9 pater: auus: pauus: abauus: & atauus reges: vt Berosus: Xenophonq; atq; alii tradũt. Q; vero i tali primo ortu fuerit aurea ętas oẽs tradũt: siue Ogyges fuerit p9 diluuiũ: siue ali9 vt Ouidius in prio Metamorphoseos tradit dicẽs de pricipio ort9 generis hũani. Siue recẽs tellus: seductaq; nup ab alto Aethere cognati retinebãt semina cæli. Quã satus Iapeto cõmixtã flumi nis vndis Finxit in effigiẽ moderãtẽ cũcta deorũ. Aurea pria sata est ætas: quę vĩdice nullo: Spõte sua: sine lege fidem rectũq; colebat. Pœna metusq; aberãt: nec verba minãtia fixo Aere litigabãt: nec supplex turba timebat Iudicis ora sui: sed erãt sine iudice tuti. Nõdũ cęsa suis pegrinũ vt viseret orbẽ Mõtib9 in liq̃das pinus descẽderat vndas: Nullaq; mortales pter sua littora norant. Nõdũ pcipites cingebãt oppida fossę. Non tuba directi nõ

ætas aurea.



Talię imperiũ penes duos populos principes extitit. Posterius Romani pricipio Thusci sub Iano cœperũt in aureo sæculo. Aurea ætas primo ortu generis humani fuit: sic dicta: q posteriorib9 sęculis cõpata: ęque atq; aurũ iter metalla effulsit. Eã cœpisse sub Ogyge ante Ninũ annis circiter ducẽtis & quinquaginta: Xenophon atq; maiores pdiderũt. Is Ianus sub initium aurei sæculi lęuũ latus Thyberis Etruria tenuit. Cameses vero ac Saturnus circa finem eiusdẽ ætatis dextrũ incoluerũt. Ea ætate nulla erat monarchia: q̃a mortalib9 pectoribus nõdum heserat vlla regnãdi cupiditas. Principes quia iusti erant: & religionibus diti: iure habiti dii & dicti. Non enim arbitria illorũ ab ęquo vel populus a iure innato: discedebant. Nullo tũc vindice aut metu: sed sua spõte retinebant fidẽ & rectũ. Pudor ipse regebat populos & ius principes. Domus illis nõ extructæ vel ornatę luxuriaq; insignes erãt & splẽdidæ: sed vel criptæ aut viminum tuguria & caua arborũ ligna erant. Victum spõte nascẽtia pbebant: aut in diẽ vict9 q̃rebat venatu. Vinũ & far prim9 illis docuit Ianus ad sacrificia & religionẽ magis q̃ ad esũ & potũ. Primus. n. aras & pomœria & sacra docuit: & ob id illi in oi sacrificio ppetua pfatio pmittit farq; illi ac vinum primo plibat. Vxor illi fuit Vesta q̃ pria sacrorũ regina sempiternum sacrificiorũ ignem virginibus credidit. Bella tunc non ignota modo: sed ne cogitata quidẽ in mẽtem venerant. Ad pudorẽ & sanctimoniam domorum: primus valuas seras & claues excogitauit & inuenit: & ab eo dictæ Ianuæ. Olympo regio Etruriæ fanoq; sacrato: duodenis coloniis totidẽ pome

ria arasq; sacrauit: & ad continédum recétes tum colonias in officio aureo: virgas fasces-q; singulis singulas dedit. Vnde ipse in manu virgam & clauē: subq; pedib9 bis senas aras habet. Circa finem aurei sæculi: primus oīm Ninus rex Assyriorū hos aureos mores noua regnandi cupiditate mutauit: & prim9 limites transgressus: bella finitimis mouit: & totius Asię populos perdomuit: sub quo Cameses præfect9 fuit Aboriginibus. Et paulo post frementibus vndiq; contra se armis: toto prius pererrato orbe Saturn9 ad Ianum se contulit. Eum comi hospitio Ianus receptum: Latio & Aboriginib9 pręfecit. Et more: q̄uis tunc finientis aurei sęculi: intra fines suos sese quisq; continuit: Ianus in Etruria & Saturnus in Latio: thyberimq; fines imperii esse instituit. Intra enim suam cuiq; patriam tūc de more regnum finiebat̃. Limes igit̃ erat inter eos thyberis: aræ vero limitū erant Ianiculū & Saturnia Capitolina. Etruriam a Ianiculo Ianus: Latiū a Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitolii Saturn9 cōdiderat: vt Ianus Ianiculū. Hęc igit̃ fuit prima Romæ origo ad radices Capitolii: vbi tūc pascua bobus erat.

ęris cornua flexi. Non galeę nō ensis erat: sine militis vsu Mollia securę per agebant ocia gētes. Ipsa quoq; immunis: rastroq; intacta: nec vllis Saucia vulneribus: per se dabat omnia tellus. Durauit hęc pacifica & aurea ætas teste Trogo: vsq; ad Ninum: qui prim9 aureū sæculū gentibus sustulit: & arma finitimis atq; remotissimis prim9 intulit. Qđ ei9 abbreuiator Iustin9 in primo Epitomatū breuibus absoluēs Principio inquit: rerū: gentiū & nationū imperiū penes reges erat: quos ad fastigiū huius dignitatis nō ambitio popularis: sed spectata īter bonos moderatio ꝓuehebat. Populus: nullis legibus tenebat̃: quia iustorū principū arbitria: pro legib9 erant. Fines imperii tueri: magis q̄ ꝓferre mos erat. Intra suā cuiq; patriā: regna finiebātur. Primus oīm Ninus rex Assyrioꝝ: gētibus quasi auitū morē: noua imperii cupiditate mutauit: & finitimis bella intulit: & rudes adhuc ad resistēdum populos: facile terminos vsq; Lybiæ ꝑdomuit. Itaq; ꝓbatū est qđ Sēpronius & alii scribūt hac argumētatiōe. Primus ort9 humani generis: & innumera gentiū multitudo fuit ante Ninū. Ergo aurea ætas fuit ante Ninū: quia in primo ortu gener humani sata est aurea ætas. Item qui primus bella & turbas ciuit post aureum sæculū: fuit Ninus. Quare finita est aurea ętas: & cœpit argentea: fugato Saturno in inferna tartara: id est ad inferum mare Thuscū ad Ianū. Qđ mythice Ouidius in primo metamorphoseos lepideq; describens ait. Postq̄ Saturno tenebrosa in tartara misso: Sub Ioue mūdus erat: subiitq; argentea ꝓles: Auro deterior: & reliqua.

Q; vero aurea ętas durauerit annis vno minus ducētis & quinquaginta: vtiq; Gręci nō potuerūt a suis rescire: quia prim9 qui Græcos scriptores assequut9 est fuit Ninus: vt ait Diodorus in. iiii. li. Et vt in primo fatetur: nondū illis cōpertū erat: qui primi fuerint in orbe reges: sed a Barbaris didicerūt: q se primos scriptores & īdagatores rerū vtiliū asserūt: & multorū temporū memoriā apud se seruari affirmant. Vnde & Xenophon quem ꝓducit hic in testem Fabius vtit̃ testimonio inscriptionis Babylonicæ: & Archiloch9 testimonio Masææ Phœnicis: vt in cōmētariis eius videbimus: & Cato in prœmio de originib9 similiter. Hi oēs cōsentiētes etiā Beroso in. v. antiquitatū: affirmāt a diluuio primo vsq; ad Ninū fuisse annos nouē & quadragīta supra ducētos. Quare aurea ætas durauit ante Ninū nō minus Aureæ ętatis anni.

annis supradictis. Q vero Ianus floruerit sub initium eius ætatis: ipse Ianus in primo de Fastis asserit dicens.

Tunc ego regnabam: patiens cum terra deorum Esset: & humanis numina mixta locis.
Nondum iustitiam: facinus mortale fugarat: Vltima de superis illa reliquit humum.
Proq; metu populum: sine vi: pudor ipse regebat. Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello: postes: pacemq; tuebar: Et clauem ostendens: hæc ait arma gero.

Iani tēpora. Ergo Ianus fuit sub initiũ aurei sęculi: quoniã lõge post eũ fuerunt Cameses & Saturn⁹ reguli: circa finem potissime Saturnus: qa clare omnes scribũt: ideo venisse in Italiam: quia iã contra eũ Iuppiter: sub quo cœpit argẽtea proles: mouerat. Q vero ait Ianũ inuenisse primum far & vinum magis ad sacrificia q̃ esum: non negat quin etiã prębuerit ad esum & potum sobriũ. Et id videnẽ significare Ouidius in primo de Fastis: & Acron & alii. Cur hęc offerantur soli Iano? qa inquiunt significant parsimoniã & rudẽ victum illius ætatis. Et in satyra: Atticus eximie: Iuuenalis dicit. Ponebãt igitur Thusco farrata catino Omnia nunc q bus inuideas si liuidulus sis. Porro: q aras: ritus & templa primus Italos docuerit: & ob id ppetuam pręfationem & libamen ante alia sacrificia deorum promeruerit: vtiq; Xenophon tradit: vt asserit Macrobius in primo Saturnaliũ. Ouidius quoq; adiicit in primo de Fastis: aliam rationem: quia est deus introituum & ianua. Et ideo non potest adiri ad aliorũ deorũ sacrificia: nisi per ipsum. Q si quæris cur ipse sit omniũ ianua? Respondent omnes: quia est pater omniũ deorũ & hominũ: vt ait Berosus in secundo antiquitatũ. Et Iuuenalis in Satyra: credo pudicitiã. Dic (inquit) mihi nunc quęso: dic antiquissime diuũ? Respondes his Iane pater. Et Propertius in Elegia ad Vertũnum qui est idem qđ Ianus: vt posterius suis locis videbitur: inducit Vertũnum sese appellãtem patrem diuũ. Nam cælum asseritur pater omniũ deorũ: & Ianus est cælum: vt Berosus docet: & Ouidi⁹ scribit primo de Fastis. Et ob id teste Macrobio in primo Saturnaliũ: & Seruio super ęneida: Ian⁹ apud Thuscos erat quadrifrons ob quatuor partes cæli: causantes quatuor partes anni: hyemẽ: ver: æstatẽ: autũnũ Et Cicero Ianũ dixit dictum quasi Eanũ: q eat & vertatur cęlũ & annus. Hinc Ianus Eanus Vertũnus eadem sunt. Ex his patet Saturnũ qui venit ad Ianũ nõ fuisse Gręculũ illum Cretẽsem antiquissimũ Apteram. Cui argumento sunt multa. Primo quidem tẽpus: quoniam Saturnus qui ad Ianum venit: fuit aureo sęculo: tempestate Nini: cũ adhuc homines viuerẽt victu rudi: vt Iginus ait & Macrobius refert: & homines rudi trũco cauaq; arbore atq; tugurio vterẽtur: & nõdum compositos hic Saturnus: quia iustus erat: lege composuit: vt ornato carmine Virgilius in. viii. Aeneidos descripsit dicens de ipsis Aboriginibus Latii.

Farris & vini vsus.

Ian⁹ ianua.

Eanus.

Saturnus q ad Ianũ venit.

Hæc nemora indigenæ fauni nymphæq; tenebãt: Gensq; virũ truncis: & duro robore nata Quis: neq; mos: neq; cultus erat: nec iũgere tauros: Aut cõponere opes norant: nec parcere parto: Sed rami: atq; asper victu venatus alebat. Primus ab æthereo venit Saturn⁹ olympo Arma Iouis fugiens: & regnis exul ademptis. Is genus indocile & dispersum montib⁹ altis: Composuit: legesq; dedit: latiumq; vocari Maluit: his quoniam tutus latuisset in oris. Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuere Sęcula: sic populos trãquilla in pace regebat. Cęterũ Apteras fuit domesticato orbe: & ætate ferrea: post Ninum quingentis annis & amplius: videlicet interfecto Iasio a fratre Dardano: & ante cõditam Dardaniam paulominus triginta annis: vt Græci cõfitentur: & Eusebius notat. Quinetiam iniustissimus & ferreus Apteras atq; impiissimus: patri testes eruit: filios occidit: Titanib⁹ nepotibus ac fratri bellũ intulit: & totum Cretę regnum perturbauit. Rursus Saturn⁹ q ad Ianum venit denominatã Italiã a se saturniam mortuus reliquit: vt Macrobius in primo Saturnaliũ dicit. Porro iam cessauerat ætate Apteræ nomen Saturnia: & dicebatur Italia: vt Berosus indicat: & tempus probat: quia vt diximus minus triginta annis: ante fugã Dardani & conditã Dardaniã floruit

Apteras.

scelestus & ferreus non aureus saturnus Apteras. Porro antea regnauerat Iasius: & ante Iasium pater eius Coritus gener Itali Atlantis ex filia Electra: matre Iasii: & ante Coritũ Morges cognat⁹ Coriti ex Electra sorore: & ante filium Morgetem regnauit Italus Atlas a quo Italia: & ante Italum Apis: a quo Apenina & Taurina dicta fuit: & ante Apim siue Taurũ dicta erat Saturnia: vt super Berosum inexpugnabiliter comprobatur. Nõ fuit igitur Græculus Apteras: ille saturnus aureus: collega Iani aurei: a quo Italia quondam Saturnia dicta fuit. Quis vero hic Saturnus fuerit: & vnde: aut qua ratione fugatus: & a quo Ioue: & quando: & quo pacto continuerit Aborigines: in aliis commentariis præcipue Berosianis demõstrabitur. Nec te moueat ꝙ Virgilius dicat eũ venisse ab Olympo æthereo: quia nõ in Creta solum: sed etiam in Peloponesso & Asia & Aegypto inueniuntur montes dicti Olympi: quinetiam & in qualibet regione mons altior dicitur Olympus: quales sunt montes Caspii a quibus ad Ianum venit pius & iustus & Saga Saturnus. Præcellunt enim altitudine omnes montes: etiam in ipsa Scythia: quæ est altior pars orbis: vt omnes Geographi cum experientia concedũt. Et ideo Mythici dicunt: ꝙ Iuppiter Saturnum in tartara & inferos misit quia ab suprema parte orbis ad inferiorem: inferumq; vocatum mare fugauit: iam inclinante in vitia aureo sæculo. Qꝺ vero Fabius dicit: quoniam ante Ninum nulla extitit vniuersalis monarchia: quia intra limites patrię suę qſq; regebat: vt Saturnus in Latio: & Ianus in Ianicula Etruria: id argumẽtũ facit: quare ante Ninum nõ inchoauit sua tẽpora Eusebius: sed a Nino: & qdẽ nõ a principio Nini: sed a. xliii. eius anno. Ratio vna est: quia vsq; ad. xliii. annũ non explicuit acies: sed solum assuefaciebat militem ad incognitam militiam & inusitatũ exercitiũ: vt Diodorus siculus in. iii. libro insinuat. Nouem enim vltimis annis bella intulit: & totam Asiam vsq; terminos Libyæ domuit. Si enim magnus Alexander. xii. solũ annis: eam Asiam & Aegyptũ: iam toto orbe armato: & ad alios inuadendũ nedum ad resistendum potẽtissimo subegit: nihil mirũ si vt ait Trog⁹ & Iustinus tam breui tempore Ninus rudes adhuc ad resistẽdũ populos & inermes: terminos vsq; Libyę ꝑdomuit. Est itẽ argumẽto ꝙ nouissimis annis cœperit vitiare aureum sæculũ: qa primũ finitimis bella intulit: vti omnes concedunt. Bactrii aũt quibus impabat Saga saturnus: teste Beroso: vtiq; sunt finitimi Assyriis. Quare principio eos aggressus est. Cęterũ dum hos debellaret: venit ad eũ Semiramis Ascalonitis: ex eaq; filium Niniaden sustulit: & infantulum moriẽs Ninus reliqt: ꝑ quo Semiramis regnauit: vt Diodorus in tertio libro scribit: & alii consentiunt. Quare circa finem sui imperii vitiare cœpit aureum sęculum. Qꝺ vero ait Ianũ suscepisse saturnũ in dextro latere thyberis. & in lęuo Etruriaq; Ianum cõsedisse: sciẽdum est: ꝙ dextrum & læuum thyberis: dupliciter accipiunt: vel eundo ab vrbe ad Ostia: vel ab Ostiis ad vrbẽ. Primo modo rate nauiganti Thyberim: Latium est a sinistris: & Etruria a dextris. Econtra vero ab Ostiis nauiganti ad vrbem: a dextris est solum terraq; Latii: & ad læuam solũ Etrurię. Et ita hic loqtur Fabi⁹ habẽdo rationẽ ad aduẽtũ Saturni ab Ostiis in Capitoliũ: vbi Ianus illum visitans pręfecit Aboriginibus: & Saturniam Latium dici voluit: sicut Etruriã Ianiculam. Et hoc itinere ab Ostiis vsus est etiam Ouidius: qui in primo de Fastis inducit Ianũ ita de receptione & aduentu Saturni dicẽtem. Causa ratis superest: Thuscum rate venit in amnẽ: Primus oberrato falcifer orbe de⁹. Hac ego Saturnũ (memini) tellure recepi. Cælitibus regnis a Ioue pulsus erat. At bona posteritas puppim formauit in ære: Hospitis aduentum testificata dei. Inde diu genti mansit Saturnia nomẽ: Et dicta est Latium: terra volente deo. Et paulopost. Ipse solum colui cuius placidissima læuũ Radit arenosi Thybridis vnda latus. Ara mea est colli: quem vulgus nomine nostro Nũcupat hæc ætas Ianiculũq; vocat. Aram ergo Ianiculam Etruscam: læuo thyberis lateri hęrẽtem vocat: quia pro sacro limite atq; fine imperii sui Thyberĩ posuit. Qui limes cõmuni impẽsa factus & sacratus est: vt idẽ

Marginal notes: Iasius. Coritus. Morges. Italus. Apis. Saturn⁹ ad inferos. Bactri Semiramis. Dextrũ & lęuum.

Ouidius in.ii.de Fast is ad sacrum limitem loquens dicit.

Te duo:diuersa domini de parte coronant: Binaq; serta tibi:binaq; liba ferunt.
Ara fit:hic ignem curta fert rustica testa.&c. Spargitur & cæso cõmunis terminus agno.

Ergo Ianiculum & oppidum dicitur:quia ibi posuit Ianus Ianiculas colonias: & Ara quoq; quia ibi pro sacro limite inter se & Camesem atq; Saturnum facta est Ara:& cæso agro:pro communi termino sparsus est thyberis.Saturnia vero ad radices Capitolii non ara sed vrbs dicitur in.viii.Aeneidos:a Virgilio dicente.

Saturnia.

Hæc duo præterea disiectis oppida muris: Relliquias veterũq; vides monumẽta virorum.
Hanc Ianus pater:hanc Saturnus cõdidit vrbẽ:Ianiculum huic : illi fuerat Saturnia nomẽ.

Neq; disiectis oppida muris:aut seorsum ꝓpria impensa singulum singulam vrbem condidisse significare voluit Virgilius:vt eum Macrobius incusat in primo Saturnalium:sed solum significat disiecta fuisse limite sacro:quia ea ætate cuiq; regi intra suam patriam finiebaẽ regnum:vt hoc loci Fabius:& Trogus:atq; Iustinus in primo epitomatum significant. Item ædificatam cõmuni impensa vrbem:singulo regi tribuebatur:vt Saturnia Saturno:a qua Latium Saturnia:& Ianiculum Iano:a quo Etruria Ianicula primum nomen habuit:vt hoc loco docet Fabius.Vnde is eam condidisse dicitur:cuius nomen personabat: sed nõ propria impensa:quibus peculium & patrimoniũ aureo illo sæculo erat cõmune:vt tã ipse Macrobius & Virgilius q̃ Trogus atq; Iustinus vltimo epitomatum scribunt:& alii consentiunt.Ad hoc commune peculium & aureum sæculum euangelia reducunt homines:& nulla lex alia:sicut copiose ostendimus in commentariis super euangelia:epistolas: & actis apostolorum.De Vesta vero & fascibus:&.xii.aris & pomœriis Iani: super fragmenta Catonis diximus:nunc de primo instituto Fabii:de origine vrbis Romæ:aureo sæculo sub Saturno & Iano dicendum est.Varro in primo de lingua latina sic dicit.Capitolium dictum a capite humano ibi inuento:& Tarpeius collis antea a Tarpeia virgine Vestali dicebatur:ibi scutis Sabinorum obruta & sepulta.Verũ prius Saturnia dicebatur:& ab eo late Saturnia terra.Quod & Iuno in sexto de Fastis ab Ouidio introducta fatetur dicens.

Virgilii locus.

Capitoliũ.

Tarpeia arx

Si genus aspicitur:Saturnum ego prima parentem Feci:Saturno sors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est Iunctaq; Tarpeio sunt mea templa Ioui.

Plinius quoq; in.vi.capitulo tertii libri naturalis historiæ distinguens vtrãq; originem:Latii videlicet & Etruriæ:Saturnia inquit est vbi nũc Roma:antipolis vero vbi Ianiculum in parte Romę:non tamen eadem:sicut paulo supra dixit.Volturreni: cognomine Etrusci: in eadem parte Volsinienses.Hæc igitur prima Romæ origo.

De secunda parte primi libelli.



Am Fabius Pictor explanauit ad integrum ea in quibus omnes cõueniunt de origine antiquissima vrbis Romę in primo ortu generis humani:quo sata est aurea ætas sub Iano & Saturno: Nunc depingit atq; describit:qualis erat regio septicollis anteq̃ inhabitareẽ:Sed pascua bobus erat.Ad cuius intellectum descripsi in plano totum qđ scribit Fabius:vt melius noui.Nõ enim profiteor artem pictoriam.Qui magis assuetus est Romæ:atq; melius intelligit Fabium: ipse emendet si cubi in pingendo erraui:Describens ergo agrum septicollem Romanum tempore Saturni inhabitatum:qualis ei facies vultusq; atq; dispositio esset:hæc dicit.



Facies tũc agri hui9 iſtar arc9 erat: cui9 chorda eẽt alue9 Thyberis. Cornua ad ſolis q dẽ ortũ rupes auẽtina & ad occaſũ Capitolina: media palatia. Eadẽ palatia rupes thyberi a frõte ꝓſpicit: a ſiniſtris Cælio : a dextris Exquilino iungitur. Auentinus item a frõte Thyberim & Capenam tenet: ad dextram Cęliolo ac Viminali hæret. Capitolium ante ſe Thyberim & portã Carmẽtalẽ cernit: hęret illi qrinalis. Vides itaq; Thyberim veluti chordã arc9. Cernis ſeptẽ rupes: quas antiquorũ alii montes: alii colles vocauerunt. Aſpicis eos iſtar arcus tẽſi ſibi mutuo ſuccedere. Cornua vides duo: ab occaſu qdẽ rupẽ Tarpeiã ſiue Capitolinã: vbi principio fuit Saturnia: & a q̃ late Saturnia dicta eſt terra: vt ait Varro ĩ prio de ligua latina. ab ortu vero ſolis Auẽtinã rupẽ: vbi Italus Capenã con

didit: a qua primũ porta Capena: quę postea Ostiensis: quia ad vrbem ducit Oostiam: nunc sancti Pauli dicit̃: quia ducit ad eius sacrum locum. Iuuenalis autem noster Aquinas in Satyra dixit: madidãq; Capenam: ob ꝓximum illi Thyberim atq; vdas tũ paludes: vt paulo post exponemus. Vides item in medio arcus Palatiuũ omnibus maiorem collẽ: Et ideo antonomasice dict⁹ est tam ab antiquis q̃ iuniorib⁹ palatium maius: scilicet aliis sex collibus: tametsi quidã in hoc aberrẽt (vt existimo) & alibi aperui. De his collibus prius: postea de Thyberi: postremo de tota area: origines & tẽpora exponẽda occurrũt. Vt autẽ Fabius significat: & Varro in prio de lingua latina exprimit: trib⁹ pcipue nominibus Capitoliũ cognominatũ est:

Capitolii nomina.

scilicet Capitoliũ dictũ est: ab humano capite ibi inuento: dum foderẽtur in cacumine rupis fundamenta templi Iouis a Tarquinio superbo: qui vltimus a Romulo rex fuit. Alio nomine sub Romulo dicebatur rupes Tarpeia: a virgine Vestali ibi occisa & sepulta: dum Romulus Sabinũ bellum gereret. Prisco vero nomine dicebatur Saturninus mõs a Saturnia in cliuo montis condita. Et vt ait Varro: tempore suo: tria vestigia & argumẽta manebant: ꝙ Saturni Fanũ in faucibus: ꝙ Saturnia porta: quã Iunius scribit ibi: quã tunc vocabant Pandanam: & ꝙ post ædem Saturni in ędificiorũ legibus priuatis pariete: postici muri sunt scripti. Hic mons vt hoc loci Fabius dicit a fronte habet Thyberim & portã Carmentalẽ.

Carmẽtalis porta.

Carmẽtalis porta erat: vbi pons Carmentalis: quo trecẽti Fabii cõtra Veiẽtes transeũtes Thyberim: relinquebãt Ianiculũ ad dextrã vt patet in Liuio. Quare ab hac porta trãsmisso Thyberi & Ianiculi radicibus: per planiciem sub Ianiculi dextro illis: perrexerũt contra

Has rupes antiq septẽ colles & septẽ mõtes appellauer ũt. Area hui⁹ arc⁹ est qcqd cãpi iacet inter Auẽtinũ & Capitoliũ: & a palatio ad thyberi Libyssus antea: iñ argeus: post vicus Thusc⁹ dicit̃. Paludes plures eo passim thyberina inũdatio efficiebat: q̃ hãc areã nõ satis idoneã habitationi reddebãt: anteq̃ factis Vertũno sacrificiis in alueũ suũ tyberis verteret̃. Pria igit̃ origo Romę fuit: collis capitolin⁹ antea saturnia dict⁹. Seqns hũc auẽtin⁹ fuit habitat⁹ ab Atlãte Italo e sicilia aduecto eo cõtra fratrẽ suũ Hesperũ: in cui⁹ tutela erat Etrurię ĩpiũ adhuc Iano puero: & ĩmaturo ad munera regia & regni. Porro Ita l⁹ dimicare a Iano & Etruscis ꝓhibit⁹: ĩ auẽtino cõsedit: ad cui⁹ radices iuxta Thyberim: ope atq; cõsilio Iani Capenã oppidulũ cõdidit: & regionẽ ei⁹ ꝑmissu Italiam dixit. Mox Hespo fratre reb⁹ hũanis exẽpto: Ital⁹ ĩ tutelã Ianũ & Etruriã suscipiẽs: oẽm circa thyberi regionẽ extict vltro citroq; aliis cognoib⁹ a se Italiã nũcupauit. Hęc ẽ prisca Italia cui⁹ nomẽ sensim ab alpiũ radicib⁹ ad fretũ siculũ ac ipsi sicilię cõicatũ ẽ. Denoiare. n. aut ipo nere gẽtib⁹ & locis noua noia: tm̃ regũ ducũ ꝙius est. Suscepto igit̃ Ital⁹ Italię ĩpio: tũ filiã suã Romã noie: siculis & aboriginib⁹ ĩ Latio pfecit. Quę relicta capẽa mediũ palatinũ tenuit: & ĩ vertice vbi hęret exqlino Romã oppidulũ cõdidit qd̃ Valẽtiã sonat. Post ei⁹ obitũ ob paludes neglectũ oppidũ fuit vsq; ad aduẽtũ Euãdri q cũ oppido simĩ restituit nomẽ. Subsidẽs septẽ collib⁹ cãp⁹ Arge⁹ dictus est ab argo Euãdri hospite & comitib⁹ argiui Herculis q ad Euãdrũ venerũt: & ĩ saturnia subsederũt. hic extrẽa argileta dicũt̃. Supior argilet⁹ dicit̃ in pricipio vici Thusci sub cęliolo inter circũ maximũ & Auentinũ vbi letũ argi simul & sepulcrũ est. Imus vero

argiletus est vbi ianus quadrifrõs: q & vertũnus: i fine vici thusci ad radices capitolii i foro boario vbi saturniæ vestigia. Tres igit colles primũ coluere ante Romulũ: mediũ quidẽ Roma filia Itali: extremos vero Saturnus & Italus.

Veiẽtes cognoĩe Larthenianos vt Antoninus dicit in Itinerario: aut Enetanos vt Plutarchus: aut Enianos: vt alii dicunt. Quin reliquerunt etiam a dextris Ianum sub capitolio quadrifrõtem: vt patet in figura discedendo a Romano foro ad Carmentalem transitum: dicẽte Ouidio in Fastis. Carmẽtis portę dextro est via proxima Iano. Ire per hanc noli quisquis es; omen habet. Illa fama refert Fabios exisse trecentos. Porta vacat culpa sed tamen omen habet. Ex his patent errores: quorum primus est: quia scribũt Carmẽtalem portam fuisse veteris Romæ a Romulo conditæ. Patens vtiq; error est: quia Roma condita a Romulo solam rupem palatinam cingebat: vt oẽs fatentur. Quare carmẽtalis nõ erat porta Romę veteris: qa circa thyberim erat: dextro illi Iano venienti a palatio. Secũdus error ẽ: quia existimãt quidã Veiẽtes Enianos esse circa Thyberim q est. XIIII. milib⁹ passuũ a Fidenis ad Vaticanũ & Ianiculũ: vt videt significare Plinius in. III. naturalis histo. cap. VI. Verũ Plinius non dicit ibi quantũ spatii tenuerint Veiẽtes p thyberim: sed quoto thyberis spatio Veiens ager a Latio disterminabat. Nã idẽ Plinius a Ianiculo vsq; in Phalarim fuisse agrum Veientẽ asserit in. II. naturalis historię capi. XCVIII. dicẽs. In sylua Cyminia: & ad aras Mutias in Veiente: infixa terrę: euelli non possunt. Est aũt oppidũ arę Mutię: quod rustici Aremuza vocant: non procul Phalerio & Fescennio: nũc ciuitas Castellana. Quare multo amplius tredecim milibus passuum diffundebatur Veiens ager. Immo etiam Cyminia iuga quæ sunt limites Etruriæ vrbis: attingebãt: dicente Liuio in primo ab vrbe condita. Erat inquit Sabinis vicina Etruria: & proximi Etruriæ Veientes. Tertius error est: quia quidam asserũt Ciuitam Castellanam esse vrbem Veientem: quod falsum esse probant via: & spatium: & cognomen. Via quidem quia Fabii sub Ianiculo versus lacum Sabatium: non versus Thyberĩ Ciuitę Castellanæ: cõtra vrbem Veientem iuerunt. Rursus spatio distat Veiẽs ab vrbe Roma minus viginti milibus passuum: vt significauit Apius: & Liuius refert in quinto ab vrbe condita. Quãtum autem minus sit: Dionysius Halicarnasseus exprimit: qui Romæ diu moratus multa didicit. Is in secundo libro tradit: a loco vbi Thyberis mari mergitur: vsq; Romam esse spatium centum & viginti stadiorum. Et rursus in eodem libro dicit Veientẽ vrbem esse in colle munito tantæ quantitatis quantam Athenæ habent: & centum ferme stadiis distare ab vrbe Roma. In eodem dicit Romulum in Palatino colle quadratam fecisse vrbem tantæ quantitatis: quantum habent Athenæ. Ex quo patet non magnas vrbes fuisse Veientum Athenas: & priscam Romam quæ solum Palatinum collem tenebat. Verum ea ætate pergrandes existimabantur respectu aliarum: quia teste eodem Dionysio Halicarnasseo in primo libro mos condendarum vrbium fuit antiquis: eas fundare non magnas: sed locis munitas & crebras. Igitur quoniam stadium est octaua pars miliarii: vt Ptolemęus & alii concedunt: consequens necessario est: vt non vulgari mensura sed communi & probata ab mari Ostiensi ad vrbem sint quindecim miliaria: & ab vrbe per dextrum euntibus Ianiculũ vsq; Veientem vrbem sint circiter duodecim. Hoc itinere si procedimus versus Sabatios inuenimus ferme. XII. milibus passuum distantẽ Larthenianũ in colle munito: qđ vulgus mutata prima litera dicunt Marthenianum. Non est igitur vel via vel spatio definito Veiens vrbs & Ciuita Castellana eadem. Tertio patet ex cognomine. Nam licet Phalarim & Phescenium prius fuerint vrbes habitatæ a Siculis & Etruscis: tamen eas postea cum Enos vrbes Pelasgorum Eniani Pelasgi inhabitauerunt: vt significat Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Porro pulsis Pelasgis Enianis siue Enotanis Thusci soli coluerunt & cognomi-

Veientes

Ciuita Castellana.

na Ethrusca adiecerunt. Phesce. i. arces simul & acies: & Larth. i. princeps omniũ vt in Etrusca historia probauim⁹: quã septem & sexaginta Epitomatũ libris iam absoluimus: a Ianovsq; ad nostram ætatem. Quare Larthenianum est princeps & Metropolis Eniana: cognomine Veiens a progenitoribus Veiis Etruscis: & Phescenium est id quod arces Eniæ: & a Vergilio dictę Arces & acies Soractinę & Phescenię. Vulgo Castellanę: quia Arx castellum vulgo dicitur. Hinc & illis acierum suarũ est insigne eques armatus. Igitur hactenus de itinere a Romano foro in Veientes per portã Carmentalẽ: quę ad Capitolium & initia vici Thusci sub Capitolio magis spectat q̃ ad Romã Palatinã. De Auẽtino dicendũ est postea: vnde dicatur Auentinus. Nunc quo pacto secũdus post Capitolium locus fuerit habitatus: est explanandũ. Teste Igino cui concordat Berosus: Atlanti Italo a quo Italia dicta est: frater fuit Hesperus rex Hispaniæ: inter quos bello orto ob regnandi cupiditatẽ superior fuit Atlas Ital⁹: qui pulso Hespero in Italiã: regnauit ĩ Hispania atq; Sicilia. Hesperus in Italia ad Thuscos se cõferẽs: tutor regni factus est: Iano tũ infante: vt hic innuit Fabius. Sed nota vnũ fuisse Ianum priscum: plures vero posteriores: quorũ hic fuit vnus cui nomẽ Camboblascon: & cognomentũ fuit Coritus: socer Atlantis Itali: vt in quinto antiquitatũ Berosus pdit. Ab hoc Hespero Italia & Hispania hesperię dictæ sunt: qa vtrobiq; regnauit: vt Iginus scribit: & Seruius super Aeneida refert. Gręci quib⁹ prauum ingeniũ semper fuit ad obscurãdos aliorum splendores antiquos: audent mẽtiri: & dicere Italiam & Hispaniã dici hesperias a sydere: qa eo nauigãt ab Italia in Hispaniam. Ergo & Gallia erit Hesperia: quia eodẽ sydere nauigant ab Italia in Gallias. Ita dum voluerunt inducere Italicæ antiquitati caliginẽ: se omnino Dialecticã: & historias: & Geographiã ignorare ostenderũt. Verũ paulo ante obitũ Hesperi Italus ab Hispania in Siciliã: & a Sicilia in Italiã: cõtra fratrẽ dimicaturus concessit in Latium vbi Etrusci cũ Iano puero obuiãtes: phibuerunt Italũ cũ fratre arma cõferre: permiserũt tamen & opem cum consilio adiecerunt: vt e regione Saturniæ: collem Auentinum teneret: & cõdito oppido Capena: etiã agrũ eius a se Italiã diceret: vt hoc loci asserit Fabius: quem plures sequunt̃. Tortellius vero noster in litera Roma ait: hoc dictũ etiã Solinum sequutum. Ergo mox mortuo Hespero: tutor Iani qui & Coriti successit Italus in Vetulonia: vt in. v. antiquitatũ Berosus tradit: in qua etiã argumenta: patria & genitura Pleiadũ Italicarum: loca nominibus earum: & matris Pleiadis dicata. & patris Atlantis nomina: cognomina: exaltationis eius locus: tituli ad sempiternam memoriam: & eiusmodi multa. Quod vero ait circa Thyberim vltro citroq; mox suscepto regno a se nominasse Italiã extinctis aliis cognominibus: videlicet Ianicula: Saturnia: Apenina: siue Taurina: Camesena: Hesperia: vtq; idem insinuat Seruius super Aeneida dicens: Italus rex a Sicilia cum Siculis in Italiam venit: & loca circa Thyberim tenuit: & a se Italiam nominauit: Argumento huic antiquitati manere aiunt tam ipse Seruius q̃ Dionysius Halicarnasseus in primo libro: quia circa Tybur loca dicta Siciliensia sunt: & in Etruria circa Thyberim sunt vrbes Phalaris & Phescenium: quas prius inhabitauerunt Siculi: & circa Ardeam Latii: sunt fines dicti Sicani: & in Etruria vallis Sicania & monumenta Atlantis Itali: & Pleiadum: quæ in Berosianis commentariis explicabuntur. Nunc de area huius Arcus dicendum. Primo dictus est campus Libyssus teste Festo a Cerere fructifera: quæ ex Libya primum fruges illo aduexit: a quo & Campus Libyssus: & ipsa Libyssa dicta est. Ceres enim ipsa frugifera & legifera: Libyca & Aegyptia: soror Osiridis: vt author est Diodorus in primo libro: docuit in Italia: Attica: & Sicilia molere: & panes conficere: cum antea glande vescerentur: vt docet Plinius in septimo naturalis historiæ. capitulo vltimo. Primos autem panes obtulit in gratiam Iasii regis in nuptiis Cybelis: vt authores tradunt: & Cybelaria marmora excisa produnt. Et hoc ante Troiam conditam. Paulo vero ante Troianum excidium Euan-

Hesperus

Iani plures.

Campus Libyssus

der Argo hospiti suo a sociis occiso sepulchrũ fecit: a cuius leto primũ Argilletũ superiorẽ dixerunt: & non a somniata Argilla: de quo Vergilius in Aeneidos octauo. Nec non & sacri monstrat nemus Argilleti: Testaturq; locum: & letũ docet hospitis Argi. Rursus paulo post ad eundem Euandrum venit cum Argonautis Hercules: qui in Saturnia hospitati sunt. Et ab his dicitur etiã Argeus campus: vt Varro in primo de lingua latina: & nunc Fabius insinuat. Et dicitur Argiletus imus a Seruio: & infimus a Liuio in primo ab vrbe condita: Vt inquit: animos feroces reuocaret Numa: ad infimũ Argiletum: Ianum facit indicẽ belli & pacis. Et sup septimũ Aeneidos ibi: Sũt geminæ portæ belli: sic habet Seruius: id est gemina Iani templa iuncta. Sacrariũ (inquit) hoc Numa instituit circa imum Argiletũ: iuxta Theatrum Marcelli in breuissimis duobus templis. Duobus inquã propter Ianũ bifrontẽ. Postea vero captis Phaliscis vrbe Tusciȩ: inuentum est simulacrũ Iani cum frontibus quatuor. Vnde quod Numa instituerat translatum est ad forum transitorium: & templũ quatuor portarum ibi substitutum est. Hȩc Seruius. Tertio dictus est campus vicus tuscus: vt supra insinuauit. Contra hoc videtur qđ Dionysius Halicarnasseus scribit de vico Tusco dicẽs in quinto lib. Vicus Tuscus est cõuallis extensa ferme quatuor stadiis a capitolio vsq; ad palatium: a quo quidem est transitus in circum maximũ. Ergo nõ pertingit a capitolio vsq; ad Cæliolum & vltra. Dicendum est q nõ bene vidit Halicarnasseus quod scribit Varro eo doctior: & Romanã regionẽ pleni⁹ edoctus. Is in primo de lingua latina post Cȩlii Tusci obitum: Cælianos Tuscos tenuisse Cæliolum: & tuscos Luceres subsidentem cõuallem asserit. Eius verba sunt ad hac sententiã. Post mortẽ Cælii Tusci: quia nõ suspitione carebãt: iussi sunt in cõuallem descẽdere: & ab eis dicitur vicus tuscus: vbi est & templum Vertumni: qui est princeps deus Etruriæ. Et subdit. Cælianis vero quia suspitione carebant datus est Cȩliolus coniunctus Cælio. Et ideo recte Fabius dicit principium vici Tusci incipere sub Cȩliolo versus Auentinũ: & terminari ad radices capitolii. De eo vero q ait Romã filiã Itali principio Romã a se dictã cœpisse in Palatino colle: etiã Berosus in. v. & Plutarchus in vita Romuli conscribunt. Porro neglectum fuisse ob aerem palustralẽ: & dictũ Valentiã: & ab Euandro restitutum: & Solinus in collectaneis: & alii nõnulli consentiunt. Itẽ vt ait hoc loco Fabius: inundatio Thyberis ante Romulũ reddebat hunc campũ minus idoneũ ad habitandum. Quod patet: primo quia a palatio per subsidentẽ vallẽ disiungebat vrbs ab Auẽtino: & per paludes nauigabatur: vt ait Varro: quippe q Germallia est pars veteris Romæ vbi expositi fuerunt Remus & Romulus: vt idẽ Varro & Dionysius: & hic Fabius refert. Erat & Curtius lacus palus magna: in quẽ sese armatus cum equo iniecit Curtius siue Metius Sabinus is fuerit siue alius: siue vterq;. De eo vero q ait Ianum & vertũnum esse eundẽ: id consonat: & propria eorũ epitheta & interpretationes demonstrant: de quibus loco suo dicturi sumus. Ian⁹. n. vt Cicero ait: & Macrobius in primo Saturnaliũ significat: quasi Eanus ab eũdo dicit: q eat & vertat cælum & res omnes. Apud Ianum em̃ solum est omne ius vertendi cardinis.

Argiletus.

Tusc⁹ vicus

Lacus Curtius

Explicit Primus libellus Fabii Pictoris.

Q. Fabii Pictoris Secundus liber incipit.



POstq̃ Fabius in superiore libello declarauit q ab Iano & aureo sȩculo vsq; ad Romulum cœpti sunt habitari tres colles: a Saturno quidem Capitolinus: ab Italo Auentinus: & a filia eius Palatinus. Nunc in hoc libello edocet quo pacto palatium Romulus in vrbem quadratam cõuertit: & deinde quo pacto reliqui colles intra vrbem Romam computati fuerint: & demum de nominibus & locis eius. Primo ergo dicit quo pacto palatiũ Romulus in vrbem formauerit his verbis.

Rex & Regulus.

SVperius exposuim⁹ quid sit Olympus & fossa: & quo pacto sacrabant urbes: & pomœria. Et qd sit Tetrapolis siue quadriurbs & vrbs quadrata: in cōmētariis Xenophōtis. Differētia vero inter regulū & regē erat tūc: qualis nūc īter reges & duces. Vñ ois dux est regulus nō tñ rex. In Italia vero reguli esse nō poterant nisi essent Thuscorū vernę ac nutriti in fano Volturnæ cū Larthe atq̧ Lucumonib⁹. Cui duo sunt pcipua argumenta. Primū: qa Cacū legatū Cāpani reguli: q ducatū non verna Thuscorū inierat: in vincla cōiecit Tarcon rex Etruriæ: vt in Collectaneis Solin⁹ īsinuat: q̄ per ignominiā id Romanis opposuisset Mithridates: q̄ tuscorū vernę fuissent: vt hoc loco Fabius & Trogus cū Iustino sētiūt li. xxxviii. epitomatū. Vñ & de politia īstituta Mātuę ad īstar Etrurię dicit i x. æneid. Ipsa (inqt) caput populis vires de sanguine Tusco. Quo loco Ser. dicit & alii Virgilianistæ interptes asserūt q̄ vires appellat Lucumones: & rectores & duces: qa totū robur erat ex Lucumonibus: in quorū numero vel pfectura non admittebant nisi de sanguīe tusco: ī quo vernę cōputant. vñ in pfecturis Italię qa tusci impabāt: nō admittebant duces & reguli nisi vel tusci vel vernę tuscorꝝ: qd p impio existimauit Mithridates obiiciēdū. Rex vero prim⁹ oīm ex vernis tuscorꝝ fuit Romul⁹: q liberius q̄ reguli instituta & sancita regni īstituere posset: & sui successores: inter quos tusci Tarquinii licētiores fuerūt. Vbi vero fact⁹ fuerit olymp⁹ & cœptus sacer sulc⁹ a vate: exponit Fab. dicēs q̄ in vico tusco videlicet ī foro boario vbi ē taurus ęreus in monumētū. Q; ibi cœpt⁹ ē sacer sulc⁹ a Romulo: author ē Cor. Tacit⁹ dicēs. Vbi est æreus taur⁹: qa id gen⁹ aīaliū aratro subdit: sulcus designādi oppidi cœpt⁹: vt magnā Herculis aram amplecteret. Inde certi spatiis interiecti lapides p ima mōtis Palatini ad arā Cōsutii: mox ad curias veteres: tū ad sacellū larē forūq̧ Rōanū nō a Romulo: sed a Tito Tatio Sabino post fœd⁹ additū pgressum est. Hęc Cor. Tacit⁹. Ex hoc habere possum⁹: vt sit dictū forꝝ Boariū. Primo qdē a Boue Herculis repto & immolato ob victoriā cōtra Cacū latrociatorē: de quo Oui. ī Fastis dicit. Immolat ex illis taurꝝ tibi Iuppiter vnū Victor: & euandrū ruricolasq̧ vocat. Constituitq̧ sibi q̄ maxia dr ara hic vbi ps vrbis de boue nom̄ hēt. Scđo qa ibi boues cœpūt sacrū sulcū: iccirco tota illa ps vrbis boaria dicta ēvsq̧ ad Ianū ī radicib⁹ capitolii vbi pte Boarię forꝝ boariū dictū. ī hac boaria ma

Boariū forꝝ vnde.



DEniq̧ Romul⁹ potit⁹ rerū Albanarū & vs⁹ maxima familiaritate regū Etrurię: & rex prim⁹ ex regul Italiæ creat⁹ ī Latio Romā oppidulū ī regiā tetrapoli vertit: ī q̧ palatio colle fūdauit. Ascito ei ex Etruria vate atq̧ sacerdote: Olympū fecit: pomœriumq̧ sacrauit: & aratro ab Olympo in vico thusco p palatiū circū ducēs ab imo collis ad verticē: quadratā vrbē signauit. In vertice collis hęrēte Exqlino Romā oppidulū ampliauit: & e regiōe loco pximo Cęlio Velliā extruxit. Cęterū in decliuo ad ima versus circū maximū Germalliā fundauit: vbi iussu Amulii fuerūt expositi. Hac em̄ ātea labebat tyberis. Ab ea aūt versus Exqlias forū Romanū ędificauit. Et ita Romulus ex regulo prim⁹ rex a Thuscis declarat⁹ ē. Quā rē per occasionē acceptā Mithridates rex Asię p ignominia Romanis opposuit q̄ vernę fuissēt thuscorū. Quarto aūt mēse ab vrbe cōdita perpetratū ē audax facin⁹ ī raptu latinarū & sabinarū. Primi ex latinis bellū mouerūt ī romulū Ceninēses: Antēnates āt & Crustumeni. Romul⁹ auxilio iplorato a tuscis: cū Cælio rege Etruriæ: primū ex his triūphū rtulit: & ob id qrt⁹ vrbis collis a tuscis hitari cœpt⁹ ē: & Cęli⁹ dict⁹. Subī de sabini bellū igēs orsi: coegerūt romulū denuo a Lucumōib⁹ socios mili

tes expetere Galerito Lucumoni Arbeæ negocium datum est: magna Etruscorũ: exq; vrbe Salpinatum manu venit: Qui quum offendisset Capitolium captum a Sabinis: ipse proximum capitolio quirinalem pro Romulo muniuit. Verum cũ Romul9 audax sub capitolio sabinos aggressus: vulneratus fugeret: illũq; ad portam Palatinam sequuti Sabini Roma potituri viderẽtur: illico Galeritus e quirinali delapsus: viãq; retro i capitoliũ pedem ferendi: adimẽs vbi nũc Ian9 quadrifrõs a tergo sabinos aggressus: vñ fabula eiaculatæ aquæ sulphureę est: in fugã vertit Aiaduersa re Romulus reintegratis viribus & ipe a fronte cædebat: adeo vt Metius in paludẽ sese cũ equo armatus iniiceret. Cędes ingens fiebat. Et ne vn9 quidẽ euasisset: ni fœminę occurrissent. Fœdere icto Romulus vrbis agrũ diuisit in partes tris: æquis collib9. Sabinis & Tatio capitolium & quirinalis: Romulo sequẽtes Exquilinus & Palatin9 in quo Roma Galerito & Luceribus tuscis Cælius & Cęliolus obuenerũt. Auentinũ Romulus neminem passus est habitare. Nã fratri Remo illũ sacrum esse voluit vsq; Helernam. Quũq; concessisset naturæ Cælius: & Galeritus rex Etruriæ successisset: consensu tribuum: Cæliolus & ab eo tota arcus area septem collibus subiacens: tuscis data: & sacrificio Iano Vertumno facto: egestisq; paludibus habitabilis reddita: & vic9 tuscus dicta. Trib9 igit̃ gẽtibus cõflata principio vrbs Roma habitata fuit. Noĩa imposuit princeps Tuscus. Nã hi tunc Italiæ imminebant imperio. Tatienses a Tatio: Rumnenses a Rumuxima portione vici Tusci: erãt opulẽtiores & ditiores atq; nobiliores Romanorũ: vbi & freq̃ntiores arc9 triũphales: & monumẽta imp̃atorũ videm9, sed de his alias. De Palatino colle q̃dri urbe dicẽdũ est. Varro ĩ prĩo de ligua latina sic dicit Quartę regiõis palatiũ est: ꝙ palãtes cũ Euãdro venerũt: ꝙ & Palatini Aborigines ex agro Reatino q appellat̃ palatiũ ibi cõsederũt. Sed & alii a Palãtia vxore Latini putauerũt. Eũdẽ hũc locũ a pecore dictũ putãt qdã: & ita Nęui9 Balatiũ appellauit. Huic Germalliã & Velliã cõiũxerũt. Vellię causę plures: ĩ qb9 cũ ibi pastores Palatini ex ouib9 añ tõsurã ĩuẽtã: veller̃ lanã sint soliti: a vellẽdo etiã vell9 dictũ fuit. Hęc Varro. De hac p̃te q̃driurbis Romę loq̃t̃ Liui9 ĩ. ii. ab vrbe cõdita: dicens ꝙ collega Bruti Valeri9 publicola ędificabat ĩ sũma Vellia alto & munito loco domũ: vt arcẽ inexpugnabilẽ: quã ob suspitionẽ regni demolit9: in ĩfimo cliuo reędificauit. De Germallia vero ĩ eodẽ li. dicit Varro: ꝙ sic dicit̃ a germanis Remo & Romulo: ꝙ illo thyberis aq̃ tulerit. Dionysi9 vero ait Fabiũ Pictorẽ scribere: cũ puellos ferrẽt iussu Amulii ĩ aquã exponendos: inuenisse planitiẽ thyberi inũdatã. Vñ a vertice palatii ad radices descẽdẽtes: ibi eos in p̃ricipio aq̃ posuisse: & lupam sitientẽ e specu p̃ximo pot9 gr̃a illuc p̃fectã inuenisse infãtes per cœnũ volutari iã recedẽte aq̃: & eos q̃si catulos suos quos tũc nutriebat lingua lãbẽs cœno abstersisse: mãmas illis & lac p̃buisse: q̃d tũ forte veniẽs Faustulus admiratus / discedẽte lupa pueros tulit ad vxorẽ Accã Laurẽtiã. vñ & ibi nutrit9 ẽ: & casa Romuli seruata: vt authores fatẽtur: vbi fic9 ẽ ruminalis de q̃ Oui. ĩ Fastis. Arbor erat remanent vestigia: q̃q; vocat̃ Romula nũc fic9 rumula fic9 erat. Et ẽ vt aiũt: iuxta circũ maximũ: q̃d nũc vulg9 cerchi vocat: ĩter Palatinas & Cęlioli radices sub radicib9 Cęlii. For̃ vero Romanũ dicebat̃ q̃rta p̃s Romę tunc q̃dri urbs in qua p̃ter ędes erat platea cõcional̃ pu

Palatium.

Vellia.

Germallia.

Forũ Ro.

inquit dicit Atum fuisse post Pelasgos: qui ceperunt Turrenos tunc dictos. Ergo tusci nō sunt dicti a Turreno filio Atus: q nō extabat. Rurs9 longe ante Pelasgos iā Turrenū nomen erat in Insulis Atticis: & faucibus Thraciæ: quos in Colonias trāsportauerūt turrheni: quos græci fabulanť cōuersos ī Delphinos. Quare multis ætatib9 fuerūt turreni ante Atum: qui etiā ipos Pelasgos antiquiores Atu pręcesserunt. His etiam argumentis vtiť Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Examināda igiť sunt singula. Primū ꝙ dicit Pelasgos aggressos fuisse turrenos āte Atum: videť falsum: qa turrhenus filius Atus venit in Thusciam: quādo Dardanus ex Samothracia profectus ad Atū Mæoniæ regē: fuit donatus regione Phrygia: vbi cōdidit Dardaniā: & turrhenus veniens in Thusciā donatus est ciuitate Vetulonia vt Berosus in. v. antiquitatū memorat. Cæterū Archas fili9 Iouis subegit hoc tpe circa Dardanię cōditionē Pelasgos: q nondū venerāt in Thusciam vt notat Eusebius de temporibus cōditionis Dardanię. Quare Pelasgi eiecti non fuerunt añ Atum & Turrhenū sed eodē tpe. Ad hoc respōdetur: negando ꝙ Archas eiecerit priscos Pelasgos de quibus loqtur Myrsilus. Sed quos subegit Archas remāserunt subiecti nō eiecti. Qui aūt ꝑpulerunt eos fuit exercitus eorū quibus dux fuit Deucalion: vt secutor Myrsili Dionysius dicit in primo libro. Exorsus est autē regnare Deucalion circa Parnasum anno. xxi. Cecropis & Iasii filii Coriti Thusci: vt notat Eusebius de temporibus. Eodē eñ anno cœperūt regnare Cecrops Athenis: & Iasius Vetuloniæ: vt author est Berosus in quinto antiquitatū. Verū hęc respōsio nō satisfacit: quia si in Eusebio de tēporibus & Beroso numeremus a. xxi. anno Iasii & Cecropis vsqꝫ ad Dardaniā conditam: nō sunt plures anni ꝙ quinquaginta: & ideo Atus pater Thurreni erat: cū Deucalion Pelasgos a Thessalia ꝑpulit. Et Thurrenus erat in conditione Dardaniæ: qñ primū Pelasgi venerunt ad Spiretū Padi ostiū: vt Dionysius in primo libro ē author: & nos in Etrusca historia collegimus.

Pelasgi ante Atum turrenos ceperint.

Archas.

Quāobrē alia est argumētatio Myrsili & Dionysii: si bñ ad dicta eorū respicim9. Est eñ ista argumētatio. Qui dicti sunt noīe Turrheni: & cognoīe Delphini dñi maris: scribunť fuisse ante Atū: & Pelasgū regē. Quare Turrhenū nomē erat ante Turrhenū filiū Atus: & ita non dicti sunt Turrheni a Turrheno Męone. Notādū igiť de antiquitate fabulæ Turrhenorum Delphinorum: deinde de ipsa fabula. Fuit igitur gesta res Delphinorum vt notat Myrsilus ante Pelasgum regem a quo Pelasgi. Fuit autem Pelasgus ætatibus sex: anteꝙ Deucalion illos pelleret ab Aemonia regione Thessalię. vt Dionysi9 notat ī primo libro. Numeremus igitur sex ætates a. xxi. anno Iasii & Cecropis: quo cœpit regnare Deucalion retrocedendo per

Delphinorum res.

Deucalion annos Assyriorũ tã in Eusebio q̃ Beroso. Regnauit itaq; Deucalion anno. xxiiii. Sparethi regis Assyriorũ: vt notat Eusebius: a quo anno ad sextũdecimũ Altadis regis Assyriorũ retro supputant annos centũ quinquaginta: tã Eusebius q̃ Berosus. Hi aũt anni sex ætates efficiunt: qm̃ ætas vigintiquinq; annorũ spatiũ est apud Grecos: vti Xenophon docet in æquiuocis. Quare ante Altadam: qui teste Eusebio atq; Beroso decimus imperauit post Ninum: res Turrenorũ Delphinoꝝ gesta est: & potẽtes classe maritima Turreni: Colonias in insulas Cycladas nauigio prouehebãt. Inuenio aũt in Beroso: q̃ duobus annis ante Altadam Hercules Aegyptius potitus est Italia interfectis Lestrigonib⁹. Quare sub Lestrigone res Delphinorũ gesta est. Prebet argumentũ validũ: q̃ ea ætate Lestrigon regebat regiã Vetuloniã: & frater eius Phorcus deferebat per mare colonias vt Berosus docet. Et ob id Phorcum deum maris loquacitas græca fecit: vt Varro dicit & Seruius super. v. æneidos refert: & nos in cõmentariis Berosi scripsimus. Fuit huic cognomen portitor latine: & Porthmeus græce: & Dagutus Aramee: id est piscis porcus. Nam piscem Dagon: vtum vero porcum Aramei dicunt: vt periti Hebræi Talmudistæ exponunt. Hinc Dagutus est piscis porcus id est Delphin. Nam ob peritiam nauticam & assiduam nauigationem similitudinarie Delphin dictus. Quamobrem noluit in Italia cum fratre regnare: sed Corsicam & Sardiniam sibi sedem maris eligens: toti imperauit cum Pyratis Turrhenis mari. Tandem cum Atlante bello nauali congressus: teste Varrone ac Seruio: mari occubuit: & deus marinus habitus: nedum Delphin. Dixerunt autem græci eum Porthmea: id est nauigio vectatorem de loco ad locum. Vnde fingitur portitor esse animarum in fluminibus inferis: quia infero mari residebat: & ad gentium littora Turrenas colonias deportabat. Et ideo fabulose nauclerus inferi fingitur vti est illud Iuuenalis in. iii. Satyra cũ ait. Iã sedet in ripa tetrũq; nouissimus horret porthmea. Et in. iiii. Georgicorum Virgilius: Nec inquit portitor Orci: ampli⁹ obiectam patiẽ transire paludem. Itaq; vt Xanthus tradit: ante Dardaniam conditam & Atum & Pelasgũ regem: id est ducentis annis ante aduentum Mæonis Turrheni in Thusciam: res Delphinorum Phorci: qui dicebantur turrheni: gesta fuit. Ergo non a Turrheno filio Atus: tunc dicebantur turrheni: quia non extabat. Et hoc argumentum quod authore Xantho faciunt Myrsilus & Dionysius: est a tempore ĩexpugnabili. Fabula vero Delphinorum turrhenorũ fingitur a Grecis: & ab Igino & aliis latinis: & precipue Ouidio referẽ in. iii. Metamorphoseos: qui dicit ĩ ea classe fuisse Delphinorum turrhenorum viginti: inter quos ex regia vrbe Tusca fuit Lybacas: ex Mæoniano Tyberino agro Acestes. Sed Mæonia per anticipationem dixit Ouidius more poetico: quia eo tempore tota Volturna regio erat dicta. Et ex Turrhena regia id est Volturna: Lybus: Ofeltes: Medon: Etalion: Proteus: Epipeus: Alcymedõ & Melanthus. Hi puellum Bacchum siue Dionysium Aegyptium secũ ferebant. Diciẽ puer: quia Osiris paulo ante in Aegypto interemptus & de⁹ habitus fuit Apis: Iuppiter iust⁹: Dionysius & eiusmodi: vt copiose tradit Diodorus in primo libro. Vnde quia deum nouellum ferebant: dicitur in fabula puer. Et cum exposuissent Acestem sacerdotem cum simulacro: & coloniis in naxo insula: mox in Delphinos conuersi: id est ad modum Delphinorũ in mare nauigiis ductis nauigantes: alias colonias deduxerũt in insulas Atticæ oppositas. Vnde insulæ turrhenæ dicuntur: vt author est Possidonius. Inde ad Bosphorum Thraciæ alias turrenas colonias dimiserunt: cũ religione tusca: quos incolæ bilingues appellant: vt hoc loco Myrsilus significat: & Dionysius in primo libro exprimit. Ex quo patet Græcos percepisse nedum Aegyptias: sed etiam Thuscas religiones. Q; vero durauerit hic ritus vsq; ad Pẽtheum regem: patet ex fabula: quæ fert Pentheum punitum: quia relegauit Acestẽ: id ẽ Acestis ritus Tuscos in sacris Dionysii. Q đ vero de more suo falsum Græci adiiciunt in fabula

Marginal notes: Deucalion; Aetas.; Lestrigon; Phorcus; Dagutus; Porthmeus; Alii nouiti⁹; Delphinoꝝ res.

est:quia ad suũ Dionysiũ Bacchũq̧ referunt:qui tamẽ floruit post Pelasgũ regem non min⁹ trecentis annis:vt patet in temporibus Eusebii. Quinetiam vsq̧ ad tempora Orphei durauerunt Orgia Bacchi Tuscaniensia. Nam Orpheus mendacio vsus in gratiam Thebanorũ finxit esse Orgia Dionysii Græci:quę erãt Aegyptii:vt Diodorus refert in primo libro. Refert quoq̧ Dionysius Halicarnasseus in primo libro quosdã opinatos Turrenos eosdem fuisse & Pelasgos ob nimiã vetustatẽ. Sed eos refellit probans longe ante fuisse Turrenos cũ quibus Pelasgi postea eiecti in Tuscia cohabitauerũt:teste Myrsilo. Sed cõtra Myrsilum & Dionysium videt̃ esse Plinius in. III. naturalis historiæ ca. VI. dicens. Etruria sæpe mutauit nomen. Vmbros inde exegere antiquitus Pelasgi:hos Lydi:a quorũ rege Turrheni: mox a sacrifico ritu lingua Græca Thusci cognominati fuerunt. Si Etruria dicta est vmbria: & Saleumbrona:quia priscis Vmbris fuit prisca natiuitas & habitatio:vt supra est expositum:& si teste Myrsilo Pelasgi cũ Turrenis habitauerũt:quõ illos exegerunt? Respõdendum est: q̧ exegerũt debet exponi pro subegerũt. Nã vt narrat in prĩo lib. Dionysius. Siculi in Thuscia cohabitabãt Etruscis:q̃a Phalaris & Phescenniũ prius a Siculis q̃ a Pelasgis inhabitatę fuerunt:& ipi Siculi erãt Itali:quia cũ Italo venerũt:& Mæones Italis iũcti erãt a sanguine auorũ:simul & sacrata Luco ingenti Turrena sedes prisci Coriti: vt Sillius scribit:& nos exposuimus in Annia quæstione. IIII. Porro capta Crothona & Turrena regia:exegerunt Pelasgi Siculos:vt patet in Dionysio. Et ob id a parte totum dixit Plinius: exegerunt Vmbros:id ẽ consanguineos Thuscorũ Siculos. Vmbros tamẽ Turrenos veteres coegerũt vt cũ eis participato viuerent imperio:& Lucũ ingentẽ pro fœdere sacrarent:dicẽte Virgilio l. VIII. ęneidos:de hoc Luco. Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos:Lucũq̧ diemq̧. Sed paulo post Turreni eosdẽ p̃pulerũt:vt idẽ Dionysius narrat. Sed iterũ dices:quomodo ab Etruria pepulerunt Vmbros:cũ Vmbri sint extra Etruriã? Respõdetur ex superioribus: q̧ est duplex Vmbria. Prima est paterna & antiqua:quã Antoninus in itinerario:& ætas nostra vocat Saleumbrona:& est ager Volturrenus:vt in fine dicit Myrsilus. Vnde limitẽ eius adhuc dicimus vulgo:caduta di Sale vmbrone. Et hi sunt cum quibus consedit Turrhenus Mæon:vt ait Herodotus:quia eorum ciuilitate turrena donatus est:vt Berosus exprimit:& Sillius in VIII. significat dicens. Mæoniæq̧ decus quondam Vetulonia gentis. Et ab hac Etruria mutato nomine dicta est Vmbria scilicet Prisca:vt Plinius:& Myrsilus insinuant:& tam Xanthus q̃ Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus Vmbriam vocant de bello Pelasgico:quia ante Pelasgos Vmbria dicta erat. Turreni aũt progenitores Vmbrorum vocati sunt Galli veteres a latinis:dicente Solino in Collectaneis. Veterum inquit Gallorũ prolem Vmbros esse. M. Antonius asseuerat. Galli autem veteri Etrusco & Arameo simul & Hebręo vocabulo:a Gallim id est inundatione dicti sunt. Et ideo veterum inũdatorum proles prima in Saleumbrona sunt Vmbri iuniores:qui postea multiplicati per Thusciã & in montibus Apeninis diffusi fuerunt:& paterno epitheto:non propria fortuna Vmbri dicti sunt. Ergo hoc pacto intellexit Isidorus libro. XIIII. etymologiarũ dicens:Thuscia est pars Italiæ: Vmbria est pars Thusciæ:scilicet prisca Salevmbrona. Et de iuniore Vmbria subdens. Est inq̃t etiã Vmbria in Apeninis iugis ad meridiem versa. Exponit igitur Myrsilus & eũ secutus Dionysius Halicarnasseus:q̧ Xanthus Lydus in patria historia:nullum filium nomine Turrhenum fuisse Atui memorat:& q̧ in narratione Pelasgici belli nõ solum ante Atum:verũ etiã ante primum Pelasgorum regem fuisse Turrenos nomine dominos maris tradit:& ob id in Lyda historia: potius contra Herodotum & illi consentientes de Turrenis haberi:q̃ pro eis. Nunc quid a Turrenorum historia tradatur:ita subiungit dicens.

Saleũbrona

Vmbria duplex.

Ca. VI.

Ferme cūcta Dionysius in primo libro ab loco isto Myrsili excerpsit: vt patet percurrenti primum librum Dionysii. Et sunt hæc arguméta. Primum quidem quia indigenę sunt omniū antiquissimi. Porro historici eoꝝ dicunt se solos indigenas Italiæ. Quare vetustissimi: & ante Thurrenum aduenam Item historici eorum & seipsos a Razenua dei sui Iani filio cognominãt. Nō ergo Turreni cognominantur a Mæonibus. Hæc eadem duo argumenta antiquitatis Thuscorum: tum quia non aliunde conuenęvel aduenę: sed soli indigenæ in Italia: tum quia a vetustissimi Iani filio Razenue cognominant: etiam Dionysius in primo libro facit. Sane secundū Berosum: Iano fuerunt plures liberi: inter quos iuniores: marem Cranum: & fœmellam Cranãvocauit. Cranam fecit Helernam in Latio. & eius meminit Ouidius in. vi. Fastorum. Etrusci illam a patre vocauerunt Ianam: cui sacra erat Hęrba quã adhuc dicimꝰ capillos Ianæ. Porro huius fratrem Cranū: cognominauit Ianū Razenuū a Raz: id est sacer: & Inuus id est incubus & propagator. Hinc Razenua sacer propagator dicit: & pꝫrat coniugiis. Est igitur deus cōiugiorū Etruscorum: a quo Vetuloniæ adhuc perseuerãt: amnis Razenus: regio Razenensis: & cripta Razenua: vt exposuimus in. xxvii. quæstione Annia: & in commentariis Berosianis. Tertium argumentum a nominibus vrbis regię quã proferunt Etursiam: & partes eius Voltursenam & reliqua. Cuius eñ nominis origo est a Tursibus: vtiqꝫ nō a Thurreno. Cæteꝝ Volturrenam & Etruriã: illi vocãt a Tursibꝰ Etursiã & Tursenã & Voltursenam: id est antiquã Tursenam. Non igit a Turrheno Mæone: sed a Tursibus Turreni Volturreni & Eturri siue Etrusci dicti sunt. Hoc argumētū in primo lib. etiã Dionysiꝰ Halicarnasseus facit: & nos totum exposuimus in quæstionibus Anniis. vi. ix. x. xvi. Nec te moueat ꝙ hic Græcus Myrsilus scribat Boltursenam & Betuloniam: quia Gręci vtuntur sæpe. B. pro. u. latino. Calumbum: vt in Annia quæstione. xxviii. exposuimus: viride interpretatur. Et quia vetustissi-

Indigenæ.

Iani proles.

Razenua

Calumbū.

Nunc quid de se Turreni dicant est inferendum. Primum rident se ab aliquo aduena denominatos: q se solos indigenas in Italia existimãt: atqꝫ a vetustissimi dei sui quem Ianū Vadimona vocant filio Razenua nominãt. Tetrapolim quoqꝫ suam Etursiã eiusqꝫ partem Boltursenã: Betuloniã: Tussã: & Harbanum cognomine Calumbum a Luco nūcupant. eamqꝫ adeo suo aureo sæculo mox post inundationem terrarum nedum ante Atum conditam asserunt. Nam & ab inuntione ipã suū agrū sua patria lingua vocant Saleumbrone: vbi primum geniti Vmbri. Producūt quoqꝫ suæ vetustatis vestigia multa: vt deos: ritus: mores: literas: leges. Quæ profecto omnia congruunt his q̃ probatiores græci historici tradunt. Scribunt enim solos turrenos in Italia vetustissimos esse: q neqꝫ ab aliis pendent origine: neqꝫ vt cæteri conuenę & aduenæ: sed propria regione se oriundos: quandoquidē vetussimi differunt deis & moribꝰ nedū ab aliis Italiæ populis: sed etiam a vicinis Crotoniensibꝰ & Perusinis a fronte: & a proximis Phaliscis a tergo: quos inter medii iacent. Nã cunctis Tuscis dii deæqꝫ sunt Iuppiter & Iuno: soli Turreni colunt Ianū & Vestã: quos lingua sua vocãt Ianib Vadimona: & Labith Horchiam.

mos Turrenos asseruit: pbat per id: q antiquissimi Italię populi existimantur Vmbri iunio res: vt etiam Plinius scribit in libro.iii.naturalis historię.cap.xv. Ergo his antiqores fuerũt pgenitores eorũ veteres Galli Ianigenę Sale Vmbroni: vt exposuimus. Et hi fuerunt aureo sęculo & fundauerũt regiã Volturrenã id est antiquã Turrenã: vt etiã Cato in originib⁹ dicit. Ergo ante Ninũ & aureo sęculo post inundationẽ: Turrena a Tursibus: & non a nouitio aduena Turrheno Mæone dicta fuit: Argumẽta quoq Turreni suæ antiqtatis pferũt qnq s. Deos in primis: quia oẽs alii Thusci habent & colũt Iouem & Iunonem. Nam Turreni habent a fronte vicinos Crotonienses & pximiores Perusinos: & tñ Perusia colit Iunonem vti vrbis deã principẽ: vt significat Appian⁹ de bellis ciuilibus. A tergo vero Turrenis pximi sunt Phalaris & Phalisci quoq mõs est Soracte: vt Acron dicit sup Odas Horatii: Oda illa. Vides vt altũ stet niue candidũ Soracte. Turreni vero antiqui id est Volturreni iacẽt medii inter Phaliscos a tergo: & Perusinos a fronte. & colũt Phalisci vti Perusini Iunonẽ: dicẽte Ouidio in Fastis: Adde senẽ Tatiũ: Iunonicolasq Phaliscos. Soli vero Turreni differũt diis: scilicet primo antiquissimo Iano Vertũno cognomine: qa is est prĩceps de⁹ Hetruriæ: vt author est Varro in primo de lingua latina: & vetustissima eius vxore Vesta Horchia: quia ea est dea Hetruriæ: vt Liuius asserit in.vi.ab vrbe cõdita. Et itẽ ex minorib⁹ diis est deus Cranus Razenua. Verum nõ solum a vicinis sibi: sed etiã remotis differt deis: quia Populoniis philarcha deus erat Iuppiter. Contra Myrsilũ Varronẽ & Liuiũ videt̃ qa etiã Romæ Ianus Vertũnus & Vesta quæ & Horchia colebant̃. Respondet̃ q nõ colebant̃ vt dii municipales principes: quia dii principes in Latio sunt Ops & Saturnus: vt Varro est author in de lĩgua latina. Aliud argumentum antiquitatis priscę est sermo Arameus: quo Turreni etiã a pximis Phaliscis differebant: quia teste Strabone in.v. Phaliscos ponũt distinctã linguam & gẽtem a Turrenis. Similiter & Crotoniẽses distinguũtur sermõe a Turrenis: vt Dionysius exprimit in primo libro. Tertiũ antiqtatis vestigiũ sunt lr̃æ Hetruscæ: q̃ in sola Turrena nũc patrimonio reperiunt̃. Et sunt antiqssimæ phœnices: vt ostẽdim⁹ in editione de origine literarũ & philosophię. Quartũ argumentũ sunt leges Ianigenę & quintũ ritus: & religiones Ianigenę: quibus sicut ante oẽs tpe fuit dedita gens Hetrusca: ita excelluit arte colendi ea: vt author est Berosus in antiquitatibus: & Liuius in principio quinti ab vrbe condita. Vltimũ argumentum tam Myrsili q̃ Dionysii in primo libro: probat magis credendũ esse historicis Græcis qui cum patria Turrenorũ historia sentiunt: q̃ aliis Græcis qui ab eis dissentiũt: qa in patria historia magis creditur patriis historicis & qui eos sequuntur: q̃ alienis & remotis Vnusquiq enim certius nouit domus propriæ ac patrię interna gesta: q̃ externi & remoti. Quare probatiora quibus certius credatur: scribunt Græci qui turrenos tradunt non esse Lydorum prolem: sed priscã gentem Italiæ indigenã: quia his solis perseuerãt priscę lr̃æ: mores: ritus: dii: studia: leges: aliis vero sunt hęc aduẽtitia & noua & nimis a vetustate differẽtia. Cõtra hoc potest obiici: quia Valerius Maximus in libro.ii.ca.de more ludorũ dicit: q a Curetibus & Lydis Thusci trahũt originẽ. Respondetur q nõ negat Myrsilus quin Thusci habuerint aliquantam originem ab his: vt patebit in fine: sed negat q prima his origo & denominatio Turrena fuerit a Lydis: quibus certissima origo fuit ante Ninum: aureo sæculo sub Iano: & mox post inundationem terrarum: cum fuerint veteres Galli: id est prisci inundati: genitores Vmbrorum: vt Cato in originibus scribit: & Solinus in Collectaneis ex. M. Antonio referat dicens. Veterum Gallorum prolem Vmbros esse. M. Antonius asseuerat & eosdem a Græcis dictos Vmbros: paterno epitheto: quia tempore aquosæ cladis imbrib⁹ superstites fuerunt. Hactenus argumenta produxit Myrsilus/& post eum Dionysius a patria historia Lyda & Turrena: nunc a vicinis Turrenæ Romanis testimonium vltimum requirit dicens.

Turreni vñ pgenitores

Dii Turrenorum.

Lr̃ę Hetruscæ.

Ca. VII.

Hæc cūcta iterato Dionysius in primo libro repetit: vísq; tota argumenti in hoc est. Omnis ꝓbatio certissima historiæ est ab authoribus patriis: vel patriæ ꝓximis. Quare aduersariis nulla certa via restat ꝓbandi Turrenos esse prolem Lydam: vel ita cognominatos a Lydis. Si eñ Xanthũ Lydũ historicũ legant: inuenient nullũ nomĩe Turrhenũ fuisse filium Atus: aut venisse in Thusciã. Ipsi quoq; Romani fatētur Hetruscos esse vetustissimos & aureo sæculo natos: a qb⁹ aras: rit⁹: diuinatiões: colonias & disciplinas habuit prisca Italia: ĩitio sumpto a prima eorũ Tetrapoli dicta Hetruria: a qua illos Romani Hetruscos cognominãt. Nõ est igit̃ aduersariis vlla via qua ꝓbēt eos Turrenos a filio At⁹ habere vel nomē vel originē: sed id nomen desumpsisse a Tursibus: quia ipi Surses & Sursenas ĩi sunt vrbes põtificiæ: & Turses ac Tursenas. sed Turrenos fuisse maris dños ante Pelasgũ regē. Si itē quęrant Thuscorum patriã historiã: respondebit solos Turrenos esse in Italia indigenas: & a nullo alio pendere: aureo sæculo ortos: Iano deo & patre: seq; parentes esse Vmbroꝝ & totius Italiæ: quib⁹ solis sint dii patrię principes Vertumnus: Horchia: parentes Italiæ: & Razenua deus: a quo vti a duce se Razenos vocãt: & a turrita metropoli Turrenos: quã Asiani lingua sua Mossyneã: Hetrusci vero Tursenam & Sursenam ꝓferunt: Romani aũt Surrenã & Turrenã. Si vltimo a vicinis Romanis quęrant de Turrenis: vtiq; Fabius Pictor: Cato: Sempronius & alii vetustiores Romani: dicent se vocare illos nõ a Turrheno aliquo duce: sed a prima regia metropoli dicta Hetruria Hetruscos: aureo sęculo sub Iano ortos: vetustissimos patres Vmbrorũ atq; Faunoꝝ & Nympharum Aboriginũ priscorũ: a quibus prisca Italia religionē & disciplinas susceperit. Nulla igitur restat aduersariis via: vt a probatioribus sumant argumentũ. Hoc loco notandum est: ꝙ falsum est qđ Myrsilus ait Tursenam dici Turritam tetrapolim. Nã vltra Lucam & montem Catinum in Apuana Thuscia est Tursena oppidum olim turritum paruũ: & non tetrapolis: sed monopolis: vt oculus probat. Hoc oppidũ ætas nostra corrupta prima litera. t. & posita. c. ob propinquitatē prolationis: nõ Turrenã sed Cursenam profert. Potest tamen saluari Myrsilus: quia loquitur solum de antiquis Turrenis qui Volturreni id est antiqui Turreni dicuntur. Et hoc videtur ad intentionem ipius Myrsili & Dionysii in primo libro. Et hoc patet ex tribus. Primo quia loquitur de Turrenis qui iacēt medii inter Perusinos & Phaliscos. Secũdo quia dicit ꝙ Romani vocãt eos Hetruscos a metropoli dicta Hetruria. Sed ea est Volturrena circa Volsinos: vt copiose ꝓbauim⁹ in quæstionibus Anniis: quia Tursena: Etursia: Etursa: Voltursena: quas Romani proferunt Turrenã: Hetruriam: Hetruscos: Volturrenos: eandē habēt tũ deriuationē tum definitionē: tum vel maxime qa inuincibilē a cõiugatis habēt argumentationē. Si eñ teste Plinio in tertio naturalis historiæ: ca. vi. ciues Volturreni in quoꝝ parte eadē sunt Volsiniēses: hi sunt ꝓprio cognomine Hetrusci: vtiq; ciuitas Volturrena in cuius parte eadem sunt Volsiniēses: ipa sit ꝓprio cognomine ciuitas Hetruria neçesse est. Sed hęc vt diximus copiose explanata sunt in quęstionib⁹ Anniis: & in cõmentariis Xenophontis dictum est quid significent ista: Monopolis: Diopolis: Tripolis: Tetrapolis. Itaq; Myrsilus loquitur de Volturrenis Hetruscis priscis: q medii sunt inter iuga Cyminia & Volsiniensia: vbi limites erãt Perusini. Et in his est verũ ꝙ Tursena & Voltursena id est antiqua Turrena significat Turritã tetrapolim nunc Viterbũ: vt in Anniis quęstionib⁹ ꝓbauimus: cui Sursena quã Surrenã proferim⁹: proxima est: & inscriptio dicit Surreniensibus Augustalibus. Et ita saluatur Myrsilus. Tandem ex his Myrsilus ita concludit dicens.

Dii Hetrurię.

Tursena an turrita sit tetrapolis.

Q; si etiã ad hos venit Toreb9 filius Atus: vtiq; nõ ab eo aduena noĩati sunt Turrheni indigenæ: sed ecõtrario ab eis Toreb9 fuit cognominatus Turrhen9 a gręcis. Igit̃ etsi totã Italiã coluerint græci: vt nostri tradunt: ex ipsis tamen Lydis & Turrhenis viciniisq; Romanis: falsa esse ostẽdimus: quæ cõtraria his de Turrhenis multi vt diximus cõscripserũt.

Ca. VIII.

Vltima conclusio Myrsili p vnã distinctiuã: pbationẽ habet hoc mõ. Aut Toreb9 filius Atus non venit in Thusciã: & ita Turrheni nõ dicunt̃ ab eo: Aut venit: & tũc qa idigenę nõ denoĩant̃ ab aduẽis: & itẽ añ Pelasgũ regẽ: Turrhenũ nomẽ & dominiũ inuenit̃: cõsequẽs ẽ: vt antiq Turrheni nõ dicant̃ a Torebo nouitio: neq; sint proles Lydorũ sed ecõtrario ipse aduena Toreb9: ab indigenis Turrhenis cognominatus sit Turrhen9. Notandũ est primũ q; gręci q dicũt Turrhenos fuisse antiqores noĩe Turrheno: q̃ Torebus fili9 Atus: scribũt. rh. aspiratũ Turrhenus: vt significet̃ platio Etrusca q dicũt Tursenũ & Tursena: & nõ Romana qui pferũt Turrenum & Turrenã. Nam. rh. aspiratũ semi s: est. Et ideo dicit Myrsilus: q; nõ Turreni a Turrheno: sed potius Turrhenus a Turrenis deriuationẽ habet. Itẽ qa aduenę ab indigenis cognominant̃. Cõtra qa Etruria a Tursib9 dicta: & habitatoribus Vmbria: ab aduenis Pelasgis & Lydis Turrhenis mutauit nomẽ: vt insinuat Plinius li. iii. naturalis historię ca. vi. Ad hoc respõdetur p id qđ ait Serui9 super primũ æneidos: qa victi a victoribus nomẽ accipiũt. Et idcirco Etrusca Vmbria Pelasgia: licet parũ durauerit: a victoribus Pelasgis dicta fuit: qui Syluano fanũ ingẽs Volturnę sacrauerunt: teste Virgilio in. viii. ęneidos: iuxta quã Volturnã adhuc manet planicies dicta cãpus pellasgi a vulgo. Et mox a Turrhenis victoribus dicta est Turrhenia: vt supradicto loco Plinius dicit: & nos in Etrusca historia explanauimus. Porro Torebus veniens nõ vicit eos: sed iure consanguinitatis a Cibele vxore Iasii: & filio eius Bante Larthe Thusciæ: comi hospitio susceptus & Vetulonia decorat9 est: vt author est Berosus in. v. antiquitatũ. Et Silli9 significat in. viii. libro dicẽs: Mæoniæq; decus quõdã Vetulonia gẽtis. Et idcirco Toreb9 vt aduena suscept9: & in eorũ ciuilitatẽ: iura: leges: ritus: loquelã: & cognomen transiens: Turrhenus: & ab eo Turrheni Lydi cognominati fuerunt.

Finiunt Commentaria super Myrsilum.

Eiusdem Fratris Ioannis Cõmentaria super fragmenta Catonis. Lib. VII.



MARCVS Cato Porcius: Sempronius & alii viri illustres Romani scripserũt de origine gẽtium & vrbiũ Italiæ: vt ait Dionysi9 Halicarnasseus in primo libro. Et Semproniũ qdẽ non potui de originibus inuenire: nisi is liber sit cui est titul9: de diuisione antiqua Italiæ: cuius iã cõmetaria cõfecimus. Porro quisquis fuerit iste Cato q de originibus scripsit: nõ potui eũ integrũ habere: nisi fragmenta & quidẽ inordinata in Collectaneis vetustis cuiusdã magistri Guilielmi Mãtuani. Nos vero in ordinẽ solũ fragmẽta redegimus: vt cũcta simul quisq; legat: quę ad vnã regionẽ Italiæ spectãt: & alia singula suis locis: vt sub exẽplo: quæ ad Etruriã solã fragmẽta spectãt: in Etrurię cõmẽtariis ponem9: & sic de singulis. Et quoniã plurima eorũ quę in his fragmẽtis Cato ponit: etiã Plinius: Sempronius & alii docẽt: & in aliis cõmẽtariis exposuimus: idcirco ne immẽsitas cõmẽtariorũ lectorẽ obruat: breui

bus absoluemus cuncta:nisi vbi noua necessitas dicendi plura occurrerit. Diuidűtur autem hæc fragmenta in duas partes. In prima est vnum fragmentum proœmii. In secunda sunt fragmenta originű. Prio igiť poniť fragmétű pœmii in quo hęc sunt verba Catonis.

Scribēdi cā q̄ fuerit Catoni.

Ergo Græcorű iactantia simul & ignominiosa origo Italiæ p insaniā a Gręcis falso obiecta:Catonē impulit ad scribēdű de origine Italię. quā obiectionē etiā scribēs ad filium deplorabat. quā ad verbum Plini⁹ ponēs in. xxix. li. naturalis historię ca. prio:Marci inqt Catonis ꝑpria verba ponam⁹. Dicā de istis Gręcis suo loco Marce fili qd Ahtenis exqsitű habeā:& ꝙ bonű sit illoꝝ lřas aspicere non pdiscere. Vincam neqssimű & indocile genus illorű:Et hoc puta vatē dixisse. Quādocűqꝫ ista gēs suas literas dabit:oīa corrűpet. Tűc etiā magis si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros oēs necare medicina. Sed hoc ipsum mercede faciunt:vt fides his sit:& facile disperdāt. Et subdit Cato. Nos quoqꝫ dictitant barbaros & spurios:nosqꝫ magis q̄ alios opicos appellatione fœdant.

Græci tam impudenti iactātia iam effundűtur:vt quoniā his dudum nemo respōderit: ideo libere a se ortā Italiā & eādem spuriā simul & spurcā atqꝫ nouitiam:nullo certo authore aut ratione:sed p solam insaniā fabulentur. Quāobrem nunc vt cæteris latinis viam faciā:quæcűqꝫ memoria prodita gētib⁹ Italiæ sunt & nunc Romano imperio subditis. diis volētibus scribere instituo.

Vaticiniű Catonis.

Itaqꝫ Cato vaticiniű egit:vt cum Roma & italia eorű authores reciperet:tű oīa corrűperēt:quia authores eorű pleni mendaciis:oīm originib⁹ nebulas inîicere curauerűt. Vnde Lactanti⁹ in primo lib. diuinarű institutionű ca. xv. Apud etiā malos reges panęgyricis mendacibus adulanť:qđ malű a Græcis ortű est:quorű leuitas instructa dicendi facultate & copia:incredibile est quātas mendaciorű nebulas excitauerit. Scimus eñ inqt Iosephus cōtra Appionem grammaticű:in quot locis Hellanicus de genealogiis & tēporibus ab Agisilao discrepat: & in quātis Herodotű corrigit Agisilaus:& Ephorus Hellanicű in pluribus ostēdit esse mendacē: & Ephorű Timæus:Timæum posteri:Herodotű cűcti.

Græcia mēdax.

Semp eñ Gręci vt author est Diodorus in. iii. paruo tēpore literis impenso ad quęstum cōuertunť:& eius gratia nouas res p opinionē adinueniunt: & de rebus maximis dissentiunt & altercanť: nullaqꝫ certa scientia reddita:semper in confuso auditores suos relinquűt:& per omnē vitā animos hominű errare cōpellunt. Quāobrem vt Cato in fragmentis dicet:Etrusci semp horruerunt literas & disciplinas Græcoꝝ:& ob id nolebāt etiā literas latinas suscipe etiā postq̄ Etrurię ciuitas Romanis a Turrheno data fuit. Itaqꝫ iuxta eiusdē Catonis vaticinium: quia futurum erat:vt susceptis lřis & authoribus Græcis italiæ vetus fulgor obtenebrareť mēdaciis Græcoꝝ:ipse charitate pŕię atqꝫ Italiæ mot⁹:lustrauit Italiā:& quęcűqꝫ memoria ꝑdita erant apud singulas gentes Italiæ collegit:potissime apud Turrhenos q pŕes Vmbrorű fuerűt:& illas vetustissimas leges/lřas/ritus/mores/temporaqꝫ inundatiōis & Iani retinebāt:vt Dionysius in prio lib. insinuat:& Myrsilus supi⁹ exposuit. Vñ occurrit Cato mēdaciis & verbositati Gręcoꝝ p seruāda Italiæ antiquitate:& qdē splēdidissima:oñdēs habitatā Italiā lōge ante vitiatorē aurei sæculi Ninű regē Assyriorű: quādo Gręci nōdű erant:nec quispiā eorű in Italiā venerat. Et hāc antiquitatē aureā:qua p totum orbē nulla erant nota inuasiua arma ante Ninű: oēs consentiunt fuisse sub Iano:Camese:atqꝫ Saturno prisco Caspio:nō græco: qui post Ninű primus floruit Apteras:ānis quingētis & amplius vt notat Eusebius de tēporibus:& nos copiose ꝑbauim⁹ in aliis cōmētariis. Vnde:vt videm⁹ oēs ab aureo sęculo originē Italiæ scribere atqꝫ mētibus hoīm iprimere stu

duerunt: Fabius Pictor: Sempronius: Trogus: Iustinus: Cato: Virgilius: Ouidius: tam in Fastis q̄ in opere maiore: Macrobius in Saturnalibus: & alii q de Iani: & eius collegę vetusti Saturni ætate loquūtur. Hoc eñ principio veluti fulgore maximo Græcis mendaciis opposito: mox velint nolint: cōcludebāt nostri maiores. Ianus regnauit in Italia aureo sæculo. Ergo Italia habitata fuit in primo generis humani ortu: quoniam tam græci q̄ latini cōfitentur: ꝙ in principio generis humani: prima ætas aurea sata fuit. Alioqn principium generis humani: non fuisset prima ætas. Rursus ita nostri Gręciā mendacem audētē in historia redarguebāt. Ianus regnauit ætate aurea. Ergo ante Ninū fuit habitata Italia quippe ꝙ ipsi gręci concedūt Ninū fuisse primū: quem nouerint cupiditate regnandi toti Asiæ atq; Aegypto arma victricia intulisse: & auitū aureum morem gentibus immutasse. Erant eñ tum rudes ad resistēdum homines: qui aureo sęculo assueti: nulla nouerāt arma: & ob id facile terminos vsq; Libyæ illos perdomuit: vt noster Trogus ait & post eum Iustinus abbreuiat in primo Epitomatū. Verū nunc ætate nostra q se literis græcis dant: etiam hæc negligūt: tantum videlicet virus contra veritatem secum ferūt literæ græcæ: vt nunc etiam: qđ maiores nostri probauerunt: aureo sęculo natam italiam funditus ignorent: Et non aduertunt ꝙ Iuuenalis noster Aquinas exclamet in Satyra: Et quicquid gręcia mendax andet in historia. Et item: quid inquit rancidius q̄ ꝙ se non putat vlla formosam: nisi quæ de Thusca Græcula facta est? Et item. Omnia græce: cū sit turpe magis nostris nescire Latine. Fœminas reprehendit: sed viros includit: cū nullus se putet doctum: nisi qui de Thusco/qui prius disciplinas fluctuantes Gręcorum horruerat teste Catone/ Græculus est factus. Gaudent quidam Itali: ꝙ omnia græca fabulosa nouerūt: cum sit nostris magis turpe res nescire latinas: & Italiæ origines & antiqssimos splēdores. Bonū est inquit Cato: literas græcas aspicere non perdiscere. Aspiciamus igitur authores Græcos: vt si quid consonum Italico fulgori inuenerimus: vti nostrum ab eis eripiamus. Vbi vero contraria scribunt: non perdiscamus: id est non credamus: quoniam veritatem vt cancer corrumpunt: pudeatq; rationē Italiæ mutuari a græcis: vt loquitur Plinius in. iii. naturalis historiæ cap. xvii. Hactenus de procemio Catonis: nūc ad originū fragmenta reuertamur: in quibus Cato facit duo. Primo ponit in cōmuni originem orbis: & Italiæ. Secundo singularum gentium Italiæ. Primo igitur ponit duas opiniones de origine orbis & Italiæ in communi dicens contra Græcam leuitatem. Ingręculos.

Italiæ splendidissima origo fuit: tum tempore tum origine gentis. Cœpit enim aureo sæculo sub principibus diis Iano: Camese: Saturno gēte Phœnica & Saga: quę post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine authores nō paria sentiūt. Nā chaldęi sibi sempiternitatē persuadēt. Phœnicibus vero ac Sagis magis placet origo. Inter vtrosq; conuenit ante Ninum circiter annis quiquaginta & ducentis quibus durauit aureum sæculum: terras fuisse inundatas: & in Scythia saga renatū mortale genus. Siue eñ ab æter-

Breuib⁹ Cato absoluit innumeras historias: & infinitam syluam rerū: quæ cuncta vtcūq; nos exponemus Prima fronte vanitatem Græcam: & ignominiam obiectam elidit dicens: Italiæ origo splendidissima cō uincitur a multis locis. Primo quidem ex tempore splendidissimo: qa aureo & non ferreo ac spurio simul & opico sæculo nata est. Secundo a splendore progenitorum. Sane sciendum est: vt hic ait Cato: & Diodor⁹ etiā in tertio libro. Chaldæi sēpiternū mūdū opinati sunt: Phœnices vero Sagi ex tempore factū crediderūt. Primos sequit Aristoteles:

Italiæ antiqtas.

Mūdi origo

secūdos Plato & christiana fides. Cōueniunt de inundatione vniuersali: quæ præcessit Ninum & auream ętatem annis ducētis quinquaginta: vt Cato supputat: aut his vno min⁹ vt tradūt alii: ex Gręcis quidem Xenophon & Archiloch⁹: ex Phœnicibus Maseas Phœnix & Hieronymus ęgypti⁹: & ex latinis Fabius Pictor. Fuerūt autem diluuia ab authoribus notata quinq: vniuersaleq p antonomasiā dicitur terrarū inūdatio. Secūdū Niliacū. Tertiū atticū. Quartū Thessalicū. Quintū Pharonicum. Quę in libro de ęquiuocis Xenophon & nos in cōmentariis super ipsum exposuim⁹. Cato & Fabius & alii de primo loquūtur: quia ipso exacto cœptum est humanū genus & prima ætas aurea. Sed siue diluuiū pręcessit siue nullum diluuiū ante Ninū vniuersale fuerit: vtiq non semp fuere hoies: sed post chaos innumera tpa/vel post dictū diluuiū cœpit ex putrefacta humo gen⁹ hominū pdire: vt græca vanitas contra verā philosophiā sensit: & Diodorus in primo lib. repetit. Nō enim qđ nobilissimū est in natura semel accidit/neq disponi potest corpus sine certo semine ad humanā animā. Sed de his alias. Siue ergo ex putrefactione primum cœperint hoies: siue a deo conditi: siue a prima inundatione terrarum seruati: quæritur vbi primū cœperint: & inde diffusi fuerint p orbē. Respōdet hoc loci Cato & similiter Trogus/& eius abbreuiator Iustinus: & sanctus Moyses ꝙ primū in Scythia cœptum est: & Scythis principatus originis a cunctis ratione tribuitur. Quętendū est item: quo loco Scythię primo resedit. Respōdet Diodor⁹ Siculus in. iii. ex Scythica historia: ꝙ principio sui parua numero & ignobilis dominatu q non erat: cōsedit gen⁹ hoim iuxta fluuiū Araxim in Armenia maiore. Moyses quoq i Armenia maiore saluatū fuisse hūanū gen⁹ & multiplicatū: & ab inde per orbem in colonias diuisum: scribit. Eadē scribūt Berosus chaldęus: Maseas phœnix/Hieronym⁹ ac Manethō ægyptii vt author est Iosephus in primo de antiquitate iudaica. Est autem Armenia maior eadē Aramea & Saga vicina Persis: vt insinuat Plinius in. vi. naturalis historię cap. xvii. dicēs Scytharum populi Persę illos Sagas vniuersos appellauere: a proxima Saga gente: antiq Arameos. Cui argumēto est vrbs prima quā ędificauerūt iuxta Araxem fluuium vbi cōsederunt. Nam Ptolemęus per syncopam vocat illam Sagalbinam: alii vero Gęographi sine syncopa Sagā Albinā sicut quidam per syncopam Volturnam: alii sine syncopa Volturrhenā vocitant. Est autem Saga lingua Aramea: id qđ Sangni lingua Sabina: & ab eo sanctus sacerdos lingua latina. Vnde Sagam Festus pro sacerdote expiatrice exposuit: & diuus Hieronymus libro interpretationum/p sacrificulo & immolatore: id est pontifice interpretatur. Quare illa prisca gens post diluuiū dicta est Saga: id est pontificia & Thusca siue sacrificola: quia teste Beroso religiones & ritus a Iano edocta primum fuit. Moyses vero tradit/ꝙ Noa primus pontifex cum filiis & vxoribus sacrificia & holocausta obtulerit. Siue igitur idem sit Ianus & Noa: vt tempus & epitheta vtriusq conuincunt: & Berosus asserit: & plures iuniores consentiunt: vt in cōmentariis Berosianis exposuim⁹: siue homines principes diuersi fuerint: omnes tamen Iano epitheta splendidissima tribuunt: ꝙ ante inundationem fuerit cū filiis & vxorib⁹ patria Phœnix: & nauigio in Armenia cum eis saluatus fuerit primus pater Chaos/& semen orbis: vnde dei & homines formati fuerūt: primusq rex & Monarcha ætatis aureę penes quem vnū erat vasti custodia

no mundū existimes: & ignis principio cūcta tenuerit: & sensim in sua loca elementa coeūtia hoies produxerint siue (vt fertur) ante aureum sęculum terras subrutas inundatio possederit: & exsiccata humo apparuerint hoies: eqdē principatus originis sēper Scythis tribuitur: a quib⁹ auctis colonias per orbem missas ferunt.

Diluuia qnq.

Hoīm origo vbi fuerit.

Aramea Saga.

Ianus & Noa.

mundi:& ius omne vertendi cardines:& dandi albam virgam:id est primos fasces.vt Berosus explicat:& omnis latina historia de Iano consentit: quã Ouidius in primo libro de Fastis & aliis recollegit.Vnde ab eo Saga:Sagi Tusci appellati sunt a pluribꝰ:vti est illud Plinii in tertio naturalis historiæ ca.xvii.Omnia inquit ea flumina fossasq; primi Sagi fecere Thusci:egesto amnis impetu per transuersum in Atrianorum paludes: quæ septem maria appellantur:nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ: a quo Atriaticummare ante appellatum.qđ nunc Hadriaticum.Et immediate superius:Ab eis Sagis ostiũ Padi ponitur.Et caue a corruptissima impressione:quæ Hadriam oppidum & prius Hadriaticum mare:& a Sagi:pro Atria:Atriaticum & Sagi somniat:& cuius impressionis stomachosa & aperta vitia probauimus quęstione.xx.Annia.Cui argumento est:q emendate ibidem Sagis ostium Padi impressit. Exposuit igitur in communi Cato & breuibus: tanq̃ ætate sua manifestissimis:q Italia orta est non ętate opica:spurca:vitiata:& ferrea:sed prima aurea:in primo ortu generis humani ante Ninũ:Et item nata est a splendidissimo patre Iano Saga pontifice maximo:religiosissimo:literatissimo:philosopho:theologo:patre omnium deorum & hominum:monarcha totius primi generis humani: penes quem vnum & solum tunc erat vasti custodia mundi aurei: & ius omne vertendi res & cardines: & ob id Vertumnus deus vertẽdarum rerum dictus: cui etiam forma militis esset:quia fasces dabat ad continendos homines in aureo officio:vti Pictor significat.Quare non a spurcis Græcis qui aurea non erant ætate:sed a tempore aureo & splendidissimis principibus & diis regibus & pontificibus splendidissima est origo Italiæ.Deinde Cato in communi,tradit:vbi primum Ianus cum coloniis veniens consedit in Italia:& eam vagientem in cunis suscepit: & vbi primam metropolim &.xii.populos cum fascibus totidẽ pro regenda Italia instituit:dicens.

Et ex his venisse Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum:rateq; cum colonis per tyberim vectum: ad læuum tyberis Etruriam tenuisse locum:vbi colonias in cõtinente primum exposuit:& ipsum deũ simul Vaticanum habitum dictumq; fuisse. Et regionem Vaticanam: id est vagicanam dictam:q ibi Ianus quasi in cunis natã primũq; vagiẽtem Italiam exceperit.Inde cum coloniis a Vagicano ꝓgressum in tractum Vmbriæ fundasse regiã & fani Olympum fossamq; sacrasse: & augustalem Turrenã non longe a regia dicasse: vbi ad salutandũ regẽ.xii.colonię nouis lunaribꝰ cõuenirent. Inde duodenis coloniis fasces ad cõtinẽdos rudes scribũt singulo p̃toriano lictori quatuor & vigiti armatis ingenuis distributis. Eas posuit colonias ad ripas q̃dem Tyberi-

Dyrim Mauri:sed Etrusci Atlaum greci Atlantẽ intelligũt: vt author est Berosus:& Piniꝰ significat in.v. natural' historię ca.ii.dicẽs.A Fuit ad Dyrim (hoc ẽm Atlanti nomen eẽ lingua Maura cõuenit) sunt. cc. milia passuũ.Cęterũ veteres Galli: veteres inũdati interpretant: vt in commentariis super Xenophõtem ac Myrsilum exposuimus. Fuit ẽm Ianus saluatus ab inundatiõe cum filiis & vxoribꝰ in Scythia Saga: vt Berosus tradit. Progenitores ergo Vmbrorũ fuerũt veteres inũdati Ianigenæ:vt hoc loco Cato asserit: & Fabius Pictor & alii latini tradunt: quos Solinꝰ in Collectaneis colligẽs Veterũ inq̃t Galloꝝ ꝓlem esse Vmbros.M.Antoniꝰ asseuerat:quos;gręci Vmbros dixerũt:quia aquosa clade imbribꝰ superstites fuerũt.De læuo & sinistro latere Tybris: quæ sunt Etruria & Latiũ:& de ꝓuincia

Dyrim.

Galli.

Saturni Latio: in qua dii prícipes sũt Saturn⁹ & Ops: simulq̃ de Etruria vbi dii principes sunt Vertumn⁹ & Horchia: id est Ianus & Vesta: iã satis expositum est in cõmentariis sup Fabiũ Pictorẽ & Myrsilũ. De Vaticano ita dicit Gellius de Atticis noctibus li. xv. Agrũ vaticanũ: & eiusdem agri deũ p̃sidem appellatum accepe ramus a vaticiniis: q̃ vi ac instinctu eius dei in eo agro fieri solita essent. Sed preter hãc causam. M. Varro in libro diuinarũ rerũ: aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut nas Ianiculũ: & Arin Ianum: ad ripas arni totidem: Phesulas & ididẽ Arin Ianum. Ad litus Etruscũ quatuor: pheregenę: Volcẽ: Volaterra: Cariara: q̃ & latine Luna. In mediterraneis quatuor. Ogygianũ: Aretium: Roselas: Volsinium. Paulo post dextrũ tyberis latus regulis suis ꝑmisit. Camesi a quo camesenę duæ: & Saturno a quo saturnia oli: q̃d nũc capitolium: & ab ea late saturnia terra. Hæc prima fuit aurea illa ętate: & quidẽ angustissima origo Italiæ.

Aius deus. Vaticanus. inquit deus Aius appellatur: araq̃ eius statuta est quę est in infima noua via: q̃ eo in loco vox diuinitus edita fuerat: ita vaticanus deus nũcupatus penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri simul atq̃ parti sunt: eam primam vocem: quæ prima in vaticano syllaba est: edunt. Idcirco vagire dicit: exprimente verbo sonũ vocis recentis. Hæc Gellius. Vatire enim & vaticare apud Etruscos erat vagire: sicut natire & naticare: erat cessare a vagire. Argumento est: quia Etrusci nũc Viterbenses: apud quos innumera manẽt antiqtatis argumẽta: cum puerũ in cunis vagientem vt faciant cessare iubent: dicunt: natica puerum. Q₂ vero vbi regia metropolis est Volturna & fanum eius: ibi consederunt: & Fabius pictor & Myrsilus Catoni cõsentiũt: & ratio cõuincit. Vbi eñ geniti sunt Vmbri: ibi Ianus cum Gallis progenitoribus eorum cõsederũt. Geniti aũt fuerũt in Sale vmbrona circa Volsinos: q tũc ager Volturrenus: nũc Viterbensis dictus est: vt supra Myrsilũ demõstrauimus. Quare in regia Volturrena Viterbensi principio Italię cõsedit Ianus & coloniæ primę. Quid sit Olympus: & fossa sacra: & ritus sacrandi loci: copiose expositũ est in cõmentariis super Xenophontem & Pictorẽ. De Turrena Augustali: quã Surenam dicimus: & in fine Myrsili tetigimus: & medio miliari distat a Volturna: hoc notandũ est q̃ Suia cognominabatur: & a Iano ac Vesta igni vestali atq̃ sacrificiis fundata & dicata fuit: vt versus Etruscis literis in sacrario Ryyelli scriptus indicat: quem loco suo interpretati sumus. Est autem Suia teste Hieronymo & Talmudistis: salus & salutatio: quia ibi xii. populi in nouis lunaribus ad salutãdũ Larthem veniebant: vt dicit hoc loco Cato: & Macrobius refert in primo Saturnalium. De fascibus lictoribusq̃ ac prætoriis: copiose tradunt cõmẽtaria nostra super Fabium pictorẽ. De. xii. vero vrbibus primis & originib⁹ vocabuloꝝ sciẽdum: q̃ Ianiculũ: Oenotriũ: ac viniferum: interpretatione sunt eadẽ: vt ostendimus super Myrsilum. Etiã Ianus cõdidit vinculũ ꝑ limite sacro inter se atq̃ Camesen: & inter ꝓuinciã suam Ianiculam Etruriam: & inter Saturniã Latium: vti explicauim⁹ super Pictorẽ & Semproniũ. Secũda vrbs Arin Ianũ: id est sublimitas Iani. Differũt inter se Caryn & Arin: qa primũ interꝑtatur vinea: alterum sublime: vt tam diuus Hieronym⁹ q̃ Talmudistæ perhibent. Hinc genuense promontorium Caryn Ianum: id est vinea Iani & nõ longe sancta Maria in vineis. Igitur Caryn Ianũ: vrbs est sublimis Iani siue sublimis id est celsi Iani: siue quia in edito positum & sublimi loco. Teste enim Dionysio in primo libro mos condendi vrbes antiquis fuit: vt eas conderent non magnas sed paruas & locis munitis. Erant enim pauci homines ab initio. Quatuor vrbes ad mare condidit. Prima est Pheregenę: latinę vero fortuna Genii: quia phere fatum dicũt Aramei: vt Samuel

Suia.

Arin Ianũ.

Caryn.

Pheregenæ.

Talmudista dixit.Genium vero principium & patrem posteritatis intelligunt. Vnde Ianus Genius deus Italię sicut & Vaticanus dictus est.Hinc Ianua vrbs a Iano sicut & Caryn Ianum:& eadem Genua ab eodem Iano Genio dicta est. Non enim existimandum ꝙ Ianus solas.xii.colonias posuit sub metropoli vna regia:sed ꝙ illas primas a principio pro imperio & gubernatione Italiæ instituerit: & ex eis auctis: in alia loca Italiæ traduxerit alias.Cui argumento est:quia omnem cisapeninam Galliam: quæ Lombardia dicitur: & omnes Italiæ alpes Thusci coloniis repleuerunt post has duodenas vrbes. Ita enim sub Iano cœptum est imperium Thuscorum in tota Italia aureo sæculo & innoxio: non armorum violentia:quæ ea ætate non erat:sed successiua coloniarum missione: atq; propagatione per Italiam.Semper enim iuniores & posteri natura non armis impellēte: senissimis priscisq; domibus:quæ loco deorum a posteris habebantur:regebantur:vti Aristoteles in primo libro Politicorum insinuat:& fragmenta Theophrasti & Themistii Peripateticorum exponunt. Q; autem sub Iano is ordo seruatus fuerit in Italia:& ætas ipsa aurea irreuincibiliter probat:quoniam natura tunc viuebatur:qua posteri veneratione ac pudore non vi:seniorum imperio & fascibus subdebātur:& Fabius pictor insinuat: & Cato:& Sempronius docent:& alii plures:qui sub Iano cœptum imperium Thuscorum: & ab eis missas per Italiam colonias more illius ætatis asseuerant.Quos Liuius breuibus imitatꝰ in.v.ab vrbe condita:his verbis repetit.Thuscorum inquit ante Romanorum imperium: opes:mari:terraq; lōge patuere:supero mari & infero quibus Italia insulæ modo cingitur quantum potuerint:nomina sunt argumento:ꝙ alterum Thuscum communi vocabulo gentis:alterum Atriaticum: ab Atria Thuscorum colonia: vocauere Italicæ gentes. Græci Turrhenum atq; Atriaticum eadem vocant.Et mox de angustissima:vt ait Cato: huius imperii aurei origine subdēs Liuius: Hi inquit Thusci in vtrunq; mare vergentes duodenis vrbibus prius cis apeninum incoluerunt terras ad inferum mare. Postea trās apeninum totidem quot originum capita coloniis missis: tenuerunt vsq; ad alpes omnia loca quæ trans padū sunt:excepto Venetorum angulo:qui sinum circum incolūt maris. Alpinis quoq; ipsis haud dubie ea gentis origo est:& maxime Rhetiis:quos loca ipsa efferarunt:ne quid pręter sonum lingue ex antiquo:neq; eum incorruptum retinerent. Hæc Liuius.Itaq; etiā sub Iano plures coloniæ passim per Italiam missę sunt:pręter illas duodenas Etruriæ: quarum duę ad Tyberim fuerūt Ianiculū & Aryn ianum.Et ad mare quatuor:quarum prima Pheregene:id est fatum Iani Genii dicta est.Latini per syncopā phregenæ proferunt:q̄uis impressio stomachosa phregnæ impresserit: & quidam falso fregellę scripserit.Nā Fregellę in campania mediterranea:phregenę vero in Etruria maritima est:circa locū vbi nūc Palus:de qua Sillius in.viii.libro.Necnō Argolico dilectū littus Alesso:Alsium:& obsessę cāpo squalēte Phregenę.Secūda colonia est.Volcen:celebrata a Ptolemęo:Plinio:& aliis chorographis Thusciæ.Hanc suam coloniam fecere Romani:vti Plinius in.iii.naturalis historię cap.vi.insinuat dicens.Colonia Volcentum:a populo Romano deducta.Iacet diruta nūc non procul Castro vrbe maritima:& absq; l.proferunt accolæ:Voce pro Volce:vti scribit Ptolemęus.Est autem ce:& cen:id quod æs vel argentum: vt Samuel dicit:& diuus Hieronymus interpretatur.Alii metallum quodcunq; significare dicūt.Vol autem vt in Anniis quæstionibus diximus:significat antiquissimū & priscum.Hinc Volcen:prisca vrbs æraria est:vbi primū Ianus signauit æra. Qđ non tacuit Iginus & Protarchus Trallianus:vt author est Macrobius in primo Saturnaliū: vbi ait. Cunq; Ianus signaret æra:habuit in honore memoriam Saturni. Mons quoq; maritimus huic vrbi ꝓximus:etiam mons Volcentarius dicitur:q̄uis nautæ siue per interpretationē:siue per corruptionē proferant mons Argentarius.Tertia vrbs est Volaterræ.Atervt

Genius.
Phregenæ.
Volcen.
Volaterræ.

Samuel dicebat: Scythica olim lingua / latam plateam ante exitum domus significat. Ergo quia hoc est vti Atrium / quod a Thuscis primũ venit: vt author est Varro de lingua latina: argumentũ est / Atrianos Thuscos esse Volaterranos id est priscos Atrianos. Quare vrbs est prima Atriorum inuentrix: & a cuius colonia Atriaticũ mare prius dictũ fuit & inclyta Persio vate. Quarta vrbs Luna: sic dicta ab insigni: vt exposuimus alibi: dicente Martiale: Caseus Etruscę signatus imagine lunę. Verum vt ait Cato per interpretationẽ latinam Luna dicitur: sicut græce Selene: vt Strabo in. v. dicit. Nam Sago Etrusco vocabulo Cariara dicitur: nunc corrupte Carrara. Est enim Car teste Hieronymo vrbs: & iara luna. Hinc Cariara est vrbs Luna nunc deserta: non procul Macra: vltimo limite Etruriæ sicut Phregene non ꝓcul primo limite Tyberi. Cæterum vt ait Cato: circa Arnum duas colonias ex. xii. primis posuit. Alteram Phesulas quasi Phesulai: alteram Aryn ianã. Forte ad Arnum aliquis collis vel tumulus est vbi colonias Ianũ Aryn: id est sublime Iani oppidum posuit. Et forte inueniretur si quis spectet non procul transitu Arni: quem ætas ista pontem Aryn Ianum vocat. Hi sunt Fluentini p̃terfluenti Arno appositi: nunc Florentini. Vrbs quidem Florentia noua est: sed gens lanigena vetustissima: vna ex primis. xii. coloniis Iani: ex quib⁹ vna pars vici Thusci Arniensis Romę condita fuit: vt exposuimus super Fabium Pictorẽ. Phese autẽ transcensus est: & vlai palus: vt Samuel noster exposuit: & diuus Hieronymus lib. de interpretationibus consentit. Hinc Phesulai ꝓlatione Aramea & Phesulę ꝓlatione Romana est trãscẽsus a paludib⁹. Subiacẽs eñ planities paludosa erat a Iani ætate: vsq; ad Herculẽ ægyptiũ: q oẽs paludes retorsit in vnũ alueũ: cui cognomentũ suũ Arnũ indidit: vt in cõmentariis Berosianis exposuimus. Vrbs nũc diruta est: & sociis Aryn Ianis / nũc Florentinis / adiecta. Porro quatuor alias colonias &. xii. vltimas posuit inter Arnũ & regiũ fanũ Volturnę. Vnã Ogygianũ a suo cognomine posuit. Nã Ianus Ogygius patria phœnice fuit: vt Berosus significat: & Xenophõ de ęquocis dicit. Et hoc significauit Solin⁹ cũ de primo diluuio scribit: ꝙ primũ diluuiũ notatũ fuit sub Ogyge: a quo ad Deucalionẽ interfluxerunt anni septingenti: vt etã in cõmentariis Xenophõtis exposuimus. Est regio Ogygiana: inter Senas & Aretium: in qua posteri ædificatũ oppidũ Ogygianũ dicunt: vulgo vero Gygianum truncata prima syllaba de more Thusco: vt ostendimus in quæstionib⁹ Anniis. Alteram coloniam a cognomine vxoris suę Vestæ Ianus vocauit Aretium: vt ait Cato. Sane sciẽdum est: ante omnem linguam latinam fuisse supradicta nomina vrbium. xii. Et ideo qui latine putant dicta falluntur nimis: sicut q phesulas: fia sola: & Aretium ab aris vel aratura vel ab ariditate exponunt. Hæc eñ nomina ante latinam linguam ab Etruscis indita sunt Arameæ originis. Et vt ait Berosus Vestam Iani vxorem / Aretiam dixerũt: id est terram. Eadem enim est Vesta & Terra cognomine apud latinos: sicut apud Arameos labit & Aretia siue Horchia: vt super Berosum ostendimus. Et ideo vnam ex. xii. primis coloniis Aretium ab vxore Ianus cognominauit. Rusellę turrim & magis ꝓpugnaculum significat deriuationemq; habet a Ros: vt diuus Hieronymus videtur significare libro interpretationum. Est etiam dirutum oppidum iuxta Thermas sancti Philippi: & Rosellæ vulgo dicuntur. Vltima colonia / Volsina id est prisca Sina id est assessoria: vt Samuel exponebat. Forte assidebant primi apud Ianũ &. xii. Lucumones: Vnde cum regia Volturrhena cognomine Etruria / in eadẽ parte connumerata fuit: dicẽte Plinio in. iii. naturalis historiæ capitulo. vi. Volturrheni inquit cognomine Etrusci in eadem parte Volsinienses. Hæc inqt Cato est prisca Italiæ origo: angustissima quidem numero hominum: sed splendidissima / tempore & genitoribus diisvetustissimis / & non aduenis nouitiunculis græcis. Sequitur aliud fragmentum de nominibus Italiæ: his verbis.

Atriani Prisci Volaterrani.
Luna.
Car.
Cariara.
Florentia.
Phesulai.
Ogygianũ.
Aretium.
Aretia.
Rusellæ.
Volsina.

Italia complura a diis & ducibus sortita fuit noia:a Iano quidẽ Ianicula:quẽ qdã Oenotrium dictũ exiltimãt:qa inuenit vinũ & far.Camesena a Camese:& a Saturno saturnia:Saleũbrona quoq; a gẽtilib9.Durauit saturnia nomẽ totidẽ ferme annis quot añ aurea ętas vsq; ad Apim:deorũ Italię vltimũ: vt Antiochus Syracusan9 scribit:a quo apenina quã Taurinã idẽ interp̃tat: etsi gr̃eci de more q dã a bob9 Herculis:vel quos opimos gignit Italia vt ait Hellicanicus : aut a vitulo egresso:vt Herodotus vel quidã gręci boues vocant italos:vt fabulator Timęus dictã existimẽt:inde a duob9 fratrib9 altero Hesperia: altero Italia postremum nomẽ retinuit. His noib9 principio nuncupata fuit Italia circa Tyberim:vt q inter oẽs Italię amnes: in oim deorũ & principum tutela esset:atq; imperii totius ex his cõis sedes:a quo in principio & origine ip̃a Italię:Albula nomen a ianigenis habuit.Diuiditur aũt i Apeninos mõtes : & Cisapeninã & transapeninam Italiam.

A Tyberi inchoanda est expositio:qa per eam videbitur intentio Catonis contra græcos in hoc fragmẽto. Ian9 prim9 omniũ in Vaticanũ & Ianiculũ venit:vt oẽs concedũt:quẽ & antiquissimũ oim geniorũ & deorũ Italię volũt:dicente nostro Aquinate Iuuenale i Satyra.Dic mihi nũc quęso dic antiquissime diuũ: Respondes his Iane pater! Vnde veteres Salii sacerdotes carminibus suis Ianũ celebrãt:deum deorũ & patrẽ: vt author est Macrobius in Saturnalib9. Berosus quoq; oim deorũ maiorũ & minorũ atq; hominum consutiũ : & patrẽ asserit. Cameses & Saturn9 rate Thuscũ venerũt i amnẽ ad eũdẽ Ianũ vti Berosus:Trallianus:Iginus:& Macrobius in primo Saturnaliũ:& Ouidi9 in primo de Fastis asserunt.Cranã filiã suã deã circa ripas Tyberis:deã Helernã Ianus fecit: vt testant̃ Berosus in. v. & Ouidius in.vi.de Fastis.Ita ab initio quatuor dii maximi ad eundẽ locũ Tyberis cõuenerũt:Ianus: Cameses:Saturnus:& Crana.Apis quoq; q Taurus ab Antiocho interpretat̃: iuxta Tyberim venit:& a se Italiã Apeninã.i.Taurinã dixit:vt hoc loci Cato significat.Hesperus quoq; Vetulonię regnauit haud procul a Tyberi:& in Auentini parte Tyberina Italus Capenam cõdidit : vt Fabius pictor & alii scribunt.Ex his hoc fit a Catone argumentũ: Omnes duces qui genuerunt Italiã cœperunt circa Tyberim:in cuius regione vltro citroq; cœpta est Italia.Nã in quorũ tutela locus est:in eo dii Genii genuerunt Italiam. Quare amnis Tyberis attingens Hetruriam & Latiũ:est solus locus in tutela deoꝝ Geniorũ Italiæ.Sed eñ nullus horũ deorũ reperit̃ græcus.Non igitur Italia a græcis spurcũ exordiũ habet:sed a splendidissimo sanguine diuum & deoꝝ.Ian9 eñ & Cameses & filia ei9 Crana:atq; Saturnus nõ fuerũt Gręci sed Aramei:vt tam Berosus q̃ latini cõcedunt:& nos sup Semproniũ atq; Fabiũ pictorem declarauim9. Itẽ Apis Aegyptius:cognomine Iuppiter iustus:Dionysius fuit:nomine autẽ Osiris:qui in Italia triumphauit de Gigantibus: vt clarissime probauimus sup Berosum. Item Hesperus & Atlas Italus a quo Italia nomina sumpsit fuere externi a græcis.Quare nullus Græcus fuit origo Italiæ:licet opici & spurci Gręci aduenę benignitate Italica ad habitandũ aliquãti ad missi.Hãc puto mentẽ esse Catonis:quia quicquid de origine Italię scripsit cõtra insanas im properatiões græcorũ retulit.Nunc singula Catonis dicta ponderanda sunt.Ianũ quidã volũt fuisse Oenotriũ quia vinum & far primus docuit:& ob id teste Fabio pictore in omni sacrificio ipi far cũ mica salis offerebatur & vinũ libabatur.Qđ cõgruit ei:qđ Ouidius in primo Fastorũ dicit:quęrens.Mox ego:cur:q̃uis alioꝝ numina placẽt:Iane tibi primum thura

[Margin notes: Ianus primus deorũ. / Cameses. / Apis. / Ianus Oenotrius.]

merũq; fero? Et superius. Inde (inqt) vocor Ianus: cui cũ cereale sacerdos Imponit libũ farra q; mixta sale. De triplici vero Oenotria & Oenotriis trib9: dictũ est satis in cõmentariis sup Myrsilum: & similiter de Vmbrona. De Camesena quoq; & Saturnia: sup Semproniũ & Fabium pictorem traditum est ad longũ. Et nõ minus de Hespero & Italo. De Api & Osiride: & q ab eo fuerat dicta Italia Apenina siue Taurina: exactissime scripsimus in cõmentariis Berosianis. Qđ vero ait: græcos de more cõtrariari Antiocho Syracusano: ad id retulit qđ ad Marcum filium scripsit: Græcos esse genus nequissimũ & indocile. Nequissimũ quidem quia omnibus inuidens cunctos aliorũ splendores ad se trahere: & a propriis gentibus excludere ac nebulas mendacioꝝ inicere student. Indocile vero: quia nunq̃ antiquiorib9 de antiqtatib9 credũt. Vnde teste Dionysio Halicarnasseo in primo lib. Antiochus Syracusan9 est si quis alius antiquissimus historicus. Et vt in eodem libro dicit: q̃uis alii dicant Italiã dictã Taurinã a bobus: Antiochus tamẽ scribit a duce ipso dictam Taurinam: mox vt desiit dici Saturnia. Et tñ iuniores fabulatores a bobus dictã somniant: quasi nos ignorem9 exponere/ cur Græcia & Peloponessus dicta fuerit antiquit9 Aegialea: id est Hircina quia opimos hircos gignit: & quia genus hoim est spurcum: fœtidum & hircinum: & quia Itali Grecos vocant Hircos. Et tamẽ sicut mihi nõ est iuniori credendũ de antiquitatibus: sed vetustiorib9 historicis: ita neq; iuniorib9 fabulatoribus Hellanico: Herodoto: & Timeo: sed antiquissimo Antiocho de antiquissimo Italie cognomine Apenino siue Taurino credit. Quare qm̃ Apteras vetustissimus Grecorũ Saturnus: impius: ferreus: qui patrem castrauit: filios interemit fratribus bella & ferrum intulit: longe post Apim imo & aureum seculum fuit annis ferme sexcentis: si a Nino vsq; ad ipsum in Eusebio numeres: consequens necessario est: vt præclare mentiãtur quidam Græculos secuti: qui Græcum Saturnum venisse ad Ianum aureo sæculo scribunt: vt copiose probauimus in commentariis Sempronianis Fabianis & Berosianis: in quibus & mendaces Græcos ostendimus: dicentes Italiam & Hispaniam Hesperias dictas a sydere cum a duce Hespero sint cognominatæ. Hoc pacto refelluntur: qui a Pœno duce Annibale putant Italiam dictam Apeninam: id est Taurinam: quæ teste Antiocho & astipulatore Catone: ab ipo duce Api fuit sic dicta cũ desiit dici Saturnia post aureũ seculum annis fere ducẽtis & quinquaginta. Tot enim durauit aureum sæculũ & Saturnia nomen: vt Cato insinuat: & Berosus supputat a morte Saturni Iusti aurei & pii: vsq; ad triumphum Apis in Italia. A quo vsq; ad Annibalem colliguntur anni mille ducenti & amplius: vt in emendata nostra Chronographia numerantur. Quare mille ac ducentis annis & amplius ante Pœnum Annibalem Italia dicta est Apenina. Præbet his errorem transitus Annibalis in introitu Italie q Pœnus ab Annibale dicitur: de quo mõte Iuuenalis in Satyra. Et montẽ (inqt) fregit aceto. Q; vero ait Italiã diuidi in tres ptes: videlicet in mõtes Apeninos q diuidũt mediã longitudinẽ Italiæ. Et itẽ in Italiã Cisapeninam ad iferum mare: & trãsapeninã ad superũ pelagus atriaticum: Eandem diuisionẽ insinuat Liuius in. v. ab vrbe condita vbi de origine & amplitudine iperii Thuscorũ scribit. Et itẽ Sẽpronius expressit: cuius cõmẽtaria cõfecimus. Postremo de noie Tyberis Prisco Albula dicendũ est. Et primo quot nominibus appellatus est. Secũdo a quib9 cognomẽta accepit. Tertio qñ. Quarto quid significet Albula. Quinto quid sit ei dextrũ & sinistrũ: qa supradixit ipe & Fabi9 q Ianus ad leuam Tyberis tenuit Hetruriã. Ad primã respõdet Plinius in. iii. naturalis historie cap. vi. Tyberis inqt: antea Tybris appellatus: sed prius Albula. Et Virgilius in. viii. æneidos ait. Tũ reges: asperq; immani corpore Tybris: A quo post Itali fluuium cognomie Tybrim Diximus amisit verum vetus Albula nomen. Tribus igitur nomibus insignis fuit. Albula: Tybri & Tyberi. Ad secundum dico q Tyberis dict9 est a Tyberino rege Albanorum: vt dicit Liuius in primo ab vrbe condita: & Ouidius in secundo de Fastis confirmat dicẽs: Albula quem

Marginal notes: In grecos. — Saturnus Apteras & eius scelera — Albula Tybris.

Tyberim mersus Tyberinus in vndis Reddidit: hibernis forte tumebat aqs. Et in. xiiii. Metamorphoseos ait. Sed Capis añ fuit: regnū Tyberinus ab illis Cœpit: & ĩ Thusci demersus fluminis vndis Noĩa fecit aquę. Tybris vero dictus ē a cognoĩe Tyberis regis Thuscorū: vt Tybris
Virgili⁹ significauit & nos in. xxxiiii. q̄stione Annia demōstrauim⁹. Sed Albula deriuatione Albula.
habet ab Alba Iani: de qua Ouidi⁹ in. vi. de fastis ait. Sic fat⁹ (scilicet Ian⁹) & virgā q̄ stryges pellere posset A forib⁹ noxas (hęc erat Alba) dedit. & Berosus in. v. antiqtatū. Ian⁹ inqt Aboriginib⁹ filiā suā Cranā creauit reginā: eiq3 sceptrū cū Alba dedit. Et hoc est qđ Cato significauit & Virgili⁹: ꝙ verū & vet⁹ nomē Tyberis fuit sub Ianigenis Albula. s. ab Alba Iani. Ad tertiū vero quęsitū respōdet: ꝙ Tyberinus rex Albanorū q ab Aenea fuit decimus: submersus periit in Tyberi: & ei vltim⁹ nomē dedit: añ vrbem Romā cōditā annis trib⁹ & sexaginta supra centū: vt Eusebius de tēporib⁹ cōsentiēs latinę historię supputat. Tyberinus vero fuit Tyberinus
quē Pelasgi cognoĩauerūt Tyberim: tpe Thesei regis Atheniensiū Cuius inuincibile argumentū ē: qa Manto fatidica seruiuit sub Theseo & Cleōte: & fugiēs nauigauit ĩ Thusciā ad Manto.
Tyberinū regē: a quo grauida peperit Ocnū cōditorē Mātuæ: vt oēs tā latini q̄ græci cōsentiūt. Quare eodē tpe Theseus Athenis & Tyberinus in Thuscia regnabāt: & ab vno ad alterū adnauigauit fatidica Māto. Vt aūt Eusebi⁹ notat de tēporib⁹ Theseus regnauit sub Priamo. Igit̄ añ Troię excidiū regnauerūt simul apud Troiā Priamus: apđ Athenas Theseus: & apud Fanū Volturnę Larthes Tyberin⁹: añ Mezentiū Agillinū: vt etiā notat Manethon in supplemēto Berosi. Quare penultimū nomen Tyberis inditū fuit Albulæ añ ruinas Troiæ sub Priamo: anteq3 vrbē cōditā annis quadringētis quinquaginta & amplius qñ nō extabat lingua latina. Et multominus añ Troiā cōditā extabat lingua latina: qū vet⁹ verū & priscū nomē Albula erat. Quod etiā sic patet. Duo alia cognomia tenuit Albula anteq̄ sub Tybrimē Albula amitteret. Primum fuit Lydus a Lidya gente bello ꝓclara: q̄ teste Virgilio quondam iugis insedit Hetruscis: id est Volturrhenis vicinis Tyberi: qm̄ vt ait Plinius in. iii. Lydus
naturalis historiæ: cap. vi. Volturrheni circa Volsiniū sunt cognomine Hetrusci. Etenim a fontib⁹ Tyberis vsq3 ad finē primę medietatis septentrionalis: Turrhenus Mæon cōsedit: & Lydas. xii. Colonias posuit: vt Herodotus scribit: & Myrsilus repetit: & Dionysius Halicarnasseus in prio lib. breuib⁹ refert. Porro Męones venerūt tpe quo Dardanus interempto fratre suo Iasio: fugit in Phrygiā: vt author est Berosus in fine antiqtatū. Quare añ Troiā conditam Albula cœpit cognominari Lydus amnis a gēte eius accola: quali noĩe qñq3 Virgili⁹ & poetę illū nomināt. Sed frequētiore cognoĩe Tusco: vt in superiorib⁹ versibus Ouidius & Virgilius. viii. æneidos. Et Martialis lib. iiii. epigrāmatū. Hesperias (inquit) Tusco lauit in Tuscus
amne boues. Quidā dicūt Thuscū dictū: qa orit̄ in Hetruria. Sed eadē rōne diceret̄ Vmbro amnis.
qa oritur in Vmbria. Et ideo sumēda est rō a Fabio pictore sic dicēte. Tyberis limes imperii Volturrheni inter veteres Ianū & Saturnū: q a principe illius vrbe Volturrhena dictus est per syncopam Volturnus: & ob id Tuscus non latin⁹. Sūt ergo duo cognomina a regia Volturrhena id est antiqua Turrhena indita Tyberi: videlicet p syncopā Volturnus: sine syncopa Turrhenus & Tuscus. Hinc Varro in primo de lingua latina: Tyberis inquit vt quod caput extra Latiū Volturnus nō spectat ad linguam latinā: etiā si transit in vsum latinę linguæ. Nā Volturrhena & Turrhena sine syncopa: aut cum syncopa Volturna & Turna vt est extra Latium caput imperii Thusci: est originis Hetruscæ & Arameæ: vt ꝓbauimus in quæstionib⁹ Anniis. Ita nō debēt scribi cū aspiratiōe Turrhenus: Volturrhen⁹ & Thuscus quia Tusca est pars ciuitatis regiæ vt in eisdem quæstionibus ostendimus. Hinc sine aspiratione scribendum est in. vii. æneidos vbi dicitur. Turrenoq3 boues in flumine lauit Iberas Etenim ante omnem linguam latinā & Gręcā sub Iano fuit nomen Turrenū & sub Hercule

Aegyptio Tuscũ: vti copiose pbauimus in quæstionibus dictis: & sup Myrsilũ. Itaq; nomia & cognomina Tyberis fuerunt Tybris sub Priamo: Tyberis sub rege Albano: Lydus sub Turrheno Mæone: Thuscus sub Thusco rege filio Herculis Aegyptii. Sub Iano & Saturno Volturrhenus ab vrbe regia. Restat de prisco oĩm noĩe Albula: qd significet & vnde sit noĩs origo: qđ fuit quarto loco quęsitũ. Ad quod respondet quidã φ Tyberis dictus fuit Albula: a colore albo. Sed falsitas huius apparet ex duobus. Primo ex pprio epitheto: de quo Seruius super. vii. æneidos. Propriũ inquit epithetũ Tyberini coloris est flauũ esse: vt ibi Virgilius dixit: Et multa flauus arena. Et Horatius in Oda. Vidimus flauum Tyberim retortis Littore Etrusco violenter vndis ire deiectum. Et Ouidius in. xiiii. Metamorphoseos. In mare cũ fulua prorumpit Tybris arena. Secundo apparet falsum: quia non extabat lingua latina: cum Albula nomen accepit sub Iano: vt expoluimus: & hoc loci Cato insinuat. Ergo Albula nomen accepit compositum ab vla: & Alba sceptro Iani. Pro quo sciendum est de his tribus vocabulis: Alba: ula & ulai. Alba quidem est nomen compositum ab al quod est commixtio: vt diuus Hieronymus perhibet. Eban vero vt noster talmudista Samuel dicebat differt ab ebal. Ebal em̃: vt dicebat: & Hieronymus consentit: est aceruus lapidũ. Eban vero est aceru⁹ ex virgis & ferro. Vnde siquis commisceret lapides & fasciculum faceret: diceretur Alebal: siue per syncopam Albal. Si vero sit fascis vnus ex flagello & ferro commixtus: dicitur Aleban: & per syncopam Alban: a qua vrbs regia priscæ Scythiæ iuxta Araxem dicitur Albina: & ei hærens prouincia Albania: & ager Iani regius in duas regiones diuisus: nomina prisca tenet Ry Ianus & Albi Ianus: a quo Albula Tyberis. Ergo sceptrum Iani quod dedit Cranæ erat Alba: vt Berosus scribit: & Ouidius testatur. Alba vero est fascis commixt⁹ virgis & ferro. Sunt enim fasces: quibus singulis virgis ad flagellandum sunt inclusæ singulæ secures ad percutiendum. quas primus more Scythico Ianus instituit ad terrendum noxios: ne turbarent aureum sæculum. Vnde & Ouidius hoc significauit dum dixit φ Ianus dedit Cranę virgam quæ erat Alba id est fascis: qua Striges pellere posset a foribus noxas. Et has primus instituit Ianus: vt ait Cato: & dedit. xii. primis coloniis ad continendum rudes: vt ait Fabius pictor. Dedit autem in regia cuius pars dicitur Vetulonia: dicente Sillio in. viii. de ea. Bis senas prima illa dedit pcedere fasces. Et iunxit totidẽ tacito terrore secures Quemlibet enim regem Lucumonem antecedebat suus lictor ferens fascẽ virgarũ ac securi: vt ait Dionysius Halicarnasseus in. vii. lib. Sunt ergo antiquitus fasces: sicut nũc corona & sceptrum: insignia iusti imperii: & sæpe Alba siue fasces ponuntur in auctoribus pro ipso imperio: & imperiali re: vti est illud Horatii in Oda. Te sępe & albo Vare fides colit velata pãno. Albus. i. imperialis toga: pannus Etrusca lingua dicebať: qua solũ velari digni erant fideles duces & sacerdotes religiosi: vnde apud Araxem fluuium: vbi teste Diodoro cõsedit prĩcipio genus humanum Sagum: & ibi vrbs regia condita dicta fuit Saga Albina: & per syncopam vt Ptolemæus scribit Sagalbina: id est Saga impialis. Primaq; huic finitima colonia & prouincia Alba & Albania Scythico vocabulo etiã a Ptolemęo & Gæographis describiť: φ primæ a Sagalbina Coloniæ imperiales illo missæ fuerunt. Quare nõ mirum si regio vbi cõsedit Ianus omnium pater & rex dicta sit Alba Iana siue de more compositionis per syncopã Albiana. i. imperiũ Iani & impialis regio Iana. Extãt argumenta noĩs tã regis q̃ imperii. Nã vbi regia est Iani Volturna: adhuc Ry Iana & Ry Ianensis dicitur id est regia Iani. Ry enim regis vocabulum est: vt in Anniis quęstionibus diximus. Altera aũt huius regionis pars q̃ a Ferentino oppido vergit in Tyberim Albiana dicebatur: a qua fluentum quo in Tyberim mergitur: vsq; ad hanc ætatem Albianum dicitur: quod etiam hęrentẽ Tyberi planitiem Vmbrię cognominat Albianum. Vnde non mirum si Tyberim ianigenæ a principe vrbe regia Volturnũ: & a fascib⁹ Albulam. i. imperiale fluentum denominauerũt: quia ulai est

Tyberis nomina. Albula. Ebal. Eban. Alba. Sagalbina. Vlai.

palus: vla vero fluetum. Et hoc est qđ Cato intēdit contra Græcos: ꝙ non fuit curæ diis: vt spurci ac nouitii Græci essent primi cultores Italię: qa ipi dii & principes primi aureo seculo & deinceps elegerunt regionē Tyberinā & eius fluentū: tanq̄ cōem arcem & sedē imperii deorū & nō Grecorū: & noīa sua locis: fluēto: & gētib⁹ Italiæ indiderūt: vt esset firmū argumentū atq̧ æternū: ꝙ gens Itala orta sit antiquissimo tpe a diis principib⁹ orbis: & nō a Grę culis nouitiis in tota rerū natura: vt Iosephus vocat eos in libro cōtra Appionē grāmaticū. Nā Gręci fuerūt post cōditā Troiā rudes quidā Aborigines: quorū incerta est origo: q pulsis lanigenis eā incoluerūt: dicente Strabone in Geographia Gręcię: ꝙ eā antea coluerūt barbari. Et argumentū esse ait: ꝙ apđ eos multa barbara noīa manēt. Et ob id suā originē nesciunt: & deos a Phœnicib⁹: Aegyptiis: & Illyricis mutuati: suos fecerunt Cælū: Hercules: Saturnos: Ioues & eiusmodi: primusq̧ oīm q origines & formas & ritus Gręcorum esse p̄clare mentitus fuit Homerus q fuit heri ac nup: vt ait Herodotus in. ii. lib. & Iosephus cōtra Appionem grammaticū. *Sequit̄ fragmentū de Histria & Alpibus Italię dicens.*

Alpes oēs Italię Colonias fuisse Thuscorū icolę asserūt: & ab ipis vel ducib⁹ vl̄ capitib⁹ originū: noīa gētib⁹ & locis indita: vt Rhetii a Rheto rege Lydorū: & Veronēses a Vera Colonia Thusca: Comenses a Fani regiis turrenis a qbus vallis Volturrena: & Osci a qb⁹ oscella. Histria quoq̧ a duce misso a Iano nomē retinet. At Gręcorū qdā scribūt dictū ab Istro amne cognoīe Danubio: cui Danę gētes accolę nomen ipressere: fabulant̄q̧ ramū ex eo i Histriā effluere inq̧ hadriaticū mergi. Fingūt alii argonauim in Histriā primū ab Istro e montibus humeris vectā: & in Hadriaticum demissam: videlicet tāta est in mentiēdo Græcorū vanitas simul & leuitas: vt ab histri ostiis ad eius fontes immensa gētiū spatia transuolauerint: & amnes etiā obstantes tranarint: & humeris ea cōuecta con nauigarint: vt etiā in Italia mētiendi sibi loca inueniant. Nescio argonaui ne Gręci aquas an argonauis humeris montes nauigarit.

Iā superius ex Liuio sciuim⁹ Thuscos prius inhabitasse terras duodenis vrbib⁹ cis apeninū ad inferū mare: postea trās apeninū missis Coloniis tenuisse oīa trās padū loca: & ipas alpes Italię vsq̧ Rhetios. Sēproni⁹ vero etiam Cispadanā totā Italiā scribit deductā a Thuscię Larthibus Bianoro & Felsino. Ibi quęcūq̧ Cato hic scribit: clari⁹ digesta leges. Sed ꝙ hic ait Histriam a duce Ianigeno dictā: vtiq̧ a Beroso Chaldęo q in p̄tio a Romanis fuit habitus excerpsit: q in. v. antiquitatū sic ait. Anno Saturni Babylonici patris Beli. xxvii. Tuyscon Sarmatas maximos pplos fundauit: & Mesa cū filiis Istri priscos Mesios posuit: ab Adula mōte vsq̧ Pōticā Mesemberiam. Eos missos fuisse a Iano ex Scythia nō Italia superius scribit: de qb⁹ in cōmētariis Berosianis copiose scripsim⁹. De Danubio vero q & Ister: Pli. in. iiii. naturalis historiæ ca. xiii. Ister ingt ort⁹ in Germanię iugis mōtis Arnotæ ex aduerso Rauci oppidi Galliæ: multis vltra Alpes milib⁹: ac p innumeras lapsus gētes Danubii noīe immēso aqrū auctu: vbi primū Illyricū alluit Ister appellat̄: sexaginta amnib⁹ receptis: medio ferme nūero eoꝝ nauigabilis: in pōtū vastis sex fluminib⁹ euoluit. Ister.

Ex his patet ꝙ ab Istro fluuio nō dicit̄ Italia Histria: qa nō dicit̄ Ister amnis: nisi remotissim⁹ ab Italia vbi Illyricū alluit: vt dicit Pli. Ergo a capite aliquo originis dicto Histro & misso a Iano tū p̄uidēti Italię: vt Cato insinuat: nomē accepit Histria. Itē lib. iii. cap. xix. Istriā inquit cognominatā a flumine Istro in Hadriā effluēte e Danubio amne: eodemq̧ Istro: ex aduerso Histria.

Padi fauces contrario eorum percussu: mari interiecto dulcescēte: plerique dixere falso: & Nepos Cornelius etiā Padi accola. Nullus em̄ ex Danubio amnis in mare Hadriaticū effundit. Deceptos credo: qm̄ Argo nauis flumine in mare Hadriaticū descēdit: nec pcul Tergeste. Nec iā constat quo flumine: humeris trauectam Alpes: diligētiores tradūt subisse Istro. & cap. sequēte. Pola inquit nūc Iulia: quondā a colchis cōdita. Ergo a Scythis: vt Cato & Berosus indicant. Sequit fragmentum de regione Venetiarum his verbis.

Venetia est omnis ora circum sinum maris post Histriam vsque ostia Padi. Quibusdā placet a Tylauento illos exordiri. Nā Taurisanos Persę gentē ab Api duce conditam asserunt. Venetis cunctis prima origo Phaetontea est: q̄ græcis occasionem mentiendi de phaetonte & Eridano præbuit. Posteri9 mixta his nobilis stirps Troiana: a quib9 Pataulum suo conditore inclytum.

Phaeton.

De ora Italiæ Veneta plura etiā Sempronius dicit. Phaeton vero pater Lyguris nō fuit Grecus: sed q ab Aegypto in Atticā: & ab Attica i Italiā primas colonias trāsportauit añ Oenotrium & oēs Grecos: vt Cato significabit in his fragmētis. Contra qđ dictū Catonis obstrepit in primo libro Dionysius Halicarnasseus: dicēs Catonē similia fabulis texere. Sed iā Cato respondit. Vincam inqt Græcorū nequissimum & indocile genus: qui literis suis omnia corrumpunt: pudetque mutuari a græcis rationem Italiæ vt ait Plinius. De hoc Phaetonte ample tradit Berosus: quem Cato sequtur: & nos in eius cōmentariis exposuimus. Itaque longe ante Phaeton in Lyguria & vsque Tylauentum colonias posuit: etsi paucas ante Troiam conditam. Post Troiam vero euersam Antenor & Troiani quidam in Venetias migrauerunt: & ideo Cato dicit q post mixta est illis Troiana nobilis proles. Vnde in. iii. libro naturalis historiæ ca. xx. Plinius: Venetos inquit Troiana stirpe ortos: author est Cato. Non desunt q ab Enetis Asię putēt. Berosus vero a duce Phaetonteo Eridano circa Padū positas Colonias asserit: & ab aliis posteris Phaetontis Eneto: Tyla: & Vento: Venetos oēs: a cui9 regione postea Venetię vrbs clarissima nomen accepit: sicut ab agro veteri Ogygiano: castrū ibi postea conditū Ogygianum inter Senas & Aretium dicitur: & Vetuloniæ fons nouus Sipalis a Sipalivico Cybelis nomen posterius habuit. Quę vero græci mentiūtur de Phaetonte & Eridano: scripsimus in cōmentariis Berosi. Sequit fragmentū Catonis: hoc prenotato: q Taurisci sunt Norici vt Plinius notat in. iii. naturalis historiæ ca. xxi. qui prius Carnos. & hi Taurisci ab Api id est Tauro nominari: qui eo ad fontes Istri vicinos venerat: vt Diodorus dicit in primo lib. esse scriptū in columna Osiridis Iouis Iusti: qui & Apis: & ab eo loco vocat9 est ab Italis cōtra gigātes: quibus bellum per totum orbem indixerat: vt notat Berosus in. v. antiquitatū. Et Diodorus in vi. assentit dicens Ioui Iusto fuisse patrem impium: & ipsum omnibus facinorosis & impiis per totū orbem indixisse bellum: & vti Macedones circa Palenen in Macedonia illum iuuerunt: ita Itali ipi affuerunt in campo Phlegręo: quē posteri Cymeum dixerunt: & ob id consensu totius orbis Iouis Iusti Saluatoris cognomina promeruit. Itaque a fontib9 Istri & Noricis Apis Osiris Iuppiter iustus in Italia triumphauit & a se Apeninā dixit: vt Berosus scribit: & Antiochus atque Cato testantur: & Diodorus quasi per protocollum astipulatur. Sunt Osiridis vestigia multa in Vetulonia: nedum in tota Italia. Ab his Noricis Osirianis Taurisanis: condita est vrbs clara Taurisium: vt nomen arguit: quam corrupte proferūt Triuisium. Nunc sequit fragmentū Catonis de transpadana Gallia: ita dicentis.

Veneti.

Taurisci.

Iuppiter Iustus.

Omnia sub alpibus trāspadana loca prisci cōuenę Thusci missis Coloniis tenuere: ab hisq̃ multa loca nōia retinēt. Plura deleuerūt Galli: q primi Arūte Clusino duce alpes trāscēderūt & sensim ab oī Gallia Cisalpia Hetruriā pepulere: ab hisq̃ nomē sortita retinet Gallia cisalpina: qua Mantua suo conditore Ocno Bianoro & Thuscorū rege illustris. Penetrauere transalpes Boii: Senones: isubres: & alię gallię trās alpinæ gentes. Gallia cispadana olim Bianora a victore Ocno: postea Felsina dicta vsq̃ Rauennā: nūc Gallia Aurelia & Aemylia a Romanis ducib⁹ nomē habet. Princeps Metropolis Felsina primū a rege Thusco cōditore. Inde a successore Bono Tuscaniensi Bononia dicta Spiretum padi ostiū a Pelasgis conditorib⁹ Spira dictū: & a Diomede instauratū. Nouaria ante ab Hercul' Aegyptii nōie Libya: & a cognoie Aria Aegyptio vocabulo Leonina. sed a Lygurib⁹ instaurata: nouaria dicta est. Olanū añ ab Thuscorū duce: q cū Orobiis Coloniis ibi primus insedit: quorū origo icerta vti Comi: Bergomi Lycinofori: & aliquot circa populorū: inde ab Insubriū principe nomie Medo adaucta Mediolanū nomē seruat. Padus añ a duce Coloniarum Eridanus: sed a ꝓfunditate Botigon ab Hetruscis & Botigū a Lygurib⁹: & a circa arbore Picea: Gallice padus nuncupat'. Post Padi ostia Rauenna: Sabina stirps. Interiit Saga oppidū Hetruscorū: vti & Atria: a quo mare atriaticū: qđ nūc Hadriaticū. Gallia flaminia a Rauēna ad Ariminū: a comitib⁹ Herculis conditū: a quo cognominat'. Ab eo ad Anconā Senegallia a Senonibus dicta pulsis Hetruscis: nunc Gallia togata.

¶Sequitur fragmentum hoc primum.

Ancona prius Picena vocabulo Hetrusco simul & Aboriginum dicta.

De Trāspadana regione dixim⁹ in cōmentariis Sēpronianis. Veteres Galli Italię: & primi Galli q trāscē derūt Alpes Italię: & primi Galli q supato Apenino venerūt ī Thusciā & cremauerūt vrbē Romā: differūt. Veteres em̄ Galli ab inūdatiōe dicti fuerūt Ian⁹ & Ianigenę pr̄es prię & antiq̄ssimę p̄lis Italiæ Vmbrorū añ Ninū: aurea p̄ria ætate: q̃ fata ē post diluuiū vti exposuim⁹ pluries Hi fuerunt añ vrbē crematā ferme duob⁹ milib⁹ annoꝝ: vt in emēdata chronographia patebit. Galli vero primi q transcēderūt alpes Italiæ a Galathe filio Hercul' dicti / sūt Celtæ: quos vulgo Frācigenas dicim⁹. Venerūt aūt in Italiā teste Liuio in v. ab vrbe cōdita: illecti dulcedine vini ab Arūte Clusino: ī vltionē stupratę a Lucumone tū potēte vxoris: anno añ crematā vrbē ducētesimo: tpe Tarquinii prisci: & post aureū sæculū paulomin⁹ mille q̄ngētis ānis Hi trāscēsis alpib⁹ sensim: a Trāspadana regiōe primū ꝑpulerūt Thuscos ab impio: deīde a Cispadana: donec Rhet⁹ ab eis pulsus etiā a Cispadana coactus est ducere Colonias Thuscas ī Rhetios vt oēs historici cōsentiūt. Ita ob stuprū vni⁹ fœmellæ: ꝑditū ē imperiū Thuscoꝝ ī tota Gallia Cisalpina: ab eis sic dicta: & tandē a Longbardis victorib⁹ Lōgbardia & p syncopā Lōbardia. Sūt aūt Lōgbardi Germani: vt patet in Ptolemęo. Galli vero q occupauerūt imperiū Thuscoꝝ ī Alpib⁹ & tota Lōbardia ab eis Gallia Cisalpia dicta: fuerunt Boii: Insubres: & Senones: q mlt̃is oppidis mutauerūt nōia Ergo origo toti⁹ Italię Trāsapeninę q̃ vulgo Lombardia dicit': etiā vsq̃ Anconā: nō est gręca sed Thusca & Phaetontea mixta cū aliquot ex finitimis Gall': & Germanis. Ex Gręc

Veteres Galli.

Gallorū in Italiā traiectio.

cis vero:q dicent. Nã Venetiis mixta ples Troiana Tuscæ originis est a Dardano Thusco.
Mantua Particulares vero vrbes sunt hæ. Mantua a Larthe Thusco transpadana metropolis Hetruscorũ transpadanorũ sola reliqua. Et in Cispadana vrbs Bononia: Felsina dicta cũ esset princeps Hetruriæ Cispadanæ. vt Plini. notat in. iii. naturalis historiæ cap. xvi. & xx. Mediolanũ: ex quo nomẽ vtriusq ducis retinuit: argumẽtũ est: nõ armis sed cõi cõcordia & sociis armis: ibi a Thuscis & Gallis imperatũ esse. Spyra oppidũ in ostio Padi a Pelasgis conditũ: sed inde dãnati & eiecti: vt testat Dionysius Halicarnasseus in primo lib. Inde instaurata a Diomede: pręualens vt editũ est Delphicis: thesauris vt refert Pli. in tertio naturalis historię capitulo. xvii. De eovero quod ait de Nouaria & Como: sic dicit Plinius in eodem lib. ca. xviii. Vercellę Libycorũ ex Saluis ortę: Nouaria ex Vertamacoris Vocantiorũ: nõ vt Cato existimat Lygurũ. Et itẽ Insubres cõdiderũt Mediolanũ. Orobiorũ stirpis esse Comũ atq Bergomum & Lyniciforũ: & aliquot circa populos: author est Cato: sed originẽ gentis ignorare se fatetur: quã docet Cornelius Alexãder ortã e Gręcia: interptatione etiã nois a vitã in mõtibus degẽtib9. Hęc Plinius. Vult ergo Plinius q non Lygures: vt Cato: sed Alpini. Vocantii Vertamacori cõdiderint Nouariã. Verũ existimo eas primũ ab Alpinis Thuscis Coloniis tã Vercellas q̃ Nouariã cõditas: quia primi oĩm tenuerunt Alpes. Deinde a Libyo Hercule Aegyptio adauctas. Vñ & Libyci etiã a Ptolemęo nominant tota vtriusq regio: & Aria id est Leonina: sicut Arnus & Lybarnus Musarnus sunt cognomina Herculis: condita ab Hercule: & vltimo instaurata a Lygurib9: dicta est noua Aria id est Leonina noua siue noua Herculea. Orobiorũ gẽtis originẽ Cato dicit esse incertã pter argumẽtũ vocabuli orobios qđ põt esse gręcę vel Hetruscę originis. Gręce em̃ oros mõs & Bios victus & viuẽs dicunt: & ita Orobii sunt viuẽtes in mõtib9 in quib9 sunt Comẽses & Bergomẽses: & ita esset illis aduentitia & nouitia Gręcula origo: vt Alexander arguit a græci vocabuli origine. Sed modestius locut9 est Cato dicẽs esse ambiguę originis: qa orobiũ etiã ẽ nomẽ Sagũ Arameũ: quorũ lingua vtebant Sagi lanigenæ. Nã oros etiã apud Arameos & Hebræos Talmudistas est mons: & bit filius vel filia. Hinc Orobii filii montiũ q mõtes incolũt & alpes. Et ab iis fuerũt Comenses Bergomitę & eiuscemodi: quia Thusci prius Alpes postea subsidẽtẽ oram coluerunt. Cum ergo Alexander Cornelius dicit esse gręcę illos originis: hoc negatur. Et cũ probat ab origine vocabuli græca: quod est validissimum in historia argumentum: hoc non iuuerit: quia vt ait Cato Orobiũ nomẽ est incertę originis cũ tã Gręcę q̃ Aramęę sit originis. Nunc vero regula succedit: q vbi est nomen barbarum: ibi origo prius fuit Barbara: etiam si id nomen postea effluxerit in linguam latinã vel græcã: vt Vesta est nomẽ Arameum: ab Esta quod est ignis vel flamma vt Talmudistæ perhibent: & effluxit postea in linguam græcam. Vnde ab Estomæ Vesta græce deriuat. Et tñ Vesta vxor Iani non fuit Græca origine sed barbara. Nec mir̃ si Gręci multa nomia a Barbaris mutuati sũt: vt Strabo significat in Gæographia Gręcię: quia vt arguit Barbari prius incoluerũt Gręciã: & lingua Barbara est antiquior q̃ gręca & latina. Quãobrẽ cum prius sit Orobiũ nomẽ Hetruscũ q̃ Gręcũ: & certa simul historia Thuscorũ ab initio cõuenã plem esse Alpinos simul & oĩa trãspadana loca & non aduenam Gręculam: cõsequens est: vt Orobii sint iidem & cõuenę Thusci Alpium incolę. Vnde Sẽpronius: & in supiore fragmẽto tertio ab isto: Cato: Comẽses retulerunt esse Volturrenæ regię originis: ab argumẽtis certissimis lacus eorum Larii: & vallis Volturrenę adhuc apud eos dictę. De Padi nois origine sic ait Plini9 in. iii. naturalis historiæ ca. xvii. Metrodorus inqt Scepti9 dicit: qm̃ circa fontem multa sit arbor Picea: q̃ Pades Gallice vocetur: Padum hoc nomen accepisse: & Lygurũ lingua amnẽ ipm Bodingũ vocari: quod significet fundo carentem. Cui argumento est oppidũ iuxta industria: vetusto nomine Bodinco Magũ: vbi pcipua altitudo incipit. Ariminũ a comitib9 Herculis dicit cõditũ: pbatq a co

Margin notes: Mantua; Bononia; Mediolanũ; Spyra.; Vercellæ. Nouaria; Orobii Comenses. Bergomenses.; Padus; Ariminum

gnomie: qđ est validissimũ i historia argumẽtũ. Ar em vel Ari est cognomẽ Herculis ægy ptii: quo⁊ lingua simul & Hebręa & Aramea significat leonẽ. Iminim vero teste Talmudista Samuele & diuo Hieronymo vocabulo Himenus significat ipse numerat festinãtes Hinc Ariminũ Aramee: est id quod latine leo siue Hercules ipse numerans festinãtes: scilicet ad expeditionẽ cõtra tyrãnos Italię. Quidã Ariminũ: qa nõ habẽt aliud: ad latinã origine recurrũt: quasi prius fuerit latina lingua q̃ nobilis & antiqssima Barbara: & oppida splẽdidissimę antiqtatis: aut nouitia aut gręcula faciũt: & qdẽ falso. Plinius in.iii. naturalis historię: ca.xvi. etiã illi amnẽ Ariminum assignat: qa pcipue amnibus noĩa indebãt veteres: quasi immortalius duraturis. Residua q̃ in hoc fragmẽto deficiũt reperies in Sẽpronio: & cõmẽtariis nostris sup eum. Sequit̃ autẽ fragmẽtũ aliud Catonis his verbis.

Galliã Togatã primi coluere Lyburni & Siculi: quos pepulere Vmbri: hos Etrusci trecẽtis & ãpli⁹ eo⁊ validissimis oppidis iusti more belli expugnatis. Eos tãdẽ vicere Galli Piceni ligua Etrusca gen⁹ sacrũ dicit̃: orti a Sabinis. A Picenis ad Garganũ mõtẽ aliis & aliis tpib⁹ diuersę gẽtes tenuere. Marsia duce Lydorũ in qb⁹ asculũ. Pręcutii: in qb⁹ Hadria siue atria. Vestini in qb⁹ Amiterni. Marrucini & Peligni in qb⁹ cursellũ: Orton & sulmo. Frẽtani primũ a Lyburnis & Dalmatib⁹: inde his pulsis a Thuscis orti: quo⁊ lingua larinũ metropoli vocauerũt. i. nobilẽ pricipẽ. Laronẽ. n. Etrusci & Larunẽ & Arunẽ vocãt nobilẽ pricipẽ. Iñ in trãspadana Lariũ lacũ: & in Thuscia Larones amnes: & Arunes coloniæ: & viri Arunes: quos Thusci secũda declinatiõe: Romani & Græci sicut Atlas tertia declinant: & pferunt Aruntes.

Constat Pliniũ in.iii. naturalis historiæ mlta ex hoc loco mutuatũ a Catone. Vñ ca.xii. Brũdusio cõterminus pediculo⁊ ager: nouẽ adolescentes totidẽq̃ virgĩes ab illyriis tredeci populos genuere. Et infra Laritiũ Diternia Tifern⁹ amnis: inde regio Frẽtana. Et ca.xiii. alia a Catone oppida gẽtibus assignat dicẽs. In vestinis Angulani: Sabino⁊ Amiternini Gellian⁹ inqt author est: lacu Fucino haustũ Marso⁊ oppidũ Archipe cõditũ a Marsia duce Lydo⁊. Et itẽ ca.xiiii. Piceni orti sunt a Sabinis voto vere sacro. Et i ca. sequẽte. Circa i qt Ariminũ ab Ancone: Gallica ora icipit: Togata Gallia cognoĩe. Siculi & Lyburni plurimi tenuere in ei⁹ tractu in primis Parmẽsẽ: Pręcutianũ: Hadrianũq̃ agrũ. Vmbri eos expulere: hos Etruria: hãc Galli. Vmbro⁊ gẽs antiqssima Italię existimat̃ vt quos Vmbros a Græcis putẽt dictos: q inundatione terra⁊: hymbri bus supfuissent. Trecẽta eo⁊ oppida Thusci debellasse repiunt̃. Hæc Plini⁹. In hac Vmbria & hoc capitulo Plini⁹ enumerat: Hyspellũ: Tuder: Fulginates: Menaniates: Spoletũ: Ameriã: q pprie Veilũbri (id ẽ a Veis priscis Vmbris orti) a Ptolemęo & Geographis vocant̃: vocabulo vere Etrusco. Et ideo argumẽtũ maximũ est: ab origine noĩs vetustissimi Etrusci: eos fuisse primã oĩm & vetustissimã veterũ Gallo⁊ lanigeno⁊ plẽ: i Sale Vmbrone ortã: cui⁹ adhuc amnes Veios vocam⁹ & mõtẽ Veiocũ. Hic plures etiam eos cũ Thuscis cõnumerãt. Q₃ vero ex antiq Thusco⁊ grãmatica reliqt nobis Cato: est qa Arun⁹ & Laronus & Atlaus secũdę declinatiõis apđ Thuscos erant: apđ vero græcos & Romanos tertię: vt Aruns Arũtis: & Atlas Atlãtis. Ex quo patet facile inuẽtu eẽ: vbi sint i Thuscia quos Plini⁹ in.iii. naturalis historię vocat Arũtinos veteres: Arũtinos fidẽtiores: & Arũtinos Rulliẽses. Sũt etem̃ vbi manẽt vocabula Etrusca: Arunes & Larones. Et in Sabatia q

Vmbri.

dē nō ꝓcul Roma: lacus Sabatinus: emittit amnē Laronē: a quo oppidū Annilara nō Anguillara dicit. Hi igitur sunt Aruntini fidētiores a Sabatio Sancto Fidio dicti: q populos in regione cōdidit: vt in cōmentariis Berosianis diximus. Alter vero amnis Laro est: q per Rullianā regionē primū: inde montē Atho ꝓterfluens in mare mergitur. Et ideo Aruntini Rulliēses dicunt: & nō Iuliēses: vt ridiculosa impſſio dicit. Arūtes vero senes vt Virgilius vocat: siue arūtini veteres vt Plini⁹ loqt: hi sunt Volturnæ camillarii vt postea videbitur.

Arūtes non arunci.

Sequitur fragmentum Catonis: his verbis.

A Gargano ad Brūdusiū coluere Celii: vnde Apuli daunū: apuli Boi: in qbus Arpe: Canusiū. Barariū. Sub his apenin⁹ ex trāsuerso diuidit in duo fines Italię: quos inter Tarētin⁹ sin⁹ iacet. Circūq; ipsū vndiq; e magna Græcia. Ad oriētē vero magnę gręcię pars ē œnotria arcadū: & Calabri prius ausones: ad quos Græca verbositas fert venisse primā græcoꝝ classem ānis ferme quatrincētis añ ruinas Troię: cū Oenotriū ducē arcadū post Troiā cōditā adnauigasse i Calabriā tradat Antioch⁹ Syracusanus: & circa orā maritimā posuisse colonias. Et vt parci⁹ mētiātur Gręci: ab eo quōdā dictā Italiā Oenotriam scribūt: cū ab iītio Italię a vetustissimo rege Sabinorū & Etruscorū penes quem erat imperium: id nomen sortita fuerit.

Plinius in. iii. naturalis historiæ ca. vi. Græci inqt: gen⁹ in gloriā sui effusissimū: Italię quotā partē appellauerunt magnā Gręciā. Inuenerunt igitur in aliquota paruaq; portiūcula Italiæ locū: vbi aduenæ Græci ab ipis Italis excepti suum nomē inderēt: quo facili⁹ mētirent/etiā reliquas ptes Italię a se ortas fuisse. Porro de tempore quo venit græc⁹ Oenotrius: licet magno impetu cōtra Catonē & alios Dionysi⁹ in primo libro inuehatur: tamē Catoni & antiqssimo Antiocho Syracusano magis creditur de antiqtatibus & Oenotriis: vt ostendimus superiorib⁹ cōmētariis: & in his q̄ supra Myrsilū & Sēproniū explanauimus: Nūc ad aliud fragmētū cōuertamur: qd̄ hoc modo Cato scripsit.

A Leucopetra ad Sarnū amnē vicinū Neapoli tenuere diuersi popłi: Vmbri: Itali: Sānites: Siculi: Peuccini: Picentini: & Etrusci: quorū vrbes sunt Clusium: Pestū: Elea nunc Velia: inter amnem Volturnū & mōtes apenini. Sabelli sunt proles Sabinorū: vt nomē est argumento: a Latinis Samnites: a Græcis Saunites appellati.

Hoc fragmentū valde diminutū est: & ideo in Sēpronio reqrat. Leucopetra est vltimū italiæ: e regione Sicilię: a qua versus interius littus & mōtē Apeninū tenuerunt hi qui venerunt ex Vmbria: & Etruria: & Sicilia cū Italo: & item ex Oenotria cū Peuccio Arcade fratre Oenotrii & Samnites q e Samnio venerūt duce Lucio a quo Lucani dicti fuerūt: sicut a Bruto Vmbro Brutii: & Piceo Etrusco Picētini. Supra docuit declinare Cato: vt qd̄ Etrusci secunda declinatione dicebant Piceus Picei: Latini in tertia Picens Picentis ꝓtulerūt. Dicit autem Sabellis esse argumento nomen: q; sint proles Sabinorum: quia omne nomem deriuatiuum & diminutiuū: originat necessario a primitiuo & integro. Ergo quoniā diminutiuū & deriuatiuū est Tussa Nana & Tuscanella: a Para Tussa & principe Tusca: necessario consequēs est: vt Tussa Nani & Tuscanelli sint proles Tussæ siue Tuscæ principis: a qua Plinius Tuscanienses vocat.

Sequitur fragmentum.

A Tyberi ad Sarnũ ícoluere primi aborigines ꝓles Vmbroꝝ. Priceps his vrbs vetustissima camerena a Camese condita: non ꝓcul vbi postea alba. Thusci his admixti: Osci q nunc capuani. volosci quos vocam⁹ volscos qb⁹ metropolis fuit anxur nũc taracina: stabia: Anitini: Hortenses: Longhani: Oscori: Macrani: Nuetini: latine Grauiscę: Picenti: forani: Pherẽtinates: Phregenates: sangnini thusculani: Certinẽses: vrsentini: volcẽtani.

Qui populi tenuerĩt Cãpaniã vetere & nouã & a Tyberi ad Sarnũ: exponit Cato. Primi fuerũt primi Aborigines. Sane Aboriginũ triplex genus extitit. Vltimũ fuerũt circa aduẽtũ Aeneæ Itali cõuenę qb⁹ admixti aduenę incertis sedib⁹ vagabant & latrocinio vitã agebãt: de qbus loquit in Catilinario Sallusti⁹: & Dionysius in primo libro. Hi latine Aborigines: id est absq certa origĩe dicti sunt: qa nemo his assignauit eã. Secũdũ gen⁹ fuit ante hoc in magna Græcia: dicti Græce Aborigines: ꝙ e mõtibus Arcadiæ cũ Oenotrio venerunt. Vñ & Cato & Dionysius in supradicto libro aiũt: Aborigines fuisse Gręcoꝝ genus. Tertiũ genus fuit aureo sęculo: vocabulo Etrusco & Arameo dicti Aborigines. Tres dictiones sunt: Ab id est pater: Ori: id est foramẽ & cauea: Genos: id est posteritas & ꝓles: vt periti Talmudistæ & diuus Hieronymus exponũt. Hinc Aborigines est paterna cauea nata ꝓles: quoniã priscis aureo sæculo ædes erãt antra & tuguria: & cauę quercus: vt Ouid. in. i. Metamorphoseos insinuat: & Virgili⁹ in. viii. æneidos dicit de eis. Gensq virũ trũcis: & duro robore nata. Et de hac dicit Cato ꝙ fuit prima Vmbroꝝ ꝓles. Ianigenæ eñ Galli veteres: fuerũt patres oĩm: & prima eoꝝ ꝓles antiqssimi Vmbri: vt supra exposuimus. Hi vero Vmbri genuerũt Aborigines priscos: a qb⁹ alii orti sunt in Italia prisca: id ẽ circa Tyberim q̃ fuit prisca Italia: vt supra Fabiũ Pictorẽ exposuim⁹. Et hoc pacto intelligit ꝙ Aborigines dicti sunt: a qbus fuit aliis origo Italiæ subaudi priscæ. Aliogn nõ staret: qa ante eos inueniunt Vmbri antiquissima & prima Italię ꝓles: & ante Vmbros inueniunt patres eorum Galli Ianigenæ veteres. Et de hac prisca Italia intelligit: qđ Iustinus ait vltimo Epitomatũ. Primi inqt q tenuerũt sedes Italię fuere Aborigines: qbus rex fuit Saturn⁹ iustus. Sed ante Saturnũ fuit Cameses saturn⁹ ægyptiorũ vt asserit Berosus: & Cato: & Igin⁹: & Macrobius in primo Saturnaliũ. Hic eñ Cameses q & Saturn⁹ ægyptioꝝ: regnauit in Libya: & Sicilia: & Italia: vt Berosus scribit: & Diodorus in. iiii. libro cõsentit. Vñ & ab eo Camese Camesenas: q & Camerenę: vrbes ĩuenim⁹ cõditas in Libya: Sicilia: & Latio: & Vmbria. Est eñ Camesena in mõtib⁹. Et in Latio circa Albã fuit Camerena quam expugnauit Romulus: vrbs Aboriginũ vetustissima: vt in secũdo libro scribit Dionysius: & hoc loco Cato insinuat. Nec te moueat ꝙ loco s. posteri posuerũt r. vt Cameses & Camesena dixerunt Camers & Camerena: qa hoc fuit in vsu antiqs: vt ostẽdimus in q̃stionibus Anniis. Hi igitur fuere prima Latii & Cãpaniæ origo: & nõ Græci. Postea aui eoꝝ Thusci: mittebãt colonias & ita multas regiones tenuerũt a Tyberi vsq ad magnã Græciã: vt sup Sempronium ostendim⁹: q vero ex Thuscis colonias miserũt hoc loco narrat Cato: & Plinius in. iii. naturalis historię a. vi. ca. passim in regionibus eosdẽ enumerat: quoꝝ etiã exponere origines nõ pigebit. Thusculanos a Thuscis dictos: nomẽ accusat. Sãgnini Thusci sunt in Sabatia: quib⁹ amnis est dictus adhuc Sangninaia a Sangni gentili Sabi. Et item Sangnina est oppidũ Volturrenæ nũc Viterbi: in regione adhuc dicta Sangninaia: cuius longitudo est a sancta Maria Sangninaia ad ipsum oppidũ ferme deletum Sangnina: circa Celenum. Phregenates item ex Phregene vna ex. xii. principib⁹ vrbib⁹ Iani: de qua supradictum est. Pherentinates: a Pherentino Trossulo oppido Othonis Cæsaris: vt memorat Suetoni⁹ in

Aboriginũ triplex gen⁹

Aboriginũ etymon.

Cameses.

Sangnini.

Pherentinates.

eius vita: distat a Vetulonia nunc Viterbo quinto miliario. Sorani Thusci permanent versus mare: ad ius Senensium nunc pertinentes. Picenti a duce Etrusco: vt supra exposui

Nuetum & Cornuetũ.

mus. Nuetum nunc Cornuetum: distat a Volturnę fano vigesimo lapide. Inscriptio eorũ vocabulis & literis Etruscis: vocat eos Nuetinos: id est latine Grauiscos. Quod vero post ea additum est cornuetani: ab insigni eorum corno arbore factũ est: vt in qstionib⁹ anniis

Volcẽtini.

explanauimus. Volcẽtini: a Volcen vrbe vna ex.xii. principib⁹ dicti: nomẽ est argumẽto: sicut & Cercinenses coloniæ: a Cercinę portione Vetuloniæ dictæ: de qua Cercina: in quęstionibus anniis diximus. Hi tenuerunt vltimũ Italię pmontoriũ: a qbus nomẽ accepit: &

Cercinum.

cuius meminit Plini⁹ in.iii. naturalis historiæ cap.xi. Cercinũ inqt esse longissimũ Italiæ pmontoriũ: aliqui existimãt. Senes nostri Ascreani ferunt fama teneri: tãtæ maiestatis olĩ fuisse qđ nũc dicif Viterbum: vt etiam maleficos ab vltimis Apuliæ illo traheret suppliciis afficiẽdos. Stãdum est aũt famæ vbi vetustas derogat certã fidẽ: vt ait Liuius in. vii. ab vrbe cõdita. Verũ nec fides abest: Lucumones qb⁹ tota Italia subiecta erat: in fano volturnę residẽtiã habuisse: in cuius pte Vetulonia Cercinę est: a qua Lucumonias Cercinas colonias in extima Italiæ miserũt. Vrsentini: nõ dubiũ a Tuscorũ familia vrsa noĩati. Ar-

Vrsentini. Vrsini.

gumẽtum a noĩe: in vico Tusco Romæ Vrsam familiã consedisse: & ob id Romanos Vrsinos & antiquissimos esse: & Tuscanienses simul: & vici Tusci colonos. Anitini: ab Anitinẽsi agro in tarqniẽsi: sicut Lõghani & Oscori: a Familiis Vetulonię dicti: quorꝫ pdia etiã ætas nostra vocat cãpũ Oscurũ & longhũ. Vñ in Tusca: vicus longhus est: a quo in vico Tusco Romæ est vicus longhus: vti sup Fabiũ Pictorẽ & in anniis qstionib⁹ dixim⁹. Osco

Osci.

ra qdẽ familia: dicta ab Osco Larthe: a quo positi Volosci siue antiq Osci & postea Osci: q & Capuẽses: vt exponit Seruius sup illo carmine Aeneidos. Oscorũqꝫ manũ. De his oĩbus memoriã facit etiã Plinius in.iii. naturalis historiæ. Nã cap.vii. sparsim numerat a Tyberi ad Sarnũ: Sorã: Ferẽtinates: Phregenates: Sangninos: Tusculanos: Anitinũ: Hortenses: Taracinã oppidũ: lingua Volscorꝫ Anxur dictũ. Osci: Volsci: & a Surrena augustali Surrentũ. Nuetanos vero Plinius platione Romana Nubetanos pfert qm̃ Nuetum Nubetum & Grauiscum aerem dicunt Etrusci: vt in interptatione Cornuetana docuimus. Si copiosius de Etrusca origine quæris a Tyberi ad finem Italiæ: lege Sempronium cũ nr̃is commentariis.

Sequitur fragmentum Catonis.

Roma principio sui pascua bobus erat. Circũ Tyberim septẽ rupes sibi ppetuę in Ernido succedentes: cauis paruis distinctæ erant sub qbus alueũ Tyberis quãdoqꝫ egressus paludes in planiciẽ rupib⁹ subsidẽtẽ inferebat. Saturn⁹ prim⁹ incoluit capitoliũ. Ital⁹ Auẽtinũ. Roma palatiũ. Cęlius cum thuscis cęliũ & viminale. Romulus cũ palatio: in quo quadratã Romã cõdidit: etiã exqlinũ tenuit ab excubiis dictũ: quas illi Lucumo dedit more thusco.xii. lictorũ: id est trecẽtorum armatorũ ad custodiã corpis simul & dignitatẽ: qa Tatius non erat sine suspitione infidę societatis,

Primo qrif: cur tã breuiter de origine vrbis Romæ transiuit Cato? Respõdet: qa voluit haberi p certo: solũ a trib⁹ gentibus: videlicet Luceribus: Thuscis: & Rumnẽsibus Albanis: & Tatiensibus Sabinis: originẽ habuisse Romã & non a Græcis. Nec videbaf Catoni rẽ certam ponere in compromisso & disputatione. Et quia ante se Fabius pictor amplissime scripserat: super quẽ cõmentaria edidimus. Qꝫ aũt Cato secutus sit Fabiũ: patet p id qđ in secũdo libro Dionysius dicit ꝙ Fabiũ Pictorẽ secutus est Cato Porcius: & quidam alii in historia expositionũ Remi & Romuli.

Romę origo

Etruria olim Italiæ princeps ab eorũ metropoli regia sic cognoiata: a Tyberi in Macrã diffundit̃. Gẽs pria illoꝝ maritima Lygurũ dicta a filio phaetõtis lygure quẽ mõtani Lygures pheritõ nũcupãt. Post Tyberina ostia Pheregene primũ Etrurię oppidũ i vicino littore: dictũ a genio Iano q prim⁹ ibi colonias posuit: & a pheritone: id est phaetõte q colonias adiecit: vti in Lyguria mõtana vbi a genii coloniis genua oppidũ: & ab adiectis pheritianis ad idẽ coloniis: amni ꝓxio & regioni pheretianę nomẽ reliq̃t. Prim⁹ oim gręcorũ Phaetõ ex attica solues cũ Lygure filio multis ætatib⁹ & sęculis añ Oenotriũ arcadẽ colonias adiecit italico littori: ab ostiis Tyberinis vsq; ad Niceã Massiliẽsiũ: & i medio portũ Lygurnũ a filio nũcupãs vltro citroq; littus oẽ Lyguriã dixit. Verũ Etrusci & eos secuti Romani ab ostiis Tyberinis Etruscũ vocauerũt vsq; ad caput Etruriæ. Iñ Populonicũ ab vrbe Metropoli Popiũ: Romane puppiũ. Postremo a Lygurno portu ad Macrã: ad cui⁹ fõtes est Apua oppidũ Apuanos Lygures vocãt: mõtanos vero oẽs Lygures q a Macra in Niceã effundunt̃. In mõtanis Lygurib⁹ sunt port⁹ Herculis ęgyptii. Nã Lybarnũ in his est a noie simul: & cognoie illi⁹. Gręci: vbicũq; nomẽ Herculis audiunt: putant esse suũ a noie sumentes argumentũ: cũ tamen ille neq; noie Libyus: a quo deuicti Libyi: sed Alceus dictus sit: neq; dictio Hercules sit græca sed ęgyptia. Nã illi Heraclio: id est Iunonis gloria cognomen fuit.

Sequitur fragmentum.

Supradixim⁹ Phregenas dictas a fato Genii: verũ Cato sentit dictas a duob⁹ videlicet: ab ipso Genio Iano & postea Phaetonte q colonias adiecit. Credat̃ igit̃ Catõi mag' q̃ supiori expositiõi: cũ qa ãtiqori de antiqtatib⁹ magis credit̃: tũ vel maxĩe ꝙ validissimo a gemiato limitib⁹ noie vtit̃. Pro quo notãdũ ẽ ꝙ Phaetõtẽ hebręi vocãt Phuth: ęgyptii Pheth aramei Pheritõ: & Græci ac Latini Phaetõ: vt hoc loci ex pte significat Cato & nos sup Berosũ plene exposuim⁹. Et vt patet in Beroso: & i cõmẽtariis diui Hierony. sup. x. ca. geneseos Libyi ãtea Phuthei a phuth & phaetonte dicebant̃: sed deuicto antheo eoꝝ pricipe ab Hercule nomẽ victoris Libyi susceperunt. Vñ & Diod. Sicul⁹ i fine q̃rti libri ait Herculẽ ęgyptiũ nõ Græcũ subacto orbe posuisse i triũphũ colũnã i Libya Deiñ notãdũ ꝙ i historia inuicibile argumẽtũ est vbi nomẽ ducũ limitib⁹ geminat̃: vt qa superũ & inferũ mare qb⁹ limitat̃ Italia dicunt̃ Turrhenũ: cõseq̃ues ẽ: vt tota Italia fuerit colonia & potẽtat⁹ Turrenorũ: vt valido argumẽto Liui⁹ ꝓbauit i v. ab vrbe cõdita vbi ait. Quãtũ valuerit supo & ifero mari qb⁹ Italia i sulę mõ cigit̃: noia sunt argumẽto: qa vtrũq; Turrhenũ vocãt Græci. Cęterũ litt⁹ ab ostiis Tyberinis vsq; Genuã gemiato noie Pheritonis & Genii limitat̃: qa circa Tyberim est Pheregenę a Pheritone & Genio dictę: & Genuę est Genua a Genio: & Pheriton amnis & regio. Quare oẽ litt⁹ ab ostiis Tyberis vsq; Genuã fuit coloniarũ Iani Genii Italiæ & Phaetonteaꝝ quę & Lygurum. Vnde & portus Lygurnus in medio. Quare ab Tyberi ad Genuã iure antiqui Lyguriam dixerũt: & diuiserũt in Lyguriam Etruscã: populonicã: Apuanã: Mõtanã: Geniã & Mõtonã monachã. Genua a Genio & Ianua ab eodẽ Iano dicta. Vñ ibi Caryc⁹ Ianũ id est vineæ Iani. Vnde & sancta Maria in vineis Genuę. Carim enim vineæ sunt in plurali: & Carin in singulari: vt diuus Hieronym⁹ interpretatur: & Talmudistæ consentiunt.

Genii. Phaeton. Genua. Lygurię termini & ptes

Notandũ item ꝙ nomina localia & gẽtilia & interdũ cõmunia dũ veniunt in cõpositione semper syncopantur: aut ꝑ synæresim vltima syllaba primæ dictionis abiicit̃: nisi fiat hiatus: quia tunc etiã prima syllaba secundæ dictionis subtrahitur gratia euphoniæ. Exẽplũ syncopę in cõpositione Vol & turrena: dicit̃ Volturna: & Lianũ Coriti: Corti Lianũ. Exẽplũ synæresis primę dictiõis: vt Corit Nyenta: Cort Nossa: Cort Enebra. Cort em̃ simul in cõpositione syncopat̃ ablata media litera i. & in fine synærizatur: amota finali prolatione. Vñ Pheriton si cõponat̃ cũ genio: auferẽ vltima syllaba ton: & a Genio i mediũ & dicitur Pheregenũ oppidum. Et si additur syncopa dicit̃ Phregenũ. Aliquãdo vero in cõmunibus synęrizatur prima syllaba vltimæ dictionis: & vltima primę: vt magis auctus in cõpositione dicit̃ mactus: sicuti illud est Mactæ virtutis esto. Portus vero Herculis & Monachũ in Lyguria mõtana Monacha: dicit̃ inqt Strabo ab Hercule Græco. Sed Cato leuiter dictum ac falso existimatũ: ꝓbat a pluribꝰ. Primo a Lucina vrbe Lybarno: quã etiam Ptolemęus & geographi scribũt. Nã Libyus est nomẽ ꝓprium Hercolis Aegyptii: & Arnus est vnũ ex cognominibus: vt ait Berosus in. v. antiqtatũ. Sũt aũt cognomina eius Her: Hercol: Ar: Arno: Musarno: q̃ lingua ægyptia significãt: Her qdẽ pellitũ qa induebat̃ simplici pelle leonis quotidie. Col etiã apud Hebręos totũ significat. Hinc Hercol significat pellitũ totum: quia pellibus ferinis toto corpore tegebatur ꝓ armis: nõdũ armis inuentis in primo ortu generis humani: vt ait Diodorus in primo li. Ar vero & Ari significat leonẽ: dictusq; fuit Ar ab isigni suo leone: qa ab isigni sępe noiabant̃ duces: vt Macedo lupꝰ: & Anubis canis: teste Diodoro in primo li. No aũt famã celebrẽ significat. Hic Arno id est leo celebris a virtute: qua vt ait Diodorus ꝓpulsabat iniurias ab hũano genere. Musa itẽ disciplinã significat apud oẽs gẽtes. Dictus est igit̃ Musarnus: id est doctor leo celebris: qa deditus fuit initiationibus & incãtamẽtis militaribus: vt significat Diodorus in. vi. Ergo Lybarni Lygures sunt coloniæ Herculis ægyptii: vt a noie arguit Cato & cognomine: a quibus ꝓpulsauit hominũ maloꝝ iiurias: & leonẽ insigne suũ reliqt. Arniẽses quoq; Thusci dicunt̃: quia ab his ꝓpulsauit iiurias stagnãtis planiciei & reduxit cũctas paludes in vnũ alueũ: & illis Leonem insigne dimisit: vt Florẽtinis. Musarni itẽ in Tusca vrbe: nunc Viterbo sunt: a quibus ꝓpulsauit gigãtũ iniurias: tũ in ꝓxima Etrusca Lyguria vbi cõpluti lapides Lamonis: tũ ꝓcipue Lurkios Lestrigones a pricipatu Vetuloniæ: itẽ illis insigne suũ leonẽ: & sceptrũ Lõgholã reliquit & incantamẽta initiationesq; militares ad lacũ Vadimonis edocuit. Vnde collis Arbani ab eo Musarnus: & oppidũ dirutũ non procul lacu Vadimonis dicit̃ Musarna ciuitas. Qđ nõ solũ in Thuscia: sed etiã in Indiæ regnis Gedrosia & Carmania egit: vbi metropoles vrbes Musarnas & populos Musarnos fundauit vt in Ptolemęi Geographia & aliis Cosmographis notatum videmus. Ergo ꝑ argumentũ a nomine & cognominibus: in Italia ægyptius Hercules nõ Gręcus reliquit monumẽta expeditionis suæ: quia Libyus: Arnus: Musarnus fuerunt cognomina eius & nomen: sicut Græco nomẽ fuit Alceus: cognomen Heraclius. Similiter Hercules est nomẽ ęgyptię originis non Græcę qđ falso furati Græci tribuerũt Amphitryonis filio: vt ingenue fatetur Herodotus in. ii. libro. Similiter Monachus portus Lyguriæ est ægyptiæ originis nõ Gręce: vt voluit Strabo. Estq; dictio composita a Mon & Akes: id est habitatione & municipio hamantium: qui scilicet hamis piscabantur. Itaq; concludit Cato: nihil esse in tota Lyguria originis Græcæ. Sequitur.

Herculis cognomina. Hercol. Ar. Arno. Leo insigne Lygurum. Monachus Alii monoechus.

Ges prima Etrurię maritima ẽ. Oppida in his Pheregenę: alsiũ: Agilla quę & cęrea: Pelasgis cõditum: Pyrgus: Grauiscæ ab aere

Excurrit Cato: ab ostiis Tyberis: ad ostia Macrę: gẽtem primam Thuscię maritimam: vbi multa quęrũtur. Primo: quare dimittit Massam: pręclarã

dictū:Cosę:Volcæ:Thelamō: ab argonauta rum principe cū in Etruriam ad Lucumones profectus Hercules alceus lacū Cyminiū effecit:& puella Faula subrepta ex Fano ad Euādrum perrexit. Vmbro fluuius limes tractus vmbrorū:Caput Etruriæ limes Etruscorum Phaliscæ:Populonium nauiū & classis Etruscorum olim princeps. Volaterrę & vada ei9 Pisa condita a Pisis alpheis Pelasgis. Luca illustris Lukio Lucumone rege Thuscorum. Lucus & montes Feroniani. Luna: Cariara ab Etruscis dicta:a græcis Selene. Apua in trāsitu Apenini ad fontes Macræ:vñ Apuani Lygures ab Arno ad Macram.

vrbē etiā ętate nr̄a:de cuius Lucumone:meminit Virgi.in.x. dicens Massic9 ęrata prīceps secat ęquora tigri. Respōdet qa non multū fuit in vsu Geographo℞ ponere illam. Cōtra hoc videt:qa in vsu Geographo℞ fuit ponere Tarqnias: & tñ Cato eā p̄terit. Respōdēt quidā:qa Cato posuit in maritimis:ī qb9 auctores cōcordāt. Reliqt igit Tarqnias qa in ea discordāt. Nā Plinius enūerat eā cū mediterraneis in.iii. naturalis historię ca.vi.& Silli9 Italic9 eādē in maritima gēte:vt ostēdimus.xxxi.qstiōe Annia. De quatuor vrbibus primis a Iano positis Pheregenę:Volcę:Volaterræ:Luna:supius dixim9. Alsiū dictum ab

Aleso Argiuo:vt significat Sillius in.viii.dicēs.Necnō Argolico dilectū litt9 Aleso Alsiū Nā in cōpatione & deriuatione nominū gētiliū & localiū:vt plurimū syncopa fit & Synęresis:vt Alesiū Alsiū:& Volturrena Volturna. Pli.in.iii.siliter enūerat. In hac gēte Phregenæ:Alsiū:Agilla Cęre cognoie:nūc Cęre vet9. Itē Purgus a quo sancta Maria Purgani: vulgo Vurgani. Grauiscę ab aere:sed Etrusce Nuetū:latie Nutetū id ē Grauiscū:& ab insigni vt supra ostēdim9:nūc Cornuetū. Cosas ī plurali dixit Virg. Quiq; inqt liqre cosas. A barbaris Gothis destructę sunt:post sub Desyderio Lōgobardo℞ rege restitutę:vt eius decretū ostendit:Asidoniæ dictę sunt. Nā Sidones etiā in Germania sunt in qua & Longabardi:vt in Ptolemęo p̄dit. Hinc Asidonia:quasi a Sidoniis Longbardis cōdita dicitur.

Alsium.

Asidonia.

A Tyberi ad Cyminia iuga:secūda gēs Thuscię est:cognomie a Thuscis Lartheniana: id est metropolis Eniana. Larthem em̄ summū regum vocant. Enianum vero vrbs in ea ab Enetanis pelasgis cōdita: quam Veii Etrusci pulsis pelasgis ampliatā:a principatu p̄uincię simul & cōditoribus priscis Larthenianum: Romani vero a genere populi Veiēs vocaue rūt. Oppida in his sunt:Sabum in Sabatia a Sabo cōditū:Larthenianū cognoie Veiens: Nepe:falaris:Soracte Phaliscorū mōs Apollini sacer:Phaliscanū:Phescenniū: vmbricū:a priscis Vmbris dictū:Flauianum: Arcennū: Mesium:a quo sylua mesia:Rosulū: Aræ mutię. Sutrium a Pelasgis conditum ab insigni

Sequitur.

Gēs illi triplex iqt Virg. Vti exposuim9 in qstionib9 Anniis: ex vrbib9 in hoc fragmento & supiori assignatis patet verū eē qđ Dionysius in.i.li.asserit:ātiqssimas vrbes fuisse puas. Qđ p̄fecto in his oib9 cernim9. Larthenianū.n.de quo in cōmētariis supra Sēproniū & aliis locis exposuim9: erat vrbs Metropolis toti9 p̄uincię:& tñ nūc existimat & ē pua. Plutarch9 in vita Romuli dicit: Veiētes a Romulo dictos Sardinianos:qa Etrusci siue Volturreni dicunt eē coloni Sardiniani : qa scilicet primi ab Etruria ī Sardiniam colēdā miserūt colonias. Vñ vt Strab.in.v.asserit:cū Hercules misisset Iolaū cū Tospiadib9 in Sardi

Sardiniani.

niã: inuenit Iolaus ibi colonos Barbaros natione Thuſcos cum qbus habitauit. Sed hic ſunt duo dubia. Primũ cur Romulus vocauit Veiẽtes Sardinianos. Nã licet Etruſci cognoĩe Vol

grano dictũ: Romana ſocietate inclytũ. Capina a qua capinates: Lacus Cyminius & troitum Phaliſcorum: finitimum Etruſcis.

turreni/ob colonias illo miſſas cognominati ſint Sardiniani: non tñ ſequiẗ ꝙ eo epitheto Veientes debuerint dici. Reſpõdeẗ: ꝙ poſteri ſæpe dicũẗ epitheto paterno: vt de Vmbris ſæpe diximus. Enetani vero ſiue Eniani Pelaſgi fuerunt/eiecti a Veiis Etruſcis vt hoc loco inſinuat Cato: & etiã Plutarchus in vita Romuli ſignificat dũ ait ꝙ Veii Etruſci dicunẗ coloni Sardiniani: & clarius Dionyſius in. ii. li. dicit: Veiẽs eſſe generis Etruſci. Et id circo epitheto paterno pulſis Pelaſgis dicti ſunt & ipſi Sardiniani. Secũdum dubiũ: quis Hercules fuit q Iolaũ miſit cum Toſpiadib⁹. Ad hoc Græculus mẽdax audebit reſpõdere ꝙ fuit Alceus ſuus/nõ Libyus ægyptius. Et vt ſibi credaẗ: mutabit o in e: & dicet Teſpiades. Sed qa de more ſuo dicũt & nihil ꝓbant: idcirco eadẽ facilitate reiiciunẗ qua ꝓferunt Nã tẽpore Alcei florebat Etruſcorũ imperiũ: nec ꝑmittebãt alienos principatu miſceri: & vix ꝑmiũ viriũ e fano Volturnæ retulit Faulã puellã: vt Verrius aſſerit: & nos in aliis explanauimus. Præterea ea ætate ĩſula refertiſſima coloniis erat. Et ideo Sillius & latini ad Libyũ nõ Alceũ retulerũt Toſpiades: cũ Sillius primũ Toſpiadũ Sardũ: Libyco nõ Alceo ſanguine ortũ decãtauit in. xii. li. dicẽs. Mox Libyci Sardus genoroſo ſanguine fidẽs Herculis: & reliqua. Deiñ vt ſup Sẽproniũ ꝓbauimus: Larthenianũ cognomine Veiens nõ diſtat ab vrbe Romana/plus tertiodecimo miliario. Nec debet q̃ri ſub noĩe Veiens: quo nominabant Romani: ſed quo Etruſci vocãt ad hãc ætatem Larthenianũ: vulgo vero corrupta pria litera Marthenianũ ꝑ Larthenianũ ꝓferũt. Nã Veios amnes/& ꝓdia Veia/& nomẽ Veium/nuſq̃ in tota Thuſcia/nullibiq; q̃ in tetrapoli Etruria nunc Viterbo reperies Itaq; vt Cato edocet ſicut ab Etruria vrbe cognomẽ accepit tota Thuſcia: ita a Lartheniano: & Veiente metropoli: cognominata eſt ſecunda gens Lartheniana ſiue Veiens ab vrbe Roma vſq; ad iuga Cyminia ꝓxima vrbi Etruriæ: vt ſignificat Liuius in primo ab vrbe cõdita vbi ait. Erat Sabinis vicina Etruria: proximi aũt Etruriæ Veiẽtes. Vtiq; ꝓximi tã limite q̃ genere: vt expoſuimus de vrbibus huius ꝓuinciæ: has enumerat Cato. Sabũ nũc vocãt Sanctũ Sabum: ſiue a Sagni gentili Sabi: quẽ Romani Sãctum Fidiũ: ſemipatrẽ q; vocabãt: vt ſup Semproniũ expoſuim⁹ ſiue adiecto aliquo alio ſancto. Nepe ab inſigni nomẽ habet. Phalaris etiam Phaliſce dicebaẗ. Vñ cũ Serui⁹ ſupra. vii. ęneidos dicit Ianum quadrifrontẽ e Phaliſcis vrbe Romã aduectum: nõ cõtradicit Macrobio in primo Saturnalium dicẽti: e Phalari: qa eadẽ vrbs eſt Phaliſcę ac Phalaris. Soracte eſt mons Phaliſcorũ vt etiã Acron aſſerit ſup Odam illã Horatii: Vides vt alta ſtet niue cãdidum Soracte. Errant igiẗ q putãt mõtẽ Phiſconũ eſſe mõtem Phaliſcoꝝ: qa prior eſt iter Etruriã & Volſinas: alter vero inter Phalarim & Flauianũ: ſiue alter in Etruria: alter in Veiẽte. Phaliſcanũ vulgo nũc corrupto diciẗ Philamanũ. Pheſcẽniũ vnũ in cãpania: Qđ aũt hoc loci Cato & in. iii. naturalis hiſtoriæ Pli. in Thuſcia nũerat: eſt oppidũ Phaliſcoꝝ in Veiẽte & eſt nũc vulgo dictũ Ciuita caſtellana: vt docuim⁹ ĩ. xxxvii. q̃ſtiõe annia. Vmbrica vrbs ferme deleta iuxta Pheſcenninũ. Flauianum iuxta Tyberim adhuc nomen habet: & eius meminit Virgilius in. viii. cum Veientes populos enumerans ſub Meſapo dicit. Hi Pheſcenninas acies: ęquoſq; phaliſcos: Hi Soractis habent Arces Flauiniaq; arua & Cymini cũ monte lacũ. Arcẽna ſiue Arcẽnũ oppidũ Veiẽtum circa limitẽ Cæritanũ/deletũ a Romanis: vt in fine. iiii. libri ab vrbe condita dicit Liuius. Poſtea reſtitutum & reparatum: Barcennum dicitur: prępoſita de more conſonante. Verum vt ſuper Beroſum oſtendimus pri-

Hercules Libyus toſpiades duxit.

Larthenianum.

Phalaris.

Phaliſcanũ.
Pheſcẽniũ.

Arcenna.

mū omniū nomen illi fuit Brygianū:nūc corrupte Braccianū. Mesium oppidum nō procul loco nunc Baccino dicto erat. Nam quæ nunc sylua Baccani dicitur:antea Mesia a Thuscis dicebatur: de qua Liuius in primo ab vrbe condita dicit. Sylua (inquit) Mesia Thuscis adempta fuit. & in bello Veiēte cū Fabiis dicit auditā fuisse vocē e sylua Mesia. Rosulū: & mons Rosulus nomē retinet. Arę Mutię: vulgo Arę Muzę: oppidū in edito est iuxta Fescenniū: de quo Plini⁹ in. ii. naturalis historię. Ad Aras inqt Mutianas in Veiēte & in sylua cyminia loca sunt: in quib⁹ depacta terrę nō extrahunt. Sutriū per synęresim cōponit: a suto. i. frumento & tris. Sūt em̄ tres spicę illius insigne: vt. xxxvii. quęstione diximus. Aberrant igit quidā ridiculi: qui Sutrium a Saturno conditū fabulantur. Est em̄ antea graiis Pelasgis conditum vt nomē arguit: & per y psilon debet scribi Sytrium. Capinā scribit etiā Plinius in. iii. naturalis historię: & capinates lucosq́ Capinos scribendū est ac dicendū: a Capi eorū olim insigni falcone. Nam Capena & sylua capena in colle Auentino erat: vti Fabi⁹ pictor & Semproni⁹ & alii tradūt. Troitū oppidū Phaliscorū vltimū est in cyminiis in limite Viterbensis agri: & ideo finitimū Hetruscis. Stomachosa impressio Liuii in. x. ab vrbe condita: impressit Troilū pro Troitū ad insigni olim eorum pisce dictū: qđ a Gothis dirutum. quā vidimus perseuerat Familia Troita Viterbum diu colentem. Sequitur.

Mesia syl. | Arę Mutianæ. | Sutrium. | Capina. | Capena. | Troitum.

Gens tertia Thuscię transcyminia: a Cyminiis diffunditur ad Pistoriū. In his Volturrena sub radicibus cyminiis iacens cognomie Hetruria: a q̄ tres gētes Hetrurię appellant Hetrusci: vt a communi metropoli: & ager Hetruscus antea Vmbronus dictus vbi vmbri orti. In eo agro Ferentia: Trossolū: Meonum: Turrhena: Volturna. Sub Volturrena Aruntes veteres cognomine Camillarii: longius Blere: Olena: Tussa Nana: Larthes oppidū: Sale vmbrona: Cort Nossa: Cort Enebra: mons coriti in iugis cyminiis: e regione mōs Phiscō quę & arx Iti: Volsine: Pelii: oropite: sentinas: clusium vet⁹ a pugna: sed a duce comersol: mōtes tumniates: Sora: Soana non procul Saturnia lapides a Ioue compluti in auxilium Herculis contra Lygures Hetruscos gigantes: a filio dicti Lamones: amnis Pelia: mōs Peli⁹: Mōs tūnias: Rosellę: vmbro in mōte: Sena Colonia: Phocēses: Pistorium: vmbro amnis: Stellates: Fluentini: qui & arnienses: clusium nouū: vnde clusentinus transitus Annibalis: Aretiū: Crotona a Crotone socio Herculis condita.

Sicut a metropoli Babylonia: ęgypto Persia: Samnio: oēs sub ea regiōes cognomina acceperunt: pari forma tres Thuscię gentes a Metropoli sua Hetruria & antiq̄ Turrena: dictę sūt Hetruscæ ac Turrenæ vt hic significat Cato: sed primario significato Volturreni iuxta Volsiniēses: hi sunt cognomine Hetrusci: vt asserit Pli. i. iii. naturalis historię: acp̄pterea Volturrena ad radices subiacēs Cyminias ē Metropolis Hetruria: vt hic Cato memorat. Qđ p̄fecto & argumentū a cōiugatis inuincibile demōstrat. Si em̄ Volturreni: iuxta radices subcyminias & Volsiniēses: hi sunt cognomie Hetrusci vt asserit Plini⁹: vtiq̄ necessario sequitur qđ ait Cato: vt Volturrena iuxta Volsiniēses & radices sub cyminias ipsa sit cognomine Hetruria a q̄ de more antiquo tres Thuscię gētes denominationē habeāt. De origine vero nominum Turrena: Hetruria: Volturrena: & qua orthographia scribēda sint: ī q̄stiōib⁹ Anniis: & sup Myrsilū copiose tractauim⁹: & similiter de Sale Vmbrona: perusia: Stellatibus: Arniēsibus. Nūc per singula excurremus: quę hic enumerat Cato: &

quæ Plinius in.iii.naturalis historię ca.vi. Ferentia quinto ferme miliario distat a Fano Volturnæ:de qua q̃stione Annia.viii.tetigim⁹. Trossulũ & Mę onia:Męonũ: Turrhena ibidẽ exposita sunt. Volturna minor monopolis non tetrapolis in agro Fani Volturnę regiæ:altera deleta est. Deinde Cato quę alia oppida Volturnę regię vicinę essent enumerat. Arũtes (inquit) veteres cognomine Camillarii. Plinius eos vocat Aruntinos veteres. Virgilius in.vii. æneidos:vocat eos a cõmẽtariis Thuscorũ & secretarios atq̃ referẽdarios annaliũ antiquorũ:qui referebãt dicentes:his nostris agris ortus Dardanus Turrena sede patris Coriti/in Phrygiã abiit. Sic em̃ ait. Fama est obscurior annis: Arũtos ita ferre senes:hĩs ortus in agris Dardanus: Idęas Phrygię penetrauit ad vrbes: Thraiciamq̃ Samũ:q̃ nũc Samothracia fert Hũc illum Coriti Turrena a sede ꝓfectũ Aurea nunc solio stellantis regia cæli accipit idem. Sunt em̃ camillarii cognomine mont aruni:id ẽ municipia Aruni vt cõmentario octauo superiore:& in quęstionib⁹ anniis exposuimus. Nam Mont municipia vel vic⁹. Aruni vero declinatione Romana Aruntes dicunt. Porro Camillus Hetrusca lingua minister est quẽ dominorũ camerariũ & secretariũ dicimus:vt Macrobius: Seruius: & alii dicunt. Hinc Camillum teste Seruio Hetrusci vocãt etiã Mercuriũ secretariũ deorum. Quare Camillarii senes Aruntes:erãt secretarii & cancellarii Lucumonũ. Eratq̃ vicus eorũ in delitiis Thermaꝝ distans a Fano Volturnæ sede Turrhena Coriti:vno miliario:non procul Thermis lasinellis. Sũt nũc vestigia Thermaꝝ:& suffodiunt sępe vetustatis plura argumẽta:& adhuc initium vici vocam⁹ Hetrusca lingua Camillariũ:& pontẽ eius Camillariũ inclytũ martyrio sanctorũ martyrũ Hilarii ac Valẽtini:& finẽ vici adhuc vocabulo veteri vulgo mõt Arunes dicimus:qđ est Aruntes municipes vel viculi Aruntũ. Quare falso scribũt in.vii.ænei.quidam Aruncos ita ferre senes:q̃a Arũci sunt noui sub Aenea nõdũ conditi:quãdo Latinus Aeneæ oratoribus dixit. Veteres Arũtes ita ferunt:& scribunt hęc verba. Dardan⁹ ortus his agris: & profect⁹ a Turrhena sede Coriti patris sui Idęas Phrygię penetrauit ad vrbes. Itaq̃ nõ Latinus ibi dicit his ort⁹ Cãpanię agris & Turrhena sede Coriti:q̃a falsum esset: sed solũ dicit ita scribere & asserere camillarios Arũtes:qđ ad vnguẽ verũ est. dũ Aruntini veteres vt vocat Plinius:aut Arunti senes:vt Virgilius:vel Aruntes veteres Camillarii: vt notat Cato scribunt:his Aruntinis Turrhenæ sedis Coriti patris sui:ortus est Dardanus. Sed de his satis. Sequit. Longius (inquit) Blere. Nam Arũtes Camillarii vi.o lapide aberãt a Volturna: Blere vero decimo. Origo nois est a fluere. Nã latini. F. ponũt vbi Hetrusci. B. quia Blere est Flere. Flere aũt est fluere & scaturire siue erumpere lachrymas vel aquas. Hinc Blere oppidum dictũ:q̃ nõ ꝓcul ab eo duorũ fluminũ Minionis & Blerani fontes fluãt erumpãt & scaturiãt. Olena oppidũ dirutũ iuxta Tuscanellã vbi & diruta iacet Tussa Nana ad hanc ætatẽ dicta:ad distinctionem Tussæ paræ. Nam para Tussa ẽ princeps & coronata Tusca a Tusco rege filio Herculis dicta pars regię tetrapolis. Tussa vero Nana id est Tusca parua a cuius ruinis Tuscanella condita ab Ascanio:vt incolæ scribunt:& a Cane Tuscanella cognominata sicuti perhibent:& nos ample ostendimus Annia quęstione.xxxiii.&.xxxiiii. De Coriti vero extremis vrbibus copiose dictum est sup̃ius q̃stione Annia.xxxvi.&.xxxvii. Mõs vero Physcõ corrupte Phyasconẽ ꝓferũt. Dict⁹ sic fuit a Physconib⁹ veteribus Pelasgis: q̃ sacrauerunt fanum ingens Volturnæ:vt Virgil.in.viii.ænei.memorat:vnde & iuxta Volturnã proferimus duplici.l.campũ Pellasgi. Nã teste Ptolemęo & Geographis: vrbs physcæ est in pelasgiotis Macedoniæ:a quib⁹ Physcũ nomẽ & pelasgi in agro Volturreno. Dict⁹ est etiam idem mons Arx Iti:id est Iouis:qui & Coriti. Idẽ em̃ fuit Iuppiter & Coritus vt Berosus exprimit:& in fine primi libri diuinarum institutionũ refert Lactantius. Quare falso in historia sancti Flauiani martyris scribitur Arx ici pro iti. sicut in Virgilio Aruncos ꝑ Aruntos.

Arũti veteres. Camillus. Blere. Mons Physcon.

De Peliis Pelasgis sunt mons & amnis Pelia quem corrupte dicimus Paliam iuxta Oropitũ quem per syncopam Orbitum vocat in Decreto Desyderi⁹ rex. Ex quo patet multis locis nomina reliquisse Pelasgos. Nam Oropitum est vrbs Achaiæ: vt patet in Ptolemæo. Vnde & Achei etiam duce Vibio vt aiunt: Perusiam ampliauerunt. Sed videtur ꝙ Cato contra suũ institutum agat: quia vt ab initio patuit: Cato instituerat ostendere Græcos Italiæ nullam dedisse originem. Ad hoc dicimus ꝙ licet magna parte Italię potiti Pelasgi etiã magnas vrbes condiderint: tamen vt ait Dionysius Halicarnasseus in primo libro: non licuit eis diu victoria vti: quia mox a vicinis & præcipue Turrenis a tota Italia pulsi fuerunt: & ita a Græcanica origine integra Italia mansit. Sentinas oppidũ erat inter Aquasenses & montes Tũniates: a quo adhuc dicitur pons Sentinus: & in Liuio legimus Hetruscorum agrum Sentinatem. Est etiam Sentinas ager in Phaliscis. Clusiũ vetus est cognomen a pugna: quia cluere antiqui pugnare dicebant: vt ait Plinius libro. xv. naturalis historię. cap. xxix. Nam illi ꝓpriũ nomẽ fuit Comersol: quod & Liuius in. x. ab vrbe cõdita cõsentit ibi scribens. Clusium inquit antea Comersolum dicebatur. Et quidem a duce: vt ait Cato. Berosus in. v. antiquitatum ait Ianum instituisse regem Vetuloniæ Comerum cognomine Gallum: a quo regio & loca nominata sunt. Vestigia permanẽt: Clusii priscũ nomẽ Comersol id est Comeri iugũ & in agro Volturreno Vallis Comera: & Ry Comeriũ id est regis Comeri Amnis: & in phaliscis comersana Insula. Mõtes Tunniates nũc sunt dicti Radicophani & sancta Flora: & vulgo corrupto Dunniata pro Tunniata: de quib⁹ Strabo dicit in. v. ꝙ Populoniã & Cosas sequitur ꝓspectus Tunnorũ. Nam ab his mõtibus vsq; portũ Herculis & Cosas ꝓspectus est: vbi est lacus Oropitelli: in quẽ Tunni sequuti purpuras & glandes irruũt: vt ibidem significat. Et ideo Tunniates dicunt: qui nunc Roda Cofani a Longbardis appellati sunt. Sora: & Soana in maritima Senẽsi sunt: & nescio quo pacto in mediterraneis hic ponunt. De Lamone & pugna Herculis in tertio cõmẽtario supra Semproniũ dixim⁹. Rusellę iacẽt dirutę ad Thermas sancti Philippi: de quibus Liuius ait: pugnatũ a Romanis fuisse in agro Rusellano. Vmbronẽ in monte existimo esse nunc sanctũ Quiricũ quia sub eo oritur Vmbro fluuius: qui ꝑ Rosserũ (nunc addita. G. Grossetum est) in mare mergitur: vbi finit tractus Vmbrię qui a Sale Vmbrone in regione Tyberina incipit. Sena Colonia: de qua Plinius in. iii. naturalis historiæ: Colonia (inquit) Senensis: circa tpa Pompeii Colonia deducta est. quã teste Appiano in primo de bellis ciuilibus Pompeius qm̃ fauebat duci Martio: hostiliter diripuit. Saturniam nup iidẽ Senẽses reparauerũt: cuius meminit idẽ Appianus in eodẽ libro. Sylla (inquit) ex suis Romæ nonnullis præpositis Clusium profectus est: quo intrant residua belli: ortaq; equestri pugna iuxta Glanem fluuium ad quingentos ex hostibus Sylla occidit: quo etiam tempore circa Saturniam reliquias hostium vicit. Hi Saturnini teste Plinio ante vocabantur Aurunini. Aurunus autem fuit Larthes Hetruriæ: vt Berosus scribit in. v. antiquitatũ Phocenses dicti omnes qui regionem vallis fluenti Esaræ incolunt: vbi & vetustissimus lacus & oppidum Phocekium vulgo dicitur. Eam appellationem habent vt fama proditur: ꝙ ibi Phocenses Pelasgos. Turrheni & Crotonienses deleuerunt. In hac regione rex Desyderius condidit oppida dicta sanctos Geminianum & Miniatem: vt excisum Alabastro eius decretum memorat. Pistorium est triplicis originis. Latina em̃ origine vt fertur a pistorib⁹ in Catilinario bello nomen magis refirmauit q̃ desumpsit: quia a Pelasgis habitatum fuit: vt nomen accusat: quia a pistos & oros origine Græca componit Pistorium: id est fidelis terminus. Nam fidi viri eum locum incolebãt quia clauis est & tanq̃ claustra opposita Gallię Cisalpinæ nũc Lõbardiæ. Verũ etiã antiquior illi inuenit Hetrusca origo. Est em̃ nomẽ cõpositum a pist: qđ teste Samuele ostiũ: & oros quod est mons. Hinc Pistorium proprie dictum: ꝙ sit ostium transcẽdendi Apeninũ montẽ a Tuscia in Galliã. Vnde & ab eo in gallias con

Sentinates.
Clusium.
Sena.
Aurunus
Pistorium.

tendebat Catilina: vt Sallust. in Catilinario significat. Et Antonin⁹ in Itiner. dicit Pistoriũ esse vię Aurelianę atq; Claudianę trãsitũ in Gallias. Vmbro alter fluuius & Stella: ĩ regiõe Pistoriẽsi & Pratẽsi ferũt. Stellatini in vico Tusco Romę: vnã tribũ effecerunt: vt sup Fabium pictorẽ vidim⁹. Pistoriũ cinxit prim⁹ mœnibus: rex Desyderi⁹. Fluẽtini cognomine Arnienses ab Arno cui pterfluenti vicatim erant appositi: vt Pli. significat: a Iano ex primis. xii. populis positi fuerũt: vt in principio significauit Cato: & nos ibi exposuimus. Tribũ etiã ipi vnã in vico Tusco Romæ fundauerunt: vt in Fabio Pictore vidimus. Clusiũ nouũ adhuc in Glusentino dicit: vnde trãsitus fuit Annibali in Aretiũ & Trasimenos. Existimo ꝙ sit a pugna Annibalis Clusentina regio dicta: quã vulgus nũc corrupte Casentinã appellat. Aesar fluuius dictus: quia lingua Hetrusca Aesar dicitur deus: vt Sueton. dicit in vita Octauiani Cur aũt illũ Hetrusci vti deũ extimuerint: fabulã refert Strabo in. v. lib. Is Aesar fluuius cũ Arno cõgredit: & simul cũ eo in mare mergit: nõ procul portu lygurno. Croton mediterranea: tpe Dionysii halicarnassei Colonia Romanorũ facta: & dicta Cortonia: vt i. i. li. idẽ Dionysius asserit. Ergo antiquit⁹: neq; Cortona dicebat: neq; ab antiquo corito deriuationem & originẽ habuit: sed Croton mediterranea appellata est: vt Dionysius Cato & alii dicũt: & a socio Herculis Aegyptii originẽ traxit: qui Croton dictus est.

Fluentini.

Clusium nouum.

Aesar.

Croton.

Sequitur.

Apeninus mons Italiã in duo secat. Radices sub Pœnino transitu Annibalis in alpib⁹ a Nicea ad ipm ferme Pœninũ in latitudinẽ extendunt: & vsq; ad Macrã Lygures mõtani incolũt. A macra itẽ ad fontes Tyberis ad iferũ mare Thusci: ad superũ Galli Aureliani & Aemyliani. A fõtib⁹ rursus Tyberis ad Narẽ Vmbri inhabitãt. Principio Tyfernũ: & in fine Ameria Tuder sunt. Galli oẽm Vmbriam pulsis Hetruscis occupauerũt: exceptis Typherno: Esisio: Hyspello: Fulgineo: & vetusta Veiorũ prole: quã Veilũbrã. i. veiam prolẽ antiquã vmbrã dicũt: in quib⁹ principes sunt Spoletũ: Tuder: Meuania: & Ameria ferme nõgentis ãnis & ampli⁹ restituta ãn Persę bellum a Veiis Hetruscis antea cõdita: duce Ameroe Atlãtis Itali ex Pleiona vxore filia. A Nare porro amne vsq; ad Equiculos tenent Sabini a Sabo cõditi Sabatio Sangni gentili edito. Inde ad fõtes Sarni amnis Sabelli Sabinorũ proles incolunt.

De Pœnino & Apœnino & incolis eo꞉ copiosissime in cõmẽtariis Sẽpronianis traditũ fuit. Quæ vero pcurrenda sunt: hęc vident. Primũ qa Pli. in. iii. natura. histo. dicit Catonẽ tradere ãn Perseũ bellũ annis supradictis Ameriã cõditã: cũ tñ dicat restitutã a Veiis: videt mihi ad hoc dicendũ: ꝙ vel Cato alibi illud scribit: vel Plini⁹ sumit cõditã cõiter qa oĩs vrbs dicit cõiter condi cũ fundat: vel consumat: vel ampliat: vel reparat: vel restituit & reædificatur. Vnde a pluribus & diuersis temporibus legimus Carthaginem fuisse conditam. Cæterum de Atlante Italo: socero Coriti Thusci: & vxore ac filiabus eius geniti in Volturrena sede Coriti: & locis eorum extãtibus: simul & Sabatio Sangni gentili sabi: in Berosianis cõmẽtariis plene tradidimus. Sequit tñ oẽs Veilũbros a Veiis priscis Vmbris ortos in Saleumbrona. Nam Veii amnes & Veia vetusta prędia in Saleumbrone sũt. Est eñ Veilumber Veia ples Vmbra. Sequitur textus Catonis. Lucani a Samnitibus (duce Lucio) dicti: sed ante illũ Coloniæ erant Hetrusci generis: qui sunt Bussentũ a Vussetinis: Sẽtini: Tergilani Vrsentini itẽ a Trasimenis: Volcẽtini a Volce maritima & Thebani ab Ocno missi.

Condi.

Catonis verba.

Sup Sẽpronium & in aliis de his diximus: quos etiã Plini⁹ in. iii. naturalis historiæ his locis enumerat. Hetruscę vero fuisse originis nomina sunt argumento. Nã Vusetini sunt incolę.

Vusetini.

Volturreni in Thermis adhuc Vusetinis dictis: q̄q̄ in Plinii. iii. li. ca. vi. Esetini stomachosa impressio notat. Cuius error patet: cū q̄a tota impressio illa mendosa est: tū vel maxime: quia post Maritimā gentē & Colonias Thuscię: Plinius per ordinē alphabeti alias vrbes & vicos Thuscię enumerat. Et vt patet ibi: Esetini sunt in lrā. V. Quare Vusetini Thuscię sunt: a q̄bus Bussentū. Vñ & Busseta vulgo Thermas & vicos deletos pferim⁹. Sētini vtiq̄ a Sentinatibus orti: sicut Vrsentini a Trasimenis. Vrsaiā em̄ regionē: planiciē q̄ ipi subiacētē: Cortoniēses nūcupant. Thebani ab Ocno missi: dicti sunt: q̄ cū sua genitrice fatidica Māto Thebana ad Tyberinū venerunt: & Hetruscis cōiugio iuncti fuerūt: & illo missi. Vusetinæ Thermæ. Vrsentini

Sequitur.

Sangni gentilē sabi pronūtiāt sabini: Sanctū Romani: sagam Barbari: a quo & sagi primi thusci. i. pontifices & sacri expiatores. Ex quo patet leuitas cū loquacitate græcanica q̄ a Lacedæmoniis ortos scribūt sabinos: & græca origine a seuomę dictos fingunt. Sed Roma tū rudis erat cū relictis lrīs & disciplinis Hetruscis: mirabūda gręcis fabulis rerū & disciplinarū errorib⁹ ligaret̄: quas ipi Hetrusci sē per horruerūt: neq̄ ob id latinas q̄dē voluert̄ suscipere vsq̄ ad Cecynnā Volturrenū magistrū quadrigarū & augurū principē: patrem Menippi & auū Menodori: quos añillū pater eius Volturrenus: auusq̄ Tit⁹ & pauus Turrenus: semp Romanis principib⁹ charissimi renuerūt: cū ad eas recipiēdas vrgerent̄. Nā ipe Turrenus pr̄e Elbio Volturreno & regū Hetruscorū vltimo ad lacū Vadimonis cęso equidē ad reddēdā vrbē Hetruriam anno secundo Olympiadis cētesimæ vigesimę quartę allici potuit: sed ad recipiendas latinas literas nunq̄ persuaderi potuit.

Etiā tp̄e Plinii Sagi Thusci dicebant̄ q̄ egesserunt septē maria: & ostio Padi Sagæ nomē imposuerūt: vt scribit in. iii. naturalis hist. ca. xvii. Fest⁹ quo q̄ Sagā exponit expiatorē: & diuus Hieronym⁹ imolatorē: q̄d ē pōtificis & sacerdotis officiū. Sed de his tetigimus sup Sēproniū: & Berosū: & Fabiū pictorē: vbi etiā ostēdimus Sabinos a Thuscis non Gręcis originē & disciplinas assecutos fuisse. Hoc loci notāda sūt hęc. Primū q̄ Ian⁹ docuit Physicā & Astronomiā: vt Berosus asserit & physici: q̄a teste Macrobio Physici Ianū miris argumētis diuinitatis cōsecrāt. Et vt ait idē Berosus & Macrobi⁹ in prio Saturnaliū referēs Xenophōtē: prim⁹ Italos docuit rit⁹ sacros & religionē & Theologiā: adeo vt Mythici tradāt sub Iano oīm domos religiōe ac sanctimonia fuisse munitas. Et vt p̄sequit̄ Berosus moralē viā & diuinatiōes: q̄b⁹ p̄ualuere Hetrusci: docuit: & literis mādauit. Quę oīa vsq̄ ad suā ætatē durauisse Diodorus i. vi. asserēs: Turreni inq̄t lrīs & inuestigatiōi re᷑ naturaliū atq̄ theologię plurimo tp̄e impēso: pręcipue in interpretatione fulgurū versati sunt: adeo vt vsq̄ ad ętatē meā vniuers⁹ orbis: tū admiret̄ viros: tū interp̄tib⁹ fulgu᷑ vtant̄. Sc̄do notādū est q̄ ipe Ian⁹ fuit pr̄ia Ogygi⁹ Phœnix: & ob id p̄prię Hetruscę Ianigenę lrę atq̄ disciplinæ erāt phœnices: eędē Assyrię: q̄rū a gręcis distātia ē: quia Phœnices & Chaldęę certissimę sūt & antiq̄ssimę & toti orbi admirabiles. Gręce vero cōfusæ & nulla vnq̄ certa sn̄ia habita: per oēm vitā hoīes errare cōpellāt: vt clare asserit Diodor⁹ in. iii. li. Et iō nō mi᷑ est q̄d ait Cato q̄a Hetrusci semp horruerūt lrā & disciplinas gręco᷑ vti nouitias & incōstātes & sibiipsis diffidētes: cū ipi antiq̄ssimas & vsq̄ ad tpa Diodori toti orbi admirabiles a Iano traditas retinerēt. Audeo dicere atq̄ p̄bare cū oportuerit: ēt ipm̄ Aristotelē icōstātē esse: atq̄ p̄lib⁹ locis mēdacē. O quātū nocuit veritati Italicę a Iano traditæ: introductio vanissimæ philosophiæ

Sagi. Saga. Physicā Ianus docuit. Iani pr̄ia.

Grecorũ. Vere Cato vates fuit: q vt in principio ostendimus ad filiũ scribens: quandocunq; inquit gens ista lras suas ad nos adducet: oĩa corrũpet. Tertio notandũ est: vt ait Liui9 in no no ab vrbe condita. Romani discebant antea literas & disciplinas Hetruscas: vt postea Græcas: quia rudis Roma non aduertebat sed mirabat eius fabulas & mẽdacia. Nam postea erudita: & animaduersa eorum mendosa leuitate exclamabat. Oĩa nouit Greculus esuriens. Et item. quicquid Græcia mendax audet in historia. Et idcirco Hetrusci nolebãt disciplinas latinas suscipere: quia pẽdebãt a greca fabulosa mendositate. Quarto notanda est Genealogia principũ fani Volturnæ post pdomitã Hetruriã. Vltimus inquit Hetruscorũ Larthes fuit

Elbius — Elbius: a quo vicus Cyminius Elbius: in Ptolemeo legim9. Hoc ceso ad lacum Vadimonis:

Turrenus. — vrbem defensabat Turrenus filius eius: qui eam tandem Romanis dedit vt hic notat Cato: & Valerius Maximus li. iiii. ca. penul. cũ de Hetrusco adolescente loquẽs: quod inquit sequitur externis annectã: quia ante gestũ est q̃ ciuitas Hetruriæ daret. Huius Turreni filius fuit

Titus. — it Titus: q si quo authore memoret: nondũ comperi. Huic Tito pater fuit Volturrenus: nõ solum prout Volturrenus est nomen locale: sed propriũ: vti Florentinus Cecynna illustris principatu quadrigarum & augurandi: vt hoc loci Cato: & Plinius in naturali historia: & nos in. xxvi. & . xxvii. q̃stione Annia docuimus. Argumentũ vero q prim9 literas latinas suscepit: qa in Surrene Thermis canale ingẽs plumbeũ Cecynne inuenit Paulus Begninus ita latinis literis excisum. TVRR. TITIANI. V. C. id est Turrheni: Titiani: Volturrheni: Cecynnæ. Ita Cecynnæ epithetum paternũ auitũ & proauitũ antecedũt more latino. Hic Cecynna genuit Menippum patrem Menodori: cuius meminit Appianus in li. v. de bellis ciuilibus dicens Menodorum Turrhenum classe parata affuisse Iulio Cæsari cõtra Pompeium iuniorem: fuitq; bello nauali Menocrate superior Menodorus noster Turrhenus. Etenĩ semper capi fuerunt Hetrusci: & inter dominos quadrigarũ & principes legionum computati apud Romanos: vt hoc loci Cato & Horatius in primo sermonum: Satyra sexta: a patrib9 & auis sub Mecœnate commendat dicens. Non quia Mecœnas Lydorũ quicqd Hetruscos Incoluit fines: nemo generosior est te. Necq; auus tibi maternus fuit atq; paternus Olim qui magnis legionibus imperitarint. Hoc quoq; loci notandũ est q quidã Mecœnatẽ existimant fuisse ex antiqua Turrhena siue Hetrusca lĩgua Volturrena: percharumq; Octauiano fuisse: quia fuit filius Menodori cui9 ope atq; industria vicit residuas belli Pompeiani furias Iulius Cæsar Octauiani pater. Sic em̃ Mecœnas incoluit siue incola fuit Hetruscus id est Volturrenus: quia Hetrusci sunt proprio cognomine Volturreni: quib9 solis limites Hetrusci & Lydorum fines sunt iidem: tam ex parte Cyminia q̃ Tyberina. Nã Vetulonia fuit a prĩcipio decus Meonie gẽtis: vt ait Silli9 in. viii. Et cadẽ Lydia gẽs bello pclara iugis insedit Hetruscis. i. Volturrenis & Cyminiis: vt clare ostẽdim9 i q̃stionib9 Anniis: pcipue q̃stiõib9. viii. ix. xi. xxx. & . xxxii. Et a Turrhena Tyberis Turrhenus & a gẽte Lydi9 dict9 est: & ab eadẽ vrbe Hetruria & Tusca cognoĩe: dict9 est Hetrusc9 & Tusc9 nõ latinus: vt Fabi9 pictor in fine de origine vrbis Rome asserit. Vñ Acron supradictũ carmẽ exponẽs ait. Lydorũ (inqt) Hetruscos fines incoluit Mecœnas: qa Lydi pfecti ex Asia incoluerũt Hetruriã circa Tyberim dicẽte Virgilio: vbi Lydi9 amnis inter opima ferẽs. Magnis aũt legiõib9: qa (inqt Porphirius) magnis Lucumõib9 impitarũt paui Mecœnatis & fris ei9. Erãt em̃ Tusciæ. xii. ppli & singulorũ singul9 Lucumo rex atq; singula legio: qb9 vn9 imperabat. Idẽ dicit Serui9 sup. viii. & x. æneidos. Et hoc modo expositio Horatiani carmĩs ẽ vera advnguẽ: q aui paterni & materni Mecœnates impauerẽt magnis legiõib9. xii. pplorũ qa Elbi9 fuit Larthes Hetrurie & ei9 plurimi antecessores. Et ita in Odis expositio hec vera est: vbi Horati9 ait Mecœnas atauis edite regib9: scilicet Larthibus nedum Lucumonibus. Et in alia Oda. Turrhena (inquit) regũ progenies tibi. quia antiqua Turrena id est Volturrena Elbius & eius aui Larthes orti sunt

Cecynna
Menippus
Menodor9.
Mecœnas

Quidam dicunt eundẽ Mecœnatẽ oriundũ ab Aretio:inducũtq; Macrobiũ in.ii. Saturnalium ita dicẽtẽ. Augustus: q̃a Mecœnatẽ suũ nouerat esse stilo remisso/molli/& dissoluto: talẽ se in ep̃lis quas ad eũ scribebat sępius exhibebat:& cõtra castigationẽ loquẽdi: quã alias ille scribẽdo seruabat:in ep̃la ad Mecœnatẽ familiari: plura in iocos effusa subtexuit: ita. Vale mel gentiũ:Metuelle ebur:Hetrurię æsar:Aretiũ adamas:supnus Tyberinũ:Margaritũ cylneorũ:smaragde Iaspi:figulorũ Berylle:Porsenę carbũculũ. Ad hęc respõdet q; nihil de ortu Mecœnatis magis de Aretio q̃ Hetrutria & Clusio Porsenę exprimit in hac ep̃la:sed solum epitheta q̃ Augustus ei tribuebat:vtputa q; esset gentib⁹ dulcis: Aretio adamas: Hetruriæ æsar: Tyberinis supernus:Figulis id est poetis Berylli⁹ & reliqua. Est aũt ęsar lingua Hetrusca de⁹ dicente Suetonio in vita Octauiani. Ictu inqt fulminis ex inscriptione Cæsar: statuę eius prima lr̃a nois effluxit: respõsumq; est centũ solos dies posthac victurũ: quẽ numerum c. lr̃a notauit: futurũq; vt inter deos referret: q; æsar id est reliqua pars e Cęsaris nomine Hetrusca lingua de⁹ vocaret. Rursus qđ ad ꝓpositũ nostrũ facit: Mecœnas inter poetas eximios latinos nutritus: vix linguã latinã sciebat cũ stilo scriberet remisso/molli/incõstante atq; dissoluto: vt intelligas paulo ante a Cecynna Volturrhęno susceptas latinas literas: adhuc ab Mecœnate dissolutas & molles haberi: vt Cato insinuat. Sequitur. Mecœnas scribendo mollis.

Palatinũ collem Roma Itali filia: sed pri⁹ Palatini Aborigines tenuerũt: qui ex agro rheatino ad pascua ouib⁹ quęrẽda illo ꝑfecti sũt. Argumẽto ẽ Vellia palatini altera pars a vellenda lana: ante his mõstratam Hetruscam tonsuram appellata.

Varro in primo libro de lingua latina eadẽ scribit: & nos sup Fabiũ Pictorẽ exposuimus. Et quia Vellia a vellẽdo vnde & vellus nomẽ habet: idcirco debet scribi geminato. ll. Nã vnico. l. Velia est vrbs Italię: vt Virgilius. Portusq; require velinos. Hetrusci docuerũt Italiã lanificiũ & tonsurã ouiũ: & tinctũrã pãnorũ: q̃a teste Sillio in. viii. Vetulonia princeps Tyrio vestẽ pręetexuit Ostro. Et ob id vellus Romanũ nũcupat. Tuscũ a doctorib⁹ Tuscaniensibus: vti est id Iuuenalis in Satyra.
Pręstabat castas humili fortuna latinas / Quondam / nec vitiis contigi parua sinebat Tecta labor: somniq; breues: & vellere Tusco Vexatę durę q; manus. Sequitur.

Aesar

Capitoliũ dictũ a capite inuento fluente sanguine dum Iouini templi fundamẽta iaceret princeps Tarquinius. Nam antea Tarpeius a Tarpeia ibi scutis Sabinorum obruta: sed prius Saturnus vocabatur. Sub eo Ian⁹ quadrifrons. Quirinus a victoria Lucumonis a Quirino colle mouentis.

Capitoliũ sępe mutauit nomen vt Cato nũc & Varro in primo de lingua latina docẽt. Ianus vero vnde dicatur. Quirinus exponit: cuius historia tacta est super secundũ librũ Fabii Pictoris. Sequitur.

Quirinalis a Iunone sabinorũ dea quã illi curitim id est hastatã Iunonẽ vocãt. Eteni hastã curim & curinã ꝓferũt: q̃a his simil̃ & Hetruscis nõ ẽ lr̃a. q. sicut Romanis. Inde quirites.

Itum Hetrusci etiã & Itim proferunt: quos Aegyptii Isum & Isim: Latini autẽ Iouẽ & Iunonẽ: vt Serui⁹ sup æneida: & Macrobius in Saturnalibus insinuant. Vnde sub statua Cybelis de Isi ægyptia: q̃ venit ad nuptias eius: ita scriptũ est literis & verbis Hetruscis Veizu Meos iti: Meos iey zeb. id ẽ ve iuso hospita Isis hospitata ẽ epulatrix: vt ꝓbauim⁹ in tractatu de lr̃is & titul̃ iuẽtis Hetruscis

Explicitũt cõmentaria sup duo & viginti fragmenta Catonis de origine Italiæ.

Eiusdem Fratris Ioannis Annii Viterbensis Cõmentaria super duo Fragmenta Itinerarii Antonini Pii. Liber. VIII.



Ntoninus Pius Cæsar Augustus: etiã pietatis laudem confirmauit dũ hoc itinerariũ scripsit. Causa eñ scribẽdi pietas fuit: dum pauperib⁹ & peregrinis: itinera totius orbis descripsit: vt q aut fugerẽt: aut in bella irẽt: aut ad dños pficiscerent: aut quis causa remotissimas regiones adirent: sine indice fere vndiq; penetrarent. Porro q̃ habent nũc itineraria Antonini: nõ sunt: sed forte ex fragmẽtis aliquot collecta: & plura his addita: multa diminuta: plura immutata. Argumento sunt duo fragmenta q̃ apud me sunt ex collectaneis magistri Guillelmi: collecta anno Salutis. M. ccc. xv. Nam primum fragmentũ ex pœmio est. At in his q̃ modo habent: nullũ proœmiũ est. Deinde in secundo fragmẽto: sex celebratissima tũc itinera ab vrbe Roma in Gallias docent. At in his q̃ vulgant nullius memoria fit Rursus singula oppida: & vrbes: q̃ in singulo itinere ab vrbe Roma vsq; in introitũ in Gallias successiue occurrunt: distincte enumerat. Sed in vulgatis / omissis oppidis etiã itinera deleuerunt: non scripserunt. Item miliaribus vtunt hæc vulgaria: quibus soli Itali vtunt. At Antõnius nõ miliaribus vsus est: sed successione oppidorũ: qa omnia orbis itinera: omnibus gentibus descripsit: quæ gentes pfecto successiones oppidorũ intelligunt: miliaria nesciunt. Amplius: itinera maritima: a mediterraneis discreuit Antonin⁹. At vulgata cõfundũt omnia & miscent: vt Saleumbronam & Larthem in maritimis ponunt: quæ sunt in mediterranea Vetulonia. Deniq; & nõia corrũpunt vulgata: vt Martis pro Larthes: & Florentiam ponit: quæ non extabat Antonini tempore. Ex quibus patet: hos vulgatos codices non esse totos Antonini Itinerariũ: sed eius magnã corruptionẽ a posteris: per additionem: & diminutionem priuato studio procuratã. Nam si ita cætera essent: vti hoc fragmentũ: vere toto orbe quis peregrinaret absq; indice & errore: sciretq; integre totius orbis Topographiã: & nomina itidem ciuitatum & locorũ. Igitur & hæc duo fragmenta expositurі sumus pro sui tũ breuitate: tum antiquitatis splendore: in quorum primo: pars proœmii ponitur sub his versibus.



Iuus Augustus q̃uis totũ orbem recte diuiserit: vbi ait orbis totus diuidit in ptes tris Europã: Aphricã & Asiam: quæ fere est dupla ad quamlibet duarum: in descriptione tamẽ locorum orbis mlta loca memoratu digna siluit: q̃ue in pcipuis itinerib⁹ oppida & vrbes occurrãt: q̃ maxime: tũ militib⁹: tũ peregrinãtib⁹ tũ historicis nõ parum pficiunt: neglexit. Ea nos suo nunc ordine percurrere instituim⁹.

Plini⁹ in. iii. naturalis historię ca. vi. asserit se ĩ ptitiõe Italię nolle seq Augusti ordinẽ. Ex quo patet augustũ grosso & indigesto atq; diminuto ordine descriptionẽ orbis tradidisse: cũ Plinius & Antonin⁹ illã despexerit. Nec mirũ. Primi eñ semp posteriorib⁹ rudi⁹ & magis ieiune doctrinã ordiunt: qa posteris facile est iuẽtis addere: vt ait Aristoteles in Ethicis. Prim⁹ aũt oĩm q descripsit vniuersum orbẽ: fuit Cæsar Augustus qñ pace parta mari terraq; Christus sal⁹ nřa ortus est: vt insinuat Lucas euangelista: Iosephusq;: ac Latini historici. Hæc de fragmento pœmii. Nunc ad secundũ fragmentum veniendum est: in quo de sex itineribus ab vrbe Roma in Gallias nũc longbardiam verba facit. Et ita lřa diuiditur ĩ sex partes. In pria diuidit sex itinera: & exponit primũ Maritimũ dicẽs hoc modo

Ab vrbe in Gallias itur itineribus sex: maritimo:littoreo:aureliano: cassiano: tyberino : flaminio. Maritimum tenet Pheregenas. Castrum nouum. Cellas. Herculem. Thelamonem. caput Etruriæ. Phaliscas. Traianum. Populonium Vada. Lygurnũ. Erycis. Entelliam. Delphinum. Genuam inter Porsenã & Pheritonem. Monachum. Niceam.

Maritimũ dicit quod fit nauigio: in quo post Ostiã prim⁹ port⁹ occurrit Pheregene: dict⁹ a Pheronte & Genio Iano: vti ex posuim⁹ in.xiii. Fragmẽto Catonis. Erat oppidũ vbi nunc pal⁹. Castrũ nouũ tunc sed deletum vetus dicit: vt lapis excisus in mœnibus a Pio.ii. Pont. Max. indicat. Vulgo dicit port⁹ ciuitę Vecchię. Cellę port⁹ ẽ iuxta ostia Minionis : vbi dicitur port⁹ Cin Cellę. Oẽ litt⁹ post Cęre vetus vsq; Minionẽ dicit vulgo Etrusco veteri Celle. Vñ amnis post Cære adhuc dicit marecellianum. vulgo vero Marcellianũ. Quare noĩa sunt argumento: q̃ ab amne Mare Celliano ad Minionis ostia: vbi Cellę: dicit marecellianum: & littus Cellianũ: vbi cũ Cęsar posuisset cẽtũ sedes iudicũ: vocauit eas a nũero cẽtũ: & a littore Cellas. Herculis portus & Thelamonis sunt iuxta Turrenã: sic dicti a principibus argonautis: qui illo aduecti naui in vicinũ fanũ Volturnæ siue antiquę Turrenæ ad Lucumones p̄fecti: & lacu Cyminio effecto: atq; puella Faula p̄mio habita: per Cyminiũ iter ad Euãdrũ ierũt: & in Capitolina Saturnia subsederunt: vt p̄bauimus in.ix.& in.xxvi. quæstione annia. Hi portus noĩa retinẽt. Caput Etrurię portus supra thelamonẽ est versus Populoniam: sic dictus quia ibi incipiebat Lyguria Etrusca vsq; in Ostiã: vt p̄bauimus in.xiii. fragmẽto Catonis. Dictus est portus caput Etruriæ ab vrbe metropoli Etruria: cuius pars celebrior Volturna est. Vulgus nunc vti & nautæ: dempta secunda r litera: dicunt caput Etruiæ p̄ caput Etruriæ. Nã adhuc subtracta litera r dicimus vallem Comeam: & in prædiis Electrę fontes electaios p̄fert vulgus: p̄ valle Comera & fontanis Electrais. Sunt aũt fontes Electrai in fine p̄dioꝝ Electrę: nõ longe a Volturnę fano nunc Viterbo: quorũ caput est mons & oppidũ Coriti viri sui: quod vsq; ad hanc ætatem dicimus veteri lingua Etrusca Corit Ny Enta: id est Coriti mons & oppidũ: vti probauimus in.xxxvi. q̃stione Annia. Rursus Phaliscas supra caput Etruriæ portus: vulgus vocat Phalesce. Traianũ portũ Ptolemęus describit vbi nũc Plobinũ: qd̃ vulg⁹ corrupte addita m Plombinũ p̄fert: sicut corrupte dicit Cãpiliã: Campanianum: Cãpitolium: p̄ Capitolio: capilia: & capaniano. Capiliaenim est id qd̃ iunior Pilia vrbs a Piliis sociis Nestoris post Pisas cõdita: & capanianũ similiter posterius panianũ ab eo pana dictũ: quẽ latini vocãt Bacchũ: vt p̄bauim⁹ in cõmẽtariis sup Etrurię topographiã Plinianã. Hinc Capanianũ est posteri⁹ oppidũ baccanũ: a quo tota circũ regio: & sylua olim capaniana: nũc latine Bacchana dicit. Populoniũ post Plobinũ oppidũ deletũ: & sic dictũ: q̃a erat puppiũ Philarcha: vt exposuim⁹.xxv. q̃stione Annia. Vada nomẽ retinẽt inter Volaterras & Pisas: sic dicta q̃ ab his vertat littus in Lygurnũ superius. Nã qd̃ Aegyptii p̄to: id Aramei & Etrusci dicebãt vado: latini aũt verto. Et ob id idẽ est p̄teus: Vadimon: Vertumn⁹: vt p̄bauim⁹ in cõmẽtariis sup Xenophõtẽ de æquocis. Lygurn⁹ port⁹ dict⁹ a Lygure filio Phaetõtis siue Phaetonis: quem Græci & latini p̄ferunt Phaetõtẽ: & Lygures Pheritonẽ: vt p̄bauim⁹ in.xiii. fragmẽto Catonis. Erycis port⁹ nomẽ retinet a p̄te Tuscię: qua est oppidũ Erycis: sed ex parte Lyguriæ ab oppido Veneris port⁹ dicit. Ptolemęus sinum Erycis vocat. Silli⁹ vero Italic⁹ in.viii.li.& Stra.in.v. appellant portũ Lunæ: quo nõ est spatiosior alter. Entellia interp̄tat Aramea & Etrusca lingua Isthmos oppidũ: ab Ellia qd̃ est Isthmos: vt Talmudista noster interp̄tabat: & enta qd̃ ẽ oppidũ. Vñ & Corit Ny Enta supius dicta: dixit dici a Ny qd̃ est mons: & Enta oppidũ: q̃a fuit Coriti mõs & oppidũ vt exposuimus copiose in fragmentis Catonis.xv.xvi.& q.an.

Pheregene. Cellæ. Phalíscę. Capilia. Proto. vado Lygurnus portus. Erycis portus. Entellia.

nia.xvii.Existimo hanc Entelliam esse:qđ vulgus Lygusticũ vocăt sextũ oriẽtis. Et Plini
Tigullia. us Segestã Tigulliorũ. Est aũt Tigullia intus siue mediterranea: Segesta vero maritima:
vt idem Plinius significat in.iii.naturalis hist.ca.vi.Quidã dicunt Tigulliã:nunc dici La
Porcus. uiniam illustrem comitibus Lauiniæ.Cuilibet tamen licet opinari. Delphinus portus &
Porcifera a duce Porco dicunt:quem posteri per aspirationem Phorcũ dixerũt:qui coloni
Pheritiana. as a se porcas:porcareces:porcarilias:porciferas & a suo nomine Turrenas Delphinas ab
Etruria vndiq̃ transportauit:vt ꝓbauimus in cõmentariis sup Myrsilũ: & sup quintum
Berosi.Pheritõ a quo adhuc Pheritiana regio circa Bisamnẽ: a Phaetonte patre Lyguris
Genua. nomen tenet:vti exposuimus in fragmẽto.xiii.Catonis.Genua veroa cognomine Iani: &
Ianua ab ei⁹ noĩe eadẽ dicit.Cui argumento est Caryn Ianũ ꝓmõtoriũ:pars Genuæ vete
ris.Est.n.Etrusca Hebręa & Aramea lingua Caryn id qđ vinea : vt etiã diu⁹ Hieronym⁹
interp̃tat.Hic Caryn Ianũ.i.vinea Iani dicit:& pars nouæ Genuæ: Vineæ itẽ dicitur:vbi
sancta Maria in vineis.Itaq̃ noĩa & cognomina sunt argumẽto a qb⁹ originẽ habeãt Ge
nuenses:videlicet a Phorco rege:a quo Phorcifera:a Phaetonte a quo Pheriton & Pheri
vrbe Roma iuuenis ad regendũ Lyguriã & Aemyliã. Non tñ Mediolanũ est in Aemylia: sed in Latio Volturreno transpadani: qđ insubres Galli: positis ab imperio Hetruscis tenuerũt: & ab his insubria nũc est: pars olim Lariȩ Volturrenȩ. Porro in Aemylia sunt Asta colonia: Dertona: & Placentia. Itẽ a Parma (inquit) vsq; Bononiã nũc Aurelia: sed antea Bianora dicebat: videlicet ab Ocno Hetrusco Larthe quẽ etiã Bianorẽ Virgilius vocat. Ergo a victore illius partis: & duce Coloniarũ Bianora regio dicta: a qua nũc existimo nomẽ accepisse Bianorũ oppidulũ ad radices Apenini: quo e Florẽtia imus Bononiã. Porro Parmã existimo cõditã a Bianore sicut & Mantuã: quia vocabulũ Hetruscũ & syncopatũ est Parma quasi Paraman. Sicut em̃ Mantuã a nomine matris in trãspadana regione metropolim statuit: ita in Bianora metropolim Paraman constituit: dictã a principatu Coloniaꝝ. Para em̃ Aramee a par: quod est hasta vel principatus: & Sara Hebraice: principissa vel princeps dicit latine: vt noster Samuel Talmudista dicebat. Et vt sequebat: asserebat apud Arameos Man & Mon dici: qđ apud Aegyptios Myn: & quod apđ Hebrȩos Maon id est habitatio: municipiũ: & Colonia: vt etiã exponit Hieronym⁹. Qđ vero addit ad para definit principatũ: vt paraz & parazim id est principissa consularis: & princeps cõsularis. Nam zi: & zu: a cõsultatione deriuationẽ dicebat habere: consentiente etiam beato Hieronymo in libro de interpretationib⁹ Pataz autẽ & parazim Aramei & Hebræi appellant: quos postea Græci & latini Persas & ꝑsidem vocant: vt aiunt a Perseo. Quod vero subdit Talmudista: quicquid addit ad para: definit principatũ: vt paraz: principatus consularis dicit: vtiq; hęc ex multis vetustissimis nominibus inuenio: parazolũ: para Tussa: parama & per syncopam parma: sicut & p syncopam Volturrena profert Volturna. Est aũt Parazolum regio Volturnȩ: vbi est Stic Kity Arim: vt intelligas quantȩ antiquitatis sint noĩa. Est aũt nomẽ compositũ ex paraz: & ol: siue Vol: quod priscum vel æternũ: tã apud Arameos q̃ Hebrȩos significat. Hinc Volturna siue Volturrena antiquissimam Turrenam significat: & ei hærens regio: Parazolũ: principatus consularis priscus & antiquissimus est: qa ad Fanũ Volturnæ indicebat generale conciliũ: omnibus consulibus siue Lucumonibus & .xii. populis Hetruriæ: vt tã fama cui standũ est: q̃ Liuius significat in pluribus locis ab vrbe condita. Qꝫ vero ibi & Kytei tumuli: & Stic Kyti Arym. i. Kytim Itali Atlãtis soceri Coriti: permanẽs exaltatio cũ noĩe perseuerẽt: in aliis cõmentariis cõprobatur. Nunc satis est Parazolum esse Volturnæ epithetũ: loco inditum ab ipsa re: & e regione eius esse partẽ Tetrapolis para Tussam. i. principẽ Tuscã. Et ita haud dubie in Bianora Cispadana olim Hetruscorũ Colonia: Parmã esse vocabulũ Hetruscum: & interpretari: principẽ municipũ: vel principẽ Coloniarũ & populorũ supple in Bianora solũ prouincia: quæ postea vt insinuat Sempronius a Romanis victoribus dicta fuit Aurelia: vt existimo a duce. Sequit vltima pars originis Hetruscæ: Flaminia vulgo Romaniola: quæ vt ait Sempronius: sub Thuscis dicebat Felsina a duce Thusco: & Larthe Felsino: q teste ipo nomine condidit Bononiam: id significãte Plinio in. iii. naturalis historię: ca. xvi. Bononia (inquit) ante Felsina vocitata: cum princeps esset Hetrurię: scilicet metropolis Hetruscorũ in Felsina siue Flaminia tantũ: sicut & Parma in Bianora: & Mãtua in Mintiana: & Mediolanũ in Laria Volturrena: & eiusmodi. Durat huius regiõis lõgitudo a Bononia vsq; post Ariminum in Rubicone fluento: in quã cũ Hetruscis etiam Lamones Colonias misit. i. Hetruscas maritimas: ob vicinũ mare Atriaticũ. Lamones em̃ vt supra dixim⁹ sunt Hetrusci maritimi Herculei. Cui dicto Sempronii: argumentũ facit: in Flaminia vallis adhuc dicta Lamone: siue vallis Lamone: & viri apti vt olim Turreni ad piraticam: vt ferunt: quos percontatus sũ de eiusmodi habitatoribus.

Aemylia. Bianor. Bianorum. Parma. Parazolum Flaminia. Romaniola Felsina. Mediolanũ Lamones.

De Transalpina Italia.



Am exposuit Sempronius de Italię Alpibus: de Apenino: de transapenina Italia: pręcipue Gallicana: nūc reuertit ad Cisapeninā ad inferum mare percurrens: quęcunq; regiones Apenino inferius subiacent vsq; ad vrbem Romam. Ex quo patet q intentio Sempronii est ad Latiū festinare: & quo homine Roma tam validas opes Hetruscorū & Gallorū Vmbrorū: Samnitū & Gręcorū sensim fregerit: ostēdere. Itaq; haec dicit.

Italia Cisapoenina. Dicit veteres diuisisse Cisapoeninā Italiam per amnes Macram: Arnū: & alios: qa ipe non ex toto sequit Augustū: Pliniū: & alios: qui p regiões diuiserūt Italiā. Et primo excurrit Maritimā inferi maris: a Nicea vsq; Ostiam Tyberinam: dicēs ea quę ferme supra exposita sunt. Nā a Nicea vsq; ad Macrā sūt mōtani Lygures origie Phaetontei. Deinde a Macra vsq; Ostiā sūt Lygures origine magis Hetrusca q Phaetōtea. Et ab ostiis Macrę vsq; Lygurnū portū: dicunt Apuani sicut & Mōtani. A Lygurno vero portu ad caput Hetrurię dicunt Populonii: a metropoli maritima: vt supra exposuimus. Populonia. Est em Populonia idē qd Puppium Philarcha: qa quā popī Hetrusci: eādē Puppim dixere latini. Caput vero Hetrurię vulgus & naturae remoto secūdo. r. pferūt caput Hetruię: sicut Electraiā regionē & fōtē: pferunt Electaiam fontanā: & id genus multa dicūt remota. r. Ab hoc capite ad Ostiam sunt Hetrusci Turreni lygures: i quib9 sunt cāpi lamonesq; compluti a Ioue lapides in auxilium Herculis vt hic Sēpronī9 dicit: & nos supra exposuimus. Lamones. Deinde a Velia incipiens q in fine est Italiae & circa principiū magnę Gręcię vsq; in Tyberim cōtrario itinere pergit: qa vt dixim9 ad Latiū Romamq; festinat. Et de magna quidem Gręcia tacet: quia in principio eā tetigit. Nūc a Velia incipit: finitima Magnae Gręcię veniēdo versus Romā vt patet in Ptolemaeo: de qua Virgilius. Portusq; require velinos. Sane pro emēdatiōe exēplaris corrupti & intelligētia lrae sciendū est q in exēplari inuenit Silaris pro Lyris fluuio a quo finē habet latiū. Nam vt patet i Ptolemaeo: ab vrbe Roma ad Lyrim finit Latium: qd Campaniā Romanā dicim9. Lyris finis Latii. A Lyri vero vsq; ad Vulturnū est Campania Capuana: quam incoluere Hetrusci missis eo coloniis ab Osco Hetruriae Larthe cui insigne erat serpēs: vt Beros9 asserit: a quo Capua Osca dicta ē & ad mare añ cōditā Capuam Taracinēses: & eius populi dicti Volosci: siue per syncopam Volsci: id est antiquissimi Osci. Volsci. Inde capua dicta est ab Augurio Capis id est Falcōis auis. Postea ab ampliatore duce Troia

Cisapoenina vero ad inferū mare: veteres ita partiti sunt per amnes. A Nicea em ad Macrā tenent Lygures montani: origine Phaetontei. A Macra item ad Arnum & portum Lygurnū: incolūt Hetrusci: cognomine Lygures Apuani: quos sequunt Lygures Hetrusci Populonii: a Lygurno portu ad caput Hetrurię: a quo ad Tyberim sunt Hetrusci Lygures Turreni in quibus sunt cāpi cōpluti lapidum: clari pugna Herculis: adhuc Lamones dicti: ab ipius Herculis filio Lamone Pari forma ab vltima Italia in Tyberim Romamq; percurrendo: a Velia ad Silarum fluuium Lucani a Samnitum duce Lucio orti: tenent. Ab eo ad Sarnum amem: Picētini habent. A sarno vero ad Volturnum fluuiū incoluerunt Cumani: quos ab agro nullis viribus Hetrusci q̄uis toti Italię imperitarēt potuerūt demouere aut in potestatē redigere: a Volturno amne ad Silarim Hetruscorū vetustissim9 ager fuit: in quo prius Oscā dictā postea Capuam condiderunt.

no:vt ait Serui⁹ super Aeneida: Vulturnum quoq₃ dicta est Capua: vel a Vulturno Fluuio iuxta ipsam fluente: vel quia cāpestris: vt Liuius & quidā existimāt. Nā lingua Osca tuncq₃ Etrusca: Vulturnus cāpestris dicit̃. Igitur Etrusci tenuerūt totam regionem hāc a Lyri fluuio in fine Latii vsq₃ Capuam: & illi ꝓximum amnem Vulturnum. Sequitur regio Cumana a Vulturno & Capua vsq₃ Surrentum: regio vtiq₃ illustris Sibylla: & Aeneę descensu ad inferos: in qua sunt Lyternum: Cumę: portus Misenus: Baiæ: Puteolis: Neapolis. Sequitur hanc altera Etruscorum regio Picentina a Sarno ad Lucanos nunc Silarim: de qua Plinius in.iii. naturalis historię ca.vi. A Surrēto inquit vsq₃ ad Silarim amnē: triginta milia passuū ager Picentinus fuit Thuscorum: templo Iunonis Argiæ ab Iasone cōdito insignis. Ex quo patet ꝙ Cumea regio erat obsessa ab Etruscis Capuanis a tergo: & ab Etruscis Picentinis a fronte ad mare Ionicum: quia etiam totam partem sextam Apenini: Picentinis hærentem: habitabant: vt ex superioribus patet. Et cum tam potentes eēnt Etrusci: & toti Italię dominarentur: nunq̄ Cumanam regionem potuerunt habere: vt hic Sempronius scribit. Cui etiam astipulatur Dionysius Halicarnasseus: q in.vii. libro scribit: Anno quarto Olympiadis sexagesimę quartæ: dictos Etruscos qui versus Ionium habitabāt: adiunctis Vmbris & Barbaris ad quingēta milia peditum: & duodeuiginti milia equitum: cum sub ditione vellent ponere Cumas: diuino miraculo territos ac fusos fuisse. Ex quo patet quosdā authores male interpretari Tibullum in Elegia dicētem his versibus. Nos tenet Etruscis: manat quę fontibus vnda: Vnda sub æstiuum non adeunda canem. Nunc autem sacris Caiarum maxima lymphis: Cum se purpureo vere remittit humus. Et in fine Elegiæ qui principio correspondet dicit. Atq₃ mihi Thuscæ celebrantur numina lymphæ. Et facilis lenta pellitur vnda manu. Nam vbi Caia aqua: est in Volturrena: in eius Thermis. Qui emēdare voluit impressiones: corrupit scribens Baias: cum tamen Baię neq₃ a montibus Etruscis cognomine Volturrenis teste Plinio: manent: neq₃ vnq̄ Cumana regio fuerit ab Etruscis possessa: neq₃ potuerint dici Etruscę aquæ omnes quæ sub Etruscis sunt: nisi in Etruria: sed Etruscorum: quia nō vbi Etrusci ibi Etruria: sed vbi Etruria ibi Etrusci: quia non Etruria ab Etruscis: sed Etrusci a prima eorum habitatione dicta Etruria nomē habent: vt author est Dionysius in primo libro. Cumæ. Tibulli loc⁹

SAris igitur constat Caias Etruscas Thermas salubritate sui ꝑcellere alias: vt in.v. lib. Strabo asserit: de quibus etiā Martialis. Nisi Etruscis lotus fueris aquis: moriens Oppiane. Sed de latio & Roma verba iam facienda sic monet Sempronius. Caię Etruscæ.

A Lyri autē vsq₃ thyberim Saturnus cum priscis Aboriginibus fuit origo: ab Vmbris & Camesenis editis: vbi est mons Capitolinus: aureo sęculo a Saturno habitatus: vbi & nunc aurea Roma terrarum caput. Quā ob rem parum consyderate qdam scribunt: Romā postremis ac nouis sęculis a Romulo cōditam: & appellatam atq₃ cœptam: cum nullum ex his tribus verum apud maiores inueniatur memoratum: sed sint ab eis contraria prodita. Non enim Roma a Romulo nomen habet: quippe quia geminis nō Remus

Dicit ꝙ Latii origo fuit Saturnus cum Aboriginibus: quos ediderunt Vmbri & Cameses. Nā vt author ē Igin⁹ & ante eū Berosus: in libro antiquitatū: circa principium Nini Saturnus Aegyptius nomine Cameses venit in Etruriam. Deinde tribus annis a Iano/Vmbrorum & Aboriginū regulus creatus: ꝑmissu eiusdem Iani Camesenā regionem omnem Vmbrię: & Apeninæ: Sabinæ: trans Etruriam a se nūcupauit: vbi Camesenas vrbes duas suo nomine cōdidit: alteram in mōtibus cuius nomen permanet/Camerena: alteram iuxta Albā: Cameses.

cuius meminit Dionysius Halicarnas-
seus in.ii.lib.vbi refert Romulū supas-
Camerini. se Camerenos:coloniā albanoꝝ:& eam
Camerenā fuisse aboriginū vetustā vr
bē.Nec te moueat:ꝙ Cameses Camers
& Camesenā posteri Camerenam dixe
rūt:qa facilis fuit teste Quītiliano mu-
tatio.s.in.r. Vñ prisci:q̄ p.s.pronuntia
uerūt Phalesii:Fusii:Valesii:Decos:ho
nos:Arbos: Tursis: Tursena: Etursia:
Voltursena:Sursena:posteriores per.r.
ꝓnuntiauerunt:Phalerii:Furii: Vale-
rii:Decor:Honor:Arbor: Turris: Tur
rena:Eturria:& Etruria: Volturrena:
& Surrena.Macrobi⁹ in prio Saturna-
liū:a Beroso & aliis desumēs ait Ianum
nomini suo reseruasse Etruriā quę Iani
cula dicebatur: & limitē prouinciæ op
pidū Ianiculū:& deinde Latio ꝑfecisse
Saturnū:a quo Saturnia Italia dicta ē.
Eius verba sunt:demōstrādo priscā Ita
liā:quę solum circa tyberim cœpit:vti
sup Fabiū pictorē videbim⁹: & sub his
verbis dicit.Regionē istā quę nunc Ita
lia dicit:Ianus regno obtinuit. Qui cū
Camese atq; indigenis participata po-
tētia ita possidebat:vt oppidū Ianiculū
a se:& residua regio Camesena diceret.
Post hæc regnū ad solū Ianū rediit. Cū
ꝙ Saturnū naui puectū comi hospitio
recepisset:edoctusq; ab eo peritiā ruris
victū illū rudem ante fruges cognitas
in melius redegisset: illum societate re
gni munerauit.Sed de his copiosius su
p.Fabiū pictorē dicem⁹. Porro Sempro
nius tria dicit:quosdā īcōsyderate scri
bere de origīe Romę: videlicet ꝙ a Ro
mulo cœpta est coli:quæ aureo sæculo
ante Romulū plusq̄ annis centū ac mil
le a Saturno habitata fuit:& itē ꝙ a Ro
Ro. mulo fuit cōdita:cū ante eū Saturn⁹ Sa
turniā ad radices Capitolii: & Ital⁹ Ca
penā in Auētino:& ei⁹ filia Roma in Pa
latino Romā cōdiderint:vt Fabius Pi-
ctor & alii cōscribūt.Rursus tertiū quo
q; falsum ē:ꝙ Roma sit a Romulo deri-
& Romulus nomina posuit Faustul⁹ Etru-
scus & regius pastor:sed Rumulum & Ru
men illos ab euētu appellauit: quæ sunt no-
mina Etrusca.Alioquin Romę nomē & no
minis origo vulgata esset atq; manifesta: q̄
occulta esse saluberrima religio sanxit: ne si
origo nois Romæ clarescceret: eius deus in
cuius tutela Roma est & a quo deriuationē
habet:gentib⁹ pateret & euocaret vt cæte-
ri.Quāobrē & Angerona silentii dea ante
Iani festos dies colitur præ forib⁹:vt ne cui
liceat illud palam efferre:qđ ad salutem rei-
publicę veteres ore obsignato intra pecto-
ris arcana voluerūt contineri:cuius violatæ
religionis pœnas primus luit Soranus.Nō
igitur a Romulo Roma:sed econtra ab ipa
potius Roma:cui⁹ adeo est occulta deriua-
tio:Romulus nomē habuit:quę ante ipsum
Romulū cœpta legitur coli annis paulomi-
nus octingentis: ab Italo in Auētino Cape
na:& filia ei⁹ Roma in Palatino colle: & an
te hos plusq̄ trecentis annis aureo sæculo:a
Saturno vbi nūc Saturni ædes ad radices
Capitolini collis.At Romulus solū ex oppi-
dulo Roma in Palatino colle quadratam &
regiam reddidit. cuius quatuor portiones
erāt:Roma Vellia:Germallia vbi fic⁹ rumi
nalis & ędes Rumuli:a dei occłta deriuatio
ne postmodū Romuli.Cōdidit aūt eam:ac-
citis amicis vatibus Etruscis: q fossa vbi ca
put Erti tauri ē pomœrioq; ad prudētis va
tis auspiciū sacratis :circum Palatinum col
lem sacro aratro cingi iussit.xi. kalēdas Ma
ias hora inter secūdam & tertiā:sole in Tau
ro:Luna in Libra:Saturno:Venere:Marte
Mercurio in Scorpione:& Ioue in piscibus
vt tradit Lucius Carrutius mathematico-
rum peritissimus. Sunt qui tradant illam

cōditā.xii. Olympiade. Placet aliis octaua Septima quibusdam. Sexta completa nō nullis. Pręualet omnibus his Eratosthenis inuicta regula vt aiunt. Sed cum Pomponius Atticus coram senatu atq; doctissimis viris cōferret Græcorum certissima tempora: compertum est: ꝙ ab Aenea & Troia excisa per tempora regum latinorum vsq; ad Romulum regem iam creatū fluxerūt anni circiter triginta & quadringenti. Quare haud dubie condita est Roma Olympiade septima aut eius anno secundo. Condita autem fuit primū in monte Palatino. Inde Sabinis & Thuscis in fœdera coeuntibus: incoluerunt Sabini quidem Capitolium & Quirinalē in quo Numa postea habitauit. Romulus & rumnenses Exquilinum: Palatinum & Cæliū. Thusci Viminalem & subsidentem conuallem vsq; ad ædem Saturni: & Capitolii. Rumo fratri Auentinus ætate romuli mā̄sit. Hęc sunt veræ tā priscæ Italiæ q̄ vrbis Romæ antiqtates & origines: quibus quoniā plures græci postremis temporibus in Italiā cōmigrantes commixti fuerunt: ob id a se principio emanasse Italiā Græcia falso existimauit Græca tum leuitas tum fabulositas. Quis enim ex antiquissimis non scribit a Iano Ianiculum: & Etruscos veteres Gallos conditos: & tamen plures Gręcorum tradūt a Turrheno Lydo qui fuit nuper & heri: positos? Qui etiam Turrenam Thuscorum regiam non puduit eos Romam asserere. Tanta videlicet impudentia cum eorum iactantia est: vt omniū gentium & imperiorum atq; vrbiū pręclarissimarū se conditores esse apertis sępe mendaciis conscribant.

uata duplexq; argumētū profert. Primo: ꝙ Romulus nō est eius ꝓpriū nomē: sed Rumulus id est mamillarius. Nam Etrusci Rumam: latini postea mā̄millā dixerunt. Vnde Faustulus illis nomen imposuit Rumulus & Rum⁹: ꝙ mamma lupę fuerint primo lactati: & hoc idem Serui⁹ dicit super octauum æneidos: ibi Rumore secūdo. Potest inquit dici Rumone secundo: quia Rumon dictus est Romul⁹. Vnde & fic⁹ Ruminalis dicit̃ ad quam eiecti sunt Remus & Romulus: quę fuit ibi: vbi nunc Lupercal in Circo. Hac.n.labebat̃ Tyberis anteq̄ Vertūno factis sacrificiis amnis auerteret̃. Igit̃ Sēpronius hoc argumēto vtitur. Nomen qđ ab alio noīe occultę originis deriuat̃: nō dicitur a noīe manifestę originis. Cęterū nomen alterū a quo deriuat̃ Roma: ē occultę originis. Nō igitur dicit̃ a Romulo: cui⁹ nomē est manifestæ originis a Ruma. Nam Etrusca olim lingua & ætate mea nō habet .o. integrū: sed inter o & u. & magis appropinquat u. in compluribus. Quare qđ Faustul⁹ Etrusc⁹ ꝓtulit p u Rumul⁹ ipsi Sabini & Latini ꝓnūtiabāt per o. Romul⁹. Qꝫ vero ait Romā deriuari ab altero occulto noīe: satis mihi fuit ātea occultū. Nūc vero qd sentiā explicabo reliquēdo iudiciū doctiori. Plini⁹ tradit ī disciplina Etrusca cōtineri quo pacto possint euocari dii: fulgura: ignes: & eiuscemodi. Quare etiā qa oppositorū est eadē disciplina: rituales cōtinebāt: quo pacto nō possent euocari. Hoc autē nullo modo fieri melius poterat: q̄ occultando nomē ipsius dei: in cui⁹ tutela vrbs ipa erat Eius occultādi modus erat Etruscis: mysterio quodā: & literis quibusdā ab ipso dei noīe alteꝝ extrahere: cui⁹ ritu ac mysterio: nunc soli Talmudistæ Caballarii vtūt̃: in disciplina quā vocāt Caballa. Cęterū vt hic Sēpronius: & Ouidius in Fastis: & Plutarchus in vita Romuli: & alii asserūt: dū cōderet Romulus vrbē: vocauit ab Etruria vatē qui auspicato die fos

Euocatio deorum.

Caballarii.

l.ii.

sam pomœriūq; sacraret: & aratro cingeret palatinum collem: & nomē poneret vrbi. Plutarchus vero addit quod alii tacent: videlicet q Etruscus id fecit mysteriis & lris quibusdā: scilicet a nomine dei in cuius tutela esset vrbs: extrahendo nomē vrbis. Et ita nomen extractū quo vocaret Roma est: alterum vero nomē Romę dei sui a quo tractū est: solis: de more Thusco in arcano sacerdotū erat occultatū. Et hoc est qd Plinius ait in. iii. naturalis historiæ capitulo. vi. Roma inquit ipsa: cuius alterum nomen arcanis cerimoniarum nefas habetur. Qd optima & salubri fide abolitū: quia Valerius Soran⁹ annūtiauit: mox luit pœnas. Et in xxviii. libro naturalis eiusdem historiæ: quo de vi verbo℞ & incantamentorū tractat: capitulo. ii. sic dicit. Verri⁹ inquit Flaccus: authores ponit quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum Romanis sacerdotibus euocari deum: in cuius tutela id oppidum erat pmittiq; illi eundem aut ampliorem locum cultum ve apud Romanos. Durat in pontificū disciplina id sacrum: constatq; ideo occultatum in cuius tutela dei Roma esset: ne qui hostium simili modo agerēt. Hæc meo iudicio intellligit Sempronius. Liceat tamen cuilibet opinari. De Angerona: omnes idem sentiunt: quos equidē legerim. De positione syderea nō puto eam fuisse: qd multis rationibus equidem pbarem si rei huic cōgrueret atq; operi. Quæ Græcorum mendacia Sempronius adiicit: prætereo: cum quia nota sunt: tum præcipue: qa opus iam a me confectum & suo tēpore edendum seruat: de innumeris mendaciis Græco℞. Reliqua vero quæ ad aureum sæculum & originem vrbis Romæ spectant sup Fabium Pictorem supplebimus.

Romæ nomē carcanū.

Explicita sunt Commentaria Sempronii.

Eiusdem fratris Ioannis Annii cōmētaria sup Epithetū (dicerem epilogū aut Epitomen:) Archilochi de temporibus. Lib. X. Commentarium primum.

Archiloch⁹



RCHILOCHVS Græcus Chronographus: floruit Olympico certamine victor: floruit cū Simonide & Aristoxene Olympiade xxix. vt Græci scribūt & Eusebius annotat in eadē Olympiade. Causa edēdi hoc Epiphetū de tēporib⁹ plures fuere. Vna quidē cōmunis sibi & aliis Græcis: quā facit. Funditus ignorabāt græci q primi reges fuerint in orbe: & aureo sæculo ante Ninū: qppe qa Ninus prim⁹ fuit q assecutus est scriptores Græcos: vt Diodorus in. iii. lib. & Xenophon de ęquocis insinuant: idcirco ad cōplete scribēdū historias & antiqtates: necesse fuit ab Assyriis mutuari & mandare lris: q reges ante Ninum: quot ve annis singuli regnauerint. Deinde: quia etiā de tēporib⁹: a Nino vsq; ad primā Olympiadem: Græci authores p opiniones scribūt: & sibi mutuo cōtradicūt: & ob id incerta est ois Gręca historia de tēporib⁹: vt authores sunt Eusebius de tēporib⁹ primę Olympiadis: & Iosephus cōtra Appionē grāmaticū: idcirco necesse fuit ad depellēdos errores ab historicis: cū ipsa certissima Barbaro℞ historia cōcordare gręco℞ incerta tpa: quātūq; tpis intercesserit a Nino vsq; ad cōditionē Troiæ: quot ve annis & quib⁹ regibus Troia durauerit. Deinde: quia circa senectutē suā qua vixit Archiloch⁹ (vt aiunt) annis centū & decē: errari cœptū erat de tēporib⁹ Homeri: idcirco ipse coactus est etiā Epithetū ptrahare: ab excidio Troiano vsq; ad Homerū poetā. Huius Epitheti meminit Eusebius cū de tēporib⁹ Homeri loquitur: & nos paulo inferius adducemus. Itaq; de tēporibus aurei sæculi q pcesserūt Ninū: & q idē Ninus vitiare cœpit omniū primus: vt authores sunt Fabius pictor: Trogus & Iustinus: his verbis absoluit Archilochus.

Maseas Phœnix Damascenus: libro nonagesimo septimo historiarũ asserit ãte Ninũ ferme ducẽtis qnquaginta annis fuisse inundationẽ terrarũ: & quẽdã cui testimonium ꝑhibet Moseus antiqssimus historicus liberatũ circa fluuiũ Araxim ad mõtes Caspios: tũqꝫ recẽti cęlo & rudi humano genere vixisse aureã vitã: in qua nullo ferẽte legẽ: natura ipsa viuebat: quousqꝫ Nin9 & Semiramis arma populis iferẽtes: primi vitã vitiare cœperũt humanã. Tradũt igit Chaldęi vno & trigesimo atqꝫ cẽtesimo ab Ogyge anno regnasse apud se Saturnũ auũ Nini: annis sex & quinquaginta: primũqꝫ Babyloniæ fundamenta iecisse. Hũc secutũ fuisse filiũ Belũ Iouem: & rexisse Chaldęos & Assyrios annis duob9 & sexaginta. Ninum vero duobus & quinquaginta. Semiramidẽ duobus & quadraginta. Ea Babyloniam magnitudine indicibili extruxit. Supputant igitur a Nino ad secundum annum Spheri quo ortus est Deucaliõ anni vnus & quinquaginta supra. CCCC. septingenti vero a prima inundatione nouimestri: a qua ad Troiã colligit Maseas annos nõ minus octo & viginti supra octingentos. Regnatum vero fuit Troię regibus sex: sub Dardano quidem vno & triginta annis: sub Erichthonio qnqꝫ & septuaginta: sub Troe sexaginta: sub Ilo qnqꝫ & quinquaginta: sub Laumedonte: sex & triginta: sub Priamo. xl.

Vt diximus: quia ante Ninũ tempora ignorauerũt Gręci: cõpulsi sunt ab ipsis Assyriis & Phœnicibus historiam mutuari. Hunc Maseam etiam contra Appionem grãmaticum: & in primo de antiquitate Iudaica producit Iosephus dicẽs. Maseas inquit Damascen9 libro. xcvi. historiarũ ita scribit. Est super Myriadã excelsus mons in Aramea: q Baris appellatur: in quo multos confugientes sermo est diluuii tẽpore liberatos: & quẽdam simul in archa deuectũ in mõtis Ocilę summitate; lignorũqꝫ reliquias multo tẽpore conseruatas: cuius meminit etiã Moyses Iudęoꝝ legislator. Hæc Maseas. De tẽpore autem quo cœpit prima aurea ętas ante Ninũ oẽs historici latini cõueniunt: mox hoĩe facto sacram fuisse simul aureã ętatẽ: vt Ouidi9 indicat in prĩo Metamorphoseos: & nos in aliis commentariis sup Fabium Pictorẽ dixim9. Porro de quinqꝫ diluuiis & eorũ tẽporibus: copiose expositum est in Xenophonte de ęquiuocis: & in cõmẽtariis eius. Itaqꝫ vbi Archiloch9 absoluit tempora ex Annalibus Assyriorũ & Phœnicũ ab inundatione prima terrarũ vsqꝫ ad cõditam Troiam: nunc ab ea cõdita vsqꝫ ad destructam ex Annalibus regum Troianorũ subinfert dicẽs. Clara est litera: in qua error Eusebii de tẽporib9 regũ Troianorum cõuincitur: sequuti dissidẽtẽ sibi ipsi græcã historiã. Et ob id in hac re Troiana sequimur absqꝫ errore Archilochũ: q non græcas pugnas defendit: sed solos regũ Troiæ annales ex Masea phœnice ꝓsequit. Deinde de tẽporibus ab euersione Troiæ vsqꝫ ad Homerũ poetam distinguit: de cuius patria & tẽporibus indocile semper genus litigauit: vt vere ostendãt se nihil sciuisse. Nam vt ipsimet Gręci cõfitẽtur: si de Homeri patria a Pyndaro Lyrico quęres: sibi ipse diuersus erit: & nunc Smyrnæũ: nunc Chiũ asseuerabit. Si ab Antimacho & Nicandro expetis: Colophoniũ censebũt. Si ab Aristarcho & Dionysio Thracio: haud dubitabũt Atheniensem dicere. Aristoteles eũ Salaminium: Simonides vero Argiuum eũ fuisse contẽdit. Hactenus de patriæ eius erratis. Nunc de tẽporib9: Eusebium de temporibus Aeneę Syluii scribẽtem: audiam9 his verbis. Homerus inquit his fuisse temporibus a quibusdã iudicat. Et subdens: quãta inquit apud veteres de eo dissonã

Maseas.

Eusebii error.

Homeri patria.

Homeri sæculum.

tia fuerit:manifestũ esse poterit ex sequentibus. Quidam eũ ex quibus Socrates:ante descensum Heraclidarum ponunt. Eratosthenes:post.c.annũ Troianę captiuitatis. Philocorus vero:Ionicæ migrationis tempore:sub Archippo Atheniensium magistro:qui fuit post captã Troiam:annis.clxxx. Cæterum Apollodorus Atheniensis.cc.xl.anno euersionis Ilii. Extiterunt alii:qui paulo anteq̃ inciperent Olympiades:retro.cccc.annis Troianę captiuitatis eũ fuisse putent:licet illum Archiloch⁹ dicat fuisse.xxiii.Olympiade:& quingentesimũ Troianæ captiuitatis annum supputet. Hæc Eusebius. Quæ omnia Archiloch⁹ ex historiis dictarum patriarum perquirens qui fuerint illis temporibus apud eos dicti Homeri: has caligines dissoluit dicens.

Homeri viii.

Licet Eusebius non definiat pro Archilocho expresse: tamẽ subtacite per istam coniunctionem/licet/ determinat. Quasi dicat. Licet Archiloch⁹ certissimus temporum author probe dissoluat ęquiuocationes noĩs Homeri: quia plures fuerũt:vt etiã Xenophon de ęquocis dicit:& tpa eorũ & nobilitates ex ãnalib⁹ patriis pbet: & ætate sua vltimũ fuisse tradat:tñ illi in ęquiuocatiõe:& stultitia perseuerãt: quia vt in principio fragmentorum Catonis probauimus græcorum genus est confusissimum: & per omnem vitam homines errare cõpellens: simulq; indocile atq; nequissimum: quærens literis suis a natura sua:cuncta corrũpere. Instructi enim copia dicendi:vt ait Lactantius:mirabile est: quantas mendaciorum tenebras: & caligines excitauerint. Credit̃ ergo Archilocho: cũ studiose annalium patriorum perscrutatori:tum pręcipue quia vltimo Homero qui quærit̃ ipse coætaneus fuit: de cuius laudibus hæc dicit. Archiloch⁹ floruit:vt Eusebi⁹ notat:& nos supra diximus:Olympiade.xxix. Et Homer⁹.xxiii.quare ãte floruit Homer⁹ q̃ Archiloch⁹: sex olympiadib⁹: id est annis.xxiiii.qm̃ Olympias apud Græcos est spatium quatuor annorum:sicut apud latinos lustrum est spatium quinq; annorum. Fuit igitur Archiloch⁹ coętaneus Homero poetæ de quo erat pquisitio. Et ideo ipsi soli præter omnes credit̃. Quot vero Cadmi fuerint super Xenophontẽ de æquiuocis

Secuti sunt anni quingẽti a captiuitate Troię vsq; ad.xxiii.Olympiadẽ:in quibus floruerũt Homeri octo. Hoꝶ primus in annalib⁹ Teutei regis Assyrioꝶ traditur: qui vigesimus septim⁹ a Nino extitit. Hic Homerus vt ibi tradit̃: fuit Smyrneus & pfectus eiusdem regis paulo ante descensum Heraclidarum in peloponessum:ãno.xx. Demophoontis regis Atheniẽsiũ:quãdo Pyrrhus in templo Apollinis fuit ab Oreste interemptus. Hunc secutus est Homerus Chius. qui vt Chiensium memoria tradit: floruit arte medicinę anno.xix. Melãthis regis Atheniẽsiũ. Alius fuit Homer⁹ patria Cumeus:q vt ipsi Cumei perhibent enituit magica magis q̃ literatura:anno.xxiiii. Codri regis Atheniensium. Quartum:ciuem suũ prędiuitem Salaminenses Cyprii efferũt:arte institoria inclytũ:anno octauo Agasti Atheniensis. Biénio post emersit Homer⁹ Colophoni⁹:quem illorũ annales migratione Ionica prædicant effulsisse arte pictoria simul & sculptili. Sext⁹ fuit Atheniensis:qui vt ipsi scribunt:illustris reuocatione abolitarum legum& nouarum latione floruit sub Archippo. Septimũ argiui habent:Musicę atq; geometricę disciplinæ pręceptis admirabilem: anno decimo septimo Diogeneti Atheniensis. Vltimum hunc Homerum ętas nostra cernit:qui Olympiade.xxiii. & a Troiæ excidio anno qngentesimo:patria Męon Olympico

certamine victor: iudicio totius gręciæ eximius poetarum est habitus: & ei soli ius tributum emēdandi characteres & nomina & linguam gręcam: quæ vt ferūt Cadmus Samothrax fere Barbara & plena ruditatis attulit: sub excidiū Troianū: cū reuersus esset a fuga quā inierat ob certamen qđ illi Prisca vxor intulerat ꝓpter nuptias supiductę Armoniæ. Sunt ergo nūc characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariem quādam vetustam & nō phœnicam ferebant: quia nihil phœnicum habent vt cernimus: sed Galatarum & Mæonū figuras retinēt. Idem Homer⁹ reformauit characteres: & grāmaticę pręcepta primus dedit: cū antea quisq; sermone scriberet simul & loqretur vernaculo: Quæ ꝑfecto etiam Italia: q̄ & magna Græcia suscepit. Hactenus de tēporibus.

Finis.

exposuimus: ac etiam de nuptiis huius Cadmi. Et certamen passus est anno ferme octogesimo anteq̄ excideretur & cremaretur Troia vt Spinga & Palefatus tradunt: & Eusebius de tēporibus notat. Non ergo post huius Armoniæ & Cadmi nuptias ædificata est Troia a Dardano Samothrace: qui cum Iasio & Cybele his nuptiis interfuit: vt Græcia mendax audet in historia: quia ante has nuptias ducentis annis: & amplius inuenit̄ Troia cōdita ab alio Dardano Thusco filio Coriti: qui teste Virgilio a Turrhena sede Coriti profectus in Samothraciam prio: postea Ideas Phrygię penetrauit ad vrbes: Isq; fuit Dardanus iliacę primus pater vrbis & author. De literis vero reformatis ab Homero Mæone: ꝙ similentur Galatis & Męonicis characteribus: etiam argumēto est: quod ait Cæsar in. vi. Commentariorum: ꝙ Galli vsq; ad illud tempus vtebantur literis quibus & Græci. Lras expoliuit Homer⁹

Expliciunt commentaria sup Epithetum (dicā Epitomen) Archilochi de tēporibus.

Eiusdem Fratris Ioannis Annii cōmentaria sup Methastenem. Lib. XI. Pręfatio.



Etasthenes Persa fuit gēte: vt titulus indicat: q sic inscribit̄. Metasthenes Persa: de iudicio tēporū & annalium psarū. Tractat em̄ de cēsura annaliū duarū Monarchiarū: videlicet Assyriorū & Persarū. Et idcirco qsqs ille fuerit q librū traduxit existimo meli⁹ dixisset de censura q̄ iudicio. Corruptius vsus est Petr⁹ Comestor: qui scoholasticas historias edidit. Nam sup Danielē ꝓphetā: dicit. Metasthenes in lib. iudicioꝝ. Nā etsi etiā ad indicia & iudicia tēpoꝝ hæc referri possunt: ꝓprie tamē ad censurā & emēdationē eorū q p opiniones priuatas: præter publicā annaliū fidē scripserūt: constat opus editū. Corruptissime tñ inueni hūc in aliqb⁹ Megasthenē ꝓ Metasthene: quia primus fuit Gręcus & historicus: hic vero Persa & chronograph⁹: & ille laicus: hic vero sacerdos: qa nō scripsit nisi publica & ꝓbata fide: qđ erat ꝓpriū sacerdotis officiū: vt hoc loco ipse Metasthenes indicat. Et idcirco oēs græci authores de tēporibus ferme: vt verbosi reiiciunt̄: qa nō erāt sacerdotes: nec ꝓbata fide scribebāt: sed teste Iosepho cōtra Appionē: & Eusebio de tēporib⁹ primę Olympiadis: qsq; p opiniōes: vt cuiq; visū est scripsit. Vnde nec mirū si īter se pugnāt & dissentiūt: & ītestino bello nō pñiam mō sed etiā totā historiā cōfodiūt & obtruncāt. Facit aūt duo Metasthenes. Primo ponit censurā de tēporibus. secūdo castigatissimos annales duarū Monarchiarū tradit. De primo sic censet. Metasthenes.

Qui de tẽporibꝰ scribere parãt: necesse est illos non solo auditu & opinione chronographiã scribere: ne cũ per opiniões scribũt vti græci: cũ ipsis pariter & se & alios decipiãt: & ꝑ oẽm vitã aberrent. Verũ absq; vllo errore fiet: si solos annales duarũ monarchiarũ assecuti: cæteros oẽs vt fabulatores reiecerimꝰ In his eñ tã liq̃de atq; vere digesta sunt tẽpora: reges: & noĩa: q̃ apud eos splẽdidissime regnatũ est. Neq; tñ oẽs recipiẽdi sũt q̃ de his regibus scribũt: sed solũ sacerdotes illius regni: penes quos est publica & probata fides annaliũ suorũ: qualis est Berosus. Nã is Chaldæus omne tempus Assyriorum digessit ex antiquorum annalibus quem solum vel maxime vnum Persæ nunc sequimur.

Regulæ suscipiendorũ in chronographia.

Dat regulas tẽporũ Metasthenes: vt ex eis sciamꝰ iudicare: q̃ authores sint accipiẽdi in Chronographia: & qui reiiciẽdi. Prima regula est ista. Suscipiẽdi sunt absq; repugnãtia oẽs q̃ publica & ꝓbata fide scripserunt. Et declarat ꝙ sacerdotes olim erãt publici notarii rerum gestarũ & tẽporũ: q̃ pręsentes essent: aut ex ãtiquioribꝰ copiarẽt: sicut nũc instrumẽtũ publicũ & ꝓbatũ dicit: qđ a notario p̄sente publicat & scribit: aut ex antiquiore notario ꝑ pręsentẽ notariũ traducit. Secũda regula est ista. Gesta & annales quatuor Monarchiarum nõ possunt negari & reiici ab aliquo: q̃a solum publica fide notabant: & in bibliothecis aut archiuis seruabant. Vñ & in Esdra legimꝰ ꝙ cõtrouersię de reparãdo tẽplo: diffiniebant ex annalibus Persarũ seruatis in Bibliothecis: & Ethesias Gnidius recipit in tẽporibꝰ Persarũ: q̃a ex annalibꝰ publicis trãstulit. Tertia regula. q̃ solo auditu vel ꝑ opiniones scribũt priuati: hi nõ sunt in tẽporibꝰ recipiẽdi: nisi vbi a publica fide nõ dissentiũt. Cui argumento est: q̃a qđ ꝑ opinionẽ vel auditũ tradit: pugnã patit intestinã: quales fuere græci: qui vt hic insinuat Metasthenes & Iosephꝰ ꝓbat cõtra Appionẽ: sibi ipsis de tẽporibus diffident: & de mendacio alterutrũ accusant: vt est pugna inter Herodotũ: Agesilaũ: Hellanicũ: Ephorũ: Tymęũ & reliquos. Et nota ꝙ Iosephꝰ ꝑ has Metasthenis regulas facit validissimũ argumẽtũ: ꝙ gręci nõ habuerunt lr̃as a Cadmo: q̃a nulla publica ꝓbata fides inuenta est vñq̃ in archiuis sacerdotum aut publicis Bibliothecis. Et ideo nuꝑ habuerũt mutuati a Męonibꝰ & galatis: vt supra significauerũt Xenophõ & Archilochꝰ. Ex his patet ꝙ nemo de tẽporibꝰ suscipiẽdus est: nisi annalibꝰ quatuor Monarchiarũ cõcordet. Et ĩ monarchia q̃dẽ Assyriorũ q̃a publica fide scripsit Berosus chaldæus: cõsequẽs est vt in temporibꝰ eiusdẽ monarchię ipsi det palma: & itẽ eũ sequutis Persis ex q̃bus est Metasthenes: & gręcis: ex quibus sunt Xenophõ in ęquocis & Archilochꝰ & Eusebius. Reiiciunt a tẽporibus huiꝰ monarchiæ Assyriorũ q̃ priuatas opiniones cõtra publicã ꝓbatãq; fidẽ scribũt: ex gręcis: Herodotꝰ Hellanicꝰ Agesilaus: & ex latinis Iustinus: Gellius: & Orosius. In secũda vero Monarchia Persarũ & Medorũ author publicę fidei fuit Metasthenes Persa: & Ctesias Gnidius: vt in. iiii. li. Diodorus notauit. Reiiciuntur Iosephus ex Hebręis: & Clemẽs: Tatianus: Aphricanus: & Eusebius ex græcis: q̃a priuatas opiniones sequuti cõtra publicã fidẽ notãt reges & tẽpora: q̃ in bibliothecis & annalibus nõ fuerunt & cõtra omnẽ publicã fidem scribũt: Cyrũ ante dedisse licẽtiã Hebręis in Babylone captiuis: & mortuũ: q̃ Babylonia Darius eius patruꝰ potiret. Proinde idẽ Eusebius q̃m in tertia Monarchia græcorũ: & in quarta Romanorũ publicã annaliũ fidem sequit: in vtraq; recipit. Recipit & Philo Hebræus: quia nec in vno q̃dẽ mẽse discrepat. Reiicunt Iosephus & Talmudistæ: q̃ in multis tẽporibus de publico mẽdacio cõuincunt. Hactenus de censura. Nũc Metasthenes ad fidem publicã Berosi cõuersus tẽpora Monarchię Assyriorum: breuibus digesta ꝑ reges & quantum quisq; regnauerit absoluit dicens quid scribat Berosus.

Recipiendi & reiiciendi chronographi.

Is ergo tradit ante Ninum ducentis & quadragintanouẽ annis regnatũ fuisse sub trib9 diis regibus:quorũ qui primus vniuerso imperauit orbi fuit Ogyges:q pręfuit inundationi terrarũ. Inde Saturn9 fundata Babylonia regnauit annis sex:& quinquaginta. Bel9 Iuppiter ei9 filius duob9 & sexaginta. Nin9 ei9 fili9 q prim9 Monarchiã cœpit:annis quinquagintaduob9. Semiramis.xlii. Sameis annis.xxxviii. Arius.xxx. Aralius.xl. Xerxes Baleus.xxx. Armatrites.xxxviii. Bel Ochus Priscus quinq3 &.xxx. Baleus iunior duob. & quinquagita. Altadas duob. & triginta. Mamitus xxx. Mancaleus.xxx. Spherus vigiti. Mamel9 xxx. Sparetus quadraginta. Ascatades quadraginta. Amyntes quinq3 & quadraginta. Bel ochus iunior quinq3 & viginti. Bellepares xxx. Lamprides trigitaduob. Sosares.xx. Lãpares.xxx. Pãnias quinq3 & quadraginta. Sosarmus decẽ & nouẽ. Mytreus vigintiseptẽ. Tautani9 trigintaduob. Teuteus quadraginta. Tyneus triginta. Dercylus quadraginta. Eupales trigintaocto. Laosthenes quadragitaquinq3. Pyrithydias triginta. Ofrateus viginti. Ofragane9 quinquaginta. Ascrazapes duob. & q̃dragita. Tonoscõcoleros.xv. Hũc græci Sardanapalum vocant. Hucusq3 Berosus:Nos aũt illũ imitati:nullo alio authore vsi sumus:q̃ publica Susiana bibliotheca: in qua annales persarũ ferunt fuisse Bel ochum tertium:Sardanapali clandestinũ hostem: q eius militię pręfectus erat.

Xenophon:ab Ogyge vsq3 ad Ninũ:eosdem deos quos Metasthenes & Beros9:& totidẽ ãnos enumerat a descriptione Semiramidis: vt sup eũ exposuim9 li. de æquocis. Saturnũ vero hic appellat Nymbrotũ patrẽ Beli:& auũ Nini:vt Berosus exprimit. Itaq3 ab Ogyge vsq3 ad Ninũ qvitiare cœpit aureũ sęculum cupiditate monarchię:fuerũt anni ducẽti.xlix. vt cõuenit inter authores Berosũ:Metasthenẽ:Xenophontẽ:Fabiũ pictorẽ: & Catonẽ:sup quos iã cõmẽtaria cõfecim9 Ogygẽ vero vocãt Noã cognomĩe Ianũ:vt Berosus exprimit:q p̃fuit diluuio:& primũ gen9 humanũ vt antiq̃ssimus oĩm pf erexit:dicẽte apd̃ Ouidi. in prĩo de Fastis eodẽ Iano. Me penes est vnum vasti custodia mũdi. Et ius vertẽdi cardinis omne meũ ẽ. Igit̃ verissime tẽpus pbatũ publica fide ab inundatiõe terraꝝ ad primum monarchã assyriorũ Ninũ:sunt anni.ccxlix. A NINO aũt vsq3 ad finẽ Sardanapali durauit Assyrioꝝ monarchia /ãnis q̃tuor & trigita sup ducentos ac mille. Ergo qa Eusebi9 eosdẽ reges & tpa Assyriorũ sequit̃:a Nino vsq3 ad Sardanapalũ recipiẽd9 ẽ exceptis sex ãnis Notat.n. regnasse Sardanapalũ annis vigiti:quũ ãnales Assyrii scribãt. xv. Hęc itaq3 in publica Persaꝝ bibliotheca ex assyriana publica fide posita excerpsit Metasthenes:in q̃ etiã publici ãnales Persaꝝ erãt:cõtinẽtes quo pacto post Sardanapalũ Medorũ & Persarũ monarchia cœpit biptita inter Medos & Babylonios:deinde quõ reunita fuerit sub primis Cyro & Dario. Cœpit aũt hoc pacto:qa Bel och9 terti9 princeps militię Sardanapali pdito dño suo Sardanapalo:partit9 est cũ Medis monarchiã:vt Metasthenes enarrat dicẽs de eodẽ proditore.

Nymbrot.

Ogyges Noa & Ianus idem.

Sardanapalus.

Is cum Arbace tum Medorum principe partitus est monarchiam ea lege:vt Bel och9 Babyloniã: Arbaces Mediam atq3 Persas regeret. Itaq3 interfecto & ex ipso flammis in

Diodor9 i.iii.li.copiosissime de Bel Ocho & Arbace atq3 Sardanapalo historiam tradit: & quõ Ctesias Gnidius in temporibus monarchiæ assyriorũ deficiat:nõ digerendo reges: &

Bel ochus.

eorum nomina & tempora: quib⁹ quisq̃ regnauerit. Sed ĩ monarchia Medorũ laudat eundẽ Ctesiã: q ex publica fide atq̃ Bibliotheca persarũ: annales in graeciã retulit: & eadẽ refert: q̃ hic Metasthenes. Et ideo Graecus Ctesias recipit in tẽporib⁹ Persarum: & repellitur a temporibus Assyriorũ: sicut econtra Eusebius recipit de temporibus Assyriorũ: & excludit funditus a temporibus Persarum: quia secutus Herodotum & conterraneos fabulatores graecos: corrupit publicam & probatã fidẽ quam incorrupte referunt Diodorus Ctesias: & Metathenes. Et nota in Diodoro Siculo dicente q̃ Apandã graeci vocãt Astyagẽ. Et caue ibi a corruptione impressorum: qui Bel Osum: & Bel Esum pro Bel Ochum impresserũt. Ergo in bipertita monarchia regnatũ fuit apud Medos & Persas annis quatuor & trecẽtis: & per cõsequens totidẽ apud Chaldaeos & Babylonios: vt Metasthenes subinfert dicens.

Eusebii fidẽ eleuat.

Bel Ochus.

iecto Sardanapalo: monarchia bipertita fuit. Apud Medos in ea: hi regnauerunt annis quatuor & trecentis. Arbaces vigintiocto. Mandanes q̃nquaginta. Sosarmon triginta. Arti Carmin q̃nquagita. Arbianes duo & viginti. Arceus. xl. Attines viginti duo. Astybarus cũ Apanda filio. xx. Apanda solus triginta. Hoc Cyr⁹ & Darius deuicto: regnauerunt annis triginta sex. Nam ante reunitã monarchiã regnauerunt in Perside ãnis sex. Inde aliis sex Persico regno resignato Cãbysi filio: sexẽnale bellũ Tamyri reginae Scytharũ intulerũt sexto anno a Babyloniis euocati: atq̃ Balt Assare ĩterfecto: reunitam monarchiam in Persas trãstulerũt.

Philo Hebraeus eadem prosequitur quae & hoc loci Metasthenes: & nos super eum cõmentaria cõfecimus. Diuinae quoq̃ literae in. iiii. lib. regũ: & in. ii. Paralipomenon: horum Babyloniae regũ reminiscũtur: quia assidue bellum habuerunt cũ gente Hebraea. Nã de Belo Ocho cognomine Phul: ita scribit ĩ iiii. li. Regũ cap. xv. Venit Phul rex Assyriorũ cõtra Manassem regem Samariae. Nec te moueat q̃ vocat eũ regẽ Assyriorũ: quia diuinae literae oẽs reges Babyloniae vocant reges Assyriorum. De Phul Assar cognomine Teglat: eodem ca. ita scribitur. Venit Teglat Phul Assar contra Phacee regem Samariae: & transtulit in Assyrios Galilaeam & vniuersam terrã Neptalim. Et capitulo sequente. Misit (inquit) Achaz rex Hierusalem ad Teglat Phul Assar regem Assyriorum: vt iuuaret eum contra reges Samariae ad Damascum. De Salman Assar ita scribitur capitulo sequente. Ascendit Salman Assar rex Assyriorum contra Oseam regem Samariae: & cepit eum sexto anno Ezechiae regis Hierusalem: & transtulit decem tribus israel in Assyrios: vt scribitur cap. xvii. & xviii. vbi de Sennacherib dicitur. Anno decimoquarto Ezechiae regis ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. Et de Assar Adon: ita scribitur cap. xix. Cum Sennacherib sacra faceret in templo dei sui: duo filii eius interfecerunt eũ: & regnauit Assar Adõ

Phul

Teglat.

Totidẽ annis in bipertita monarchia regnatum est apud Babylonios. Primus Phul Bel ochus annis quadragintaocto. Phul Assar vigintiquinq̃. Salman Assar: decem & septem. Sẽnacherib septem. Assar Adon decem. Merodach duo & quinquaginta. Ben Merodach vnum & viginti. Nabugdonosor primus triginta quinq̃. Nabugdonosor magnus quinq̃ & quadraginta. Amilinus Euil Merodach. xxx. Filius huius prim⁹ Reg Assar trib⁹. Secũd⁹ Lab Assar Dach: sex. Tertius Balt Assar quinq̃.

filius eius pro eo. De Merodach scribit.xx.cap. Misit (inqt) Merodach rex Babyloniorũ literas & nũtios ad Ezechiam regem Iuda. De filio huius Ben Merodach nomẽ non habet in diuinis literis: sed solum ꝙ captiuauit & incarcerauit Manassem filium Ezechiæ post mortem ipsius Ezechiæ: vt patet in secundo libro Paralipomenon capitulo.xxxiii. Porro primi Nabugdonosor qui huic successit: fit mẽtio in quarto libro regũ capitulo.xxiiii. De magno vero Nabugdonosor: qui cremauit Hierosolymã & templũ: & duxit Hebræos captiuos in Babylonẽ: & Euil Merodach eius filio: meminerũt fines Paralipomenon & Regũ. De tribus vero huius filiis: magister historiarũ scholasticarũ repetit. Metasthenis locũ istũ. Qꝫ vero interfecto Balt Assare reunita sit Monarchia & trãslata in Persas: etiã vates Daniel quinto capitulo meminit. Itaqꝫ Metasthenes expositis annalib⁹ monarchiæ bipertitę Medorũ & Persarum: mox reunitę: publicos annales vsqꝫ ad Alexandrum refert sic dicens.

Balt Assare interfecto: regnauerũt simul Cyrus & Darius annis duob⁹: īde sol⁹ Cyrus duob⁹ & viginti. Filius Darii Prisc⁹ Artaxerxes Assuerus annis viginti: vltione interea sumpta de factiōe Tamarica: que per dolũ patruum tradiderat Tamyræ. Huius duo filii Cyrus Artabanes: & Darius lõgimanus: septem mẽsibus pro imperio dimicarunt. & septimo mẽse Longimano victoria cessit: regnauitqꝫ annis septem & triginta. Eius filius Darius Nothos: annis decem & nouẽ. Magnus Artaxerxes Darius Meneon: annis quinquagītaqnqꝫ. Artaxerxes Ochus sex & viginti. Nostra ætate Arses annis quatuor. Darius vltimus sex. Magn⁹ Alexander qui transtulit imperium in Gręcos: annis duodecim. Seleucus Nicanor q nunc agit trigesimum annum: successit toti Asiæ ac Syriæ.

FINIS.

Ex his patet reunitam Monarchiam durasse annis vno & nonaginta supra centũ. A principio vero ab Arbace vsqꝫ ad Magnũ Alexandrũ: perseuerauit annis quinqꝫ & nonaginta supra quadringentos. Patet quoqꝫ Metasthenẽ hunc floruisse circa tẽpora Magni Alexãdri. Cætera copiose sunt exposita in cõmẽtariis super Philonem. Verum quia in annalibus græcanicę monarchiæ: a Seleuco & Magno Alexandro vsqꝫ ad Philippũ vltimũ / Eusebius sequitur publicam fidem Asię ac Syrię per ipsius digesta tempora: & reges: & ĩ Romana monarchia latinã fidem publicã notat: idcirco in omnib⁹ tẽporib⁹ sequimur Eusebium: excepta Monarchia Medorum & Persarum ab Arbace vsqꝫ ad Magnũ Alexandrum.

Finiuntur cõmentaria super Metasthenem.

De primis temporibus: & quatuor ac viginti regibus Hispaniæ & eius antiquitate. Liber. XII.

De temporibus priscis. Caput Primum.

Deucalion.



Vi de temporibus emēdatius scribunt: aiunt Deucalionē natum anno secundo Spheri Assyriç regis: & iā duos & octoginta annos natū afflictū fuisse diluuio: vt refert Xenophon chronographus. Hūc sequuti vident Berosus & Eusebius: qui a secundo Spheri anno vsq; ad. xxxiiii. Spareti: quo diluuiū Deucalionis accidisse referunt: duos & octoginta supputant annos. Annus porro secundus Spheri quo ort⁹ est Deucaliō: is erat Hebraicç seruitutis in Aegypto quadragesimusoctauus: vt Eusebius rectissime annotauit. Ab eo aūt anno seruitutis vsq; ad principium vniuersalis diluuii sub Noa: annos septingentos: & mēses ferme decem Moses computat. Totidē ex Chaldæis Berosus enumerat. Pares & latinis Solin⁹ in capitulo de Creta supputat dicēs. Meminisse (inqt) par est a primo diluuio sub Ogyge notato: qñ diē cōtinua nox inumbrauit mēsibus nouē & amplius: vsq; ad Deucalionē: septingentis annis mediū çuū dari. Quare nos a diluuio Noç cognomento Ogygis: vt tradit Berosus & Phœnices: tpa exordiemur: eaq; sic partiemur. A diluuio ad. xliii. annum Nini regis Assyriorum: anni numerantur a Beroso ducenti nonagintaduo. Totidem Moses enumerat Genesis capitulo. xi. ab eodem diluuio vsq; ad ortum Habraæ. Quare castigatissime posuit Eusebius Habraam ortum anno Nini. xliii. Porro a. xliii. anno Nini ad conditā Troiā Eusebi⁹ & Berosus enumerāt annos quingentos & triginta octo: & ab eodē ortu Habraç ad Christū Eusebius notat annorum duo millia vigintiquinq;. Quare a primo diluuio notato sub Noa Ogygio vsq; ad conditā Troiā colligunt anni triginta & octingenti: & ab eadē inundatione vsq; ad Christum decē & septē supra trecentos & duo millia. Hos igit perpetuo annotabim⁹ cum adiectione a condita Hispania.

De antiquitate Hispaniæ. Cap. II.

Hispaniæ literatura Tubal.

Tempore Nini fuere Hispanis literç: poesis: & philosophia moralis. Hoc pendet a Beroso: Strabone: & Hispanica memoria. Berosus etenim scribit Tubalem primum Hispaniæ regem formasse Hispanos legib⁹: anno quarto Nini: & memoria Hispanica quā Strabo refert in primo libro: asserit se ante Stràbonē assecutā fuisse literas: leges: & carmina sex milib⁹ annis. Teste autē Xenophonte chronographo de diuersitate annorū Priscarū gentium: Iberici anni q̄drimestres erant: ac propterea sex milia Iberici anni: duo millia solares efficiūt. Quos si ab Augusto circa quem floruit Strabo numeremus: perueniem⁹ ad tpa eiusdē Nini. Rursus a quarto anno Nini vsq; ad octogesimū añ Troianum excidiū: ferme octingentos annos Eusebius supputat. Eoq; anno (vt Eusebius notat) Cadmus ob Zelotypiam Priscæ vxoris: certamē passus: ob quod teste Spingha & Palefato: coactus est a Samothracia in græcas Thebas cōmigrare: vbi primus (vt aiūt) grçcas literas formauit. Ergo ferme octingentis añ annis Hispani claruerūt philosophia & literis: q̄ græci elementa literarū a Cadmo assequerent Tanto videlicet Hispaniæ q̄ græciæ antiquior est splendor & philosophia.

De origine Hispanicç gentis. Cap. III.

Hispanorū origo

In vniuersam Hispaniā pricipio gētiū penetrarūt a Caspiis: Iberi: Persç: Phœnices: Pœni: Celtæ: vt in tertio natural' hist. Plini⁹ astipulat: &. M. Varro testatur: & Cato de originibus

retulit:fabulosaq; arbitrant esse:quę gręci fingunt de Hercule & Pyrene:& Luso:& Pane:& eiusmodi viris græcis.Sunt autem Iberi & Aramei Scythæ Caspii:quos Persæ Sagas appel lant:Persę vero sub Caspiis Corsi a sagis appellant:vt in quinto naturalis historię Plini⁹ tra dit.Quos vero Persæ & Hebræi proferunt Corsum & Quorem:Gręci pronuntiant Cyrnũ & Cyrum.Quare Iberi Sagę Saguntũ:Persę vero Corsi primi incoluere Corsicã:quã græci vocãt Cyrnũ.Ex his igitur coloniis primis oẽs insulę Sicilia: Corsica:Sardinia: vsq; Baleares:simul & tota Hispania genus traxit.Porro quum Gothi & Alani a Caspiis in Europam se primũ diffuderint:hiq; post Christum in tanto in Hispanias penetrauerint: atq; ad hanc ætatẽ regnauerint:cõsequẽs necessario est vt posteri Gothi nõ variauerint priscã originem Hispanicę gẽtis.Hęc igit̃ est tum inuariata:tum maxime vera vestra origo celsi reges Ferdinande & Helisabet christianissimi principes.

Iberi. Aramei Corsica Gothi

De primo Hispaniæ rege Tubale.Cap.iiii.

Diuus Hieronymus & Eusebius aiunt Tubalem quintogenitum Iapeti filii Noe:primo genitum omnium Hispanię regum fuisse:Idq; Iosephus concedit ex Hebræis:& Berosus ex Chaldęis:qui ait eum condidisse Hispaniã anno a diluuio cẽtesimo.xliii.qui erat ann⁹ duodecimus Saturni Babylonici Nymbroti:ante Troiã cõditã annis septẽ & triginta supra sex centos: & ante annũ Christianę salutis annis quatuor & septuaginta supra cẽtũ & duo millia. Vrbs nomini suo dicata Tubal est in Betica:vt patet ex Pomponio Mela.Huic pręcipuum studium fuit greges & armenta atq; iumenta inducere.Tum quia Hispania hæc q̃ maxime parit:tum pręcipue quia eadem mortalibus ad esum:victum: & tegumentũ & alia necessaria erant:tum vel maxime quia etiam inter primas diuitias & delitias ea tẽpestate posita erant.Huiuscemodi studiũ Aramei Tharacoam vocant: id est pastorum congregationẽ: vt tã Hieronymus q̃ Talmudistæ exponunt.Hinc Tubali Tharaconem munus indidit cognomẽtum:a quo non dubium est Tharaconam dictam:sicut coloniis suis sagis.Saguntum nomen accepit vetustissimũ. Hic teste Beroso Hispanos formauit legib⁹ anno quarto Nini Quod profecto satis congruit supradicto veteris Hispaniæ testimonio quod supra ex Strabone produximus.Idem Berosus tradit anno decimo Nini: & eiusdem Tubalis anno.cxv. patrẽ Noã cognomẽto Ianũ a Phœnicia & Aphrica in Hispanias traiecisse:& dimisisse Tubali: suo ex filio Iapeto nepoti duas colonias a suo ꝓprio noĩe dictas Noælas & Noæglas:q̃q̃ Noægas & Noælas scribat Plinius in tertio naturalis historiæ capite.xxi.Rursus idem Berosus ait eum regnasse vsq; ad quadragesimum tertium Nini annum: qui a condita ab eo Hispania est annus quinquagesimusquintus supra centum. Ergo quinquennio q̃ obiret Tubal:ortus est Habraam. Nam quadragesimo tertio anno Nini genitus est: vt supra retulimus.

Tubal Tharcõa Habraæ ortus.

De.ii.Hispanię rege Ibero.Cap.V.

Successit patri Tubali Iberus filius anno Nini quadragesimo nono vt Berosus scribit:id ẽ a diluuio anno.ccxcix.a condita vero Hispania centesimo quinquagesimosexto:ante autem Troiam cõditam primo & trigesimo supra quingentos:& ante salutem Christianã decimo sexto supra duo millia.Quare ab Iberis Caspiis tota Iberia dicta ẽ:& Celtis teste Marco Varrone pars proxima Galliæ Celtiberia nũcupatur ab historicis:& ab Ibero rege dictus est Iberus amnis:& Iberi qui illum circũincolunt cognominant.Hic fluuius teste Alberto magno Solino:& Diodoro in sexto libro oritur sub Pyrenei radicibus in Cantabris: & flexuose serpẽs sub Ferrarię promõtorio mergitur in Baleare pelagus:cõmercio diues:& ab authorib⁹ nominatus.Regnauit autem vsq; ad annum.xxxiii.Semiramidis iuxta:id est annis. xxxvii. vt in Eusebio computatur.

Iberus. Iber⁹ fluuius.

De.iii.Hispaniarum rege Iubalda.Cap.VI.

Iubalda.

Sumpsit Hispaniarum imperium tertius Iubalda:a quo mons Iubalda nomē accepit teste Beroso:q̄q̄ scriptores in Ptolemęo nō castigate scribant Iubeda:& corruptissime Mauri Gybeltar nomen Hispanis reliquerint. Cœpit autē regnare anno trigesimoquarto Semiramidis vt ait Berosus:id est a diluuio trecētesimo trigesimosexto.Ab ortu vero Habraę quadragesimotertio:& a condita Hispania centesimo nonagesimotertio.Ante vero conditā Dardaniam quadringentesimo nonagesimoquarto.& ante annū Christianæ salutis primo & octogesimo supra mille noningentos.Anno decimoquarto Iubalis fuit annus a diluuio trecentesimus quinquagesimus.Ergo anno decimoqnto Iubalis concessit naturæ Noa pater: cognomēto Ianus: Ogyges.Rursus anno trigesimosecundo Iubalis fuit septuagesimusquint⁹ Habraæ. Ergo eo anno facta est illi repromissio Christianę salutis:vt patet Genesis.xii. capitulo:vt benedictio paganorū nō in nomine dei israel:sed in nomine seminis Habraæ:siue Christi dei fieret:dicente & exponente id Esaia capitulo.lxii.Relinquetis inquit vos Israelitæ nomē vestrum ad maledictionem electis meis:& seruos suos deus vocabit alio nomine: in quo qui benedicetur aut iurabit:in deo benedicetur: Amen.His temporib⁹ Hercules Libyus ortus est:ante Græcum Herculem annis ferme septingentis:qui Aegyptios annos ferme decē millia efficiunt:vt Diodorus cōtra gręcos arguit in primo libro.Regnauit Iubalda teste Beroso a trigesimoquarto anno Semiramidis vsq; ad decimumoctauū Arii: id est annis sexaginta quatuor :vt in Beroso & Eusebio colligitur. Septennio ante Iubalis mortem:centenario iam Habraæ oritur Isaac.

Habraæ repromissio facta.

Isaac ortus

De Brygo.iiii.Hispaniæ rege.Cap.VII.

Brygus.

Brygus Hispanis imperat teste Beroso anno decimonono Arii:id est a diluuio quadringentesimo.A condita vero Hispania ducentesimo sexagesimoseptimo.& ab ortu Habraę anno centesimo octauo.Ante autem Dardaniam conditam quadringentesimo trigesimo.& ante annum Christianæ salutis Millesimo nongentesimo decimoseptimo.Brygū appellāt Aramei Castellanum.Brygolam vero Castellum.Vnde Etrusci quib⁹ ad hęc tempora plura manent Aramea vocabula:Bricolam vocant castellū in edito positum.A duobus vero hūc arbitror hoc cognomento fuisse dignatum:& q̄ insigne sibi in vexillo castellum statuerit:& q̄ teste Beroso plura in tota Hispania castella fundauerit:& Brygum nomē indiderit: pręposito singulo eorum proprio nomine ducis cui illud consignabat:quod in Ptolemæo facile patet:vt in Lusitania Laccobryga: Mirobryga:& alia plura.Et in Taraconensi Brygantum:volubryga:compluraq; eiuscemodi.Plinius in quito naturalis historiæ: capite vigesimo primo asserit esse authores qui prodant memoriæ Brygos Europæ in Asiam traiecisse: & condidisse Brygios:quos mutata b in ph.Phrygios dixerunt. Quinetiam in Hiberniam colonias misit: & in Alpinos : & in Tusciam: in quibus nomina extant.In hibernia quidem habent fluuium Brygū:& brygantes eius populos:& in Vindelicis Brygos & Bartobrigā : vt in Ptolemæo describitur.At in Tuscia regio Sabatia continet agrum Brygianū:in quo postea fundatum oppidum Brygianum dicitur:q̄uis g. in cc.commutet vulgaris sermo: vt Brygolam:brygum:brygianum:dicimus bryccolam:bryccum:bryccianum.Corrupte vero Bracchianum:sicut & illius proximum agrum amnis Laronis dicunt Anguillariam: quum amnis Lara dici debeat.Submutauit enim pluries nomina.Nam primo a duce Brygianum: inde Arcennum ab arce Veientum. Postea Arceanum & Barceanum : & corrupte Bracciaanum.Regnauit Brygus teste Beroso:vsq; primum annum Balanei:id est annis.liii.vt Eusebius aperit.

De Tago.v.rege Hispaniæ.Cap.VIII.

Tagus quintus rex Hispaniæ cœpit teste Beroso anno primo Balanei Xerxis. id est a diluuio quinquagesimo secundo supra quingentos: & a condita Hispania trecentesimo nono. Porro ante conditam Troiam trecentesimo septuagesimooctauo: & ante annum Christianę salutis sexagesimo quinto supra octingentos & mille. Ab hoc Tagus fluuius nomen accepit vt ait Berosus: diues piscatura & aureis arenis: vt Plinius scribit: & Solinus confirmat. De quo Iuuenalis in Satyra tertia. Tanti tibi non sit opaci omnis arena Tagi. Hunc Berosus Tagum Orma: Moses vero per syneraicam compositionem Tagorma nuncupat. Posuit hic colonias Tagas in Caspiis: & Tagorma in Africa. Vnde in Hispanias traiecit: vt ea loca in Ptolemæo memoriæ traduntur. Regnauit autem annis triginta: quibus & Balaneus Xerxes. Tagus.

De Beto.vi.rege Hispaniæ.Cap.IX.

Anno primo Armatritis teste Beroso: cepit regnum Hispaniæ Betus: id est a diluuio. cccclxxxii.& a condita Hispania trecentesimo trigesimonono. Ante vero Troiam conditam trecentesimo quadragesimooctauo. & ante Christianam salutem trigesimoquinto supra octingentos & mille. Talmudistæ aiunt Bætum per æ diphthongon scribendum esse Bætũ quod Etrusci transpositis vocabuli literis a.e. pronuntiarunt latini felicem. Hinc Bætus & Bętica: beatus & beata patria est & felix: quam Homerus & græci campos elysios dicebant vti Strabo in primo libro retulit. Hebræi vero Betum a behin dici volũt: quod Hieronym⁹ interpretatur locus vitæ meæ: id est felicitatis optatæ: quæ cuiq; est locus vitæ & cãpus elysius. Hanc vos felicitatis auspices: felicissimiq; Hispanię reges Ferdinande atq; Isabella e manibus impiorum: vt Aegyptius Hercules e manibus Gerionum: eripuistis. De Bęti eius fluuio atq; saluberrimo aere historici plura dicunt. Seneca vero Cordubensis in Medea sic habet. Nomen qui terris dedit Betis suis Pulsans hesperia maria lãguido vado. Et in Satyra Iuuenalis inquit. Præcipitare volens etiam pulcherrima vestem: atq; alias quarũ generosi graminis ipsum Infecit natura pecus: sed & egregius fons Viribus occultis: & Beticus adiuuat aer. Et Martialis. O inquit Betis oliuifera crinem redimite corona Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. Regnauit hic Betus annis. xxxi. & anno sequente Gerion tyrannidem assũpsit: vt Berosus asserit. Betus. Bętica.

De Gerione.vii.rege Hispanię.Cap.X.

Gerion Afer teste Beroso: tyrannidem adsumpsit anno trigesimosecundo Armatritis: id est a diluuio quartodecimo supra quingẽtos: & a condita Hispania trecẽtesimo septuagesimoprimo. Ante vero Troiam conditam trecentesimo decimosexto: & ante vniuersalẽ salutẽ orbis tertio supra octingentos & mille. Dictus est autem Gerion a vocabulo Aphro: & proprie Hebræo Gera id est aduena: q; teste Beroso ex Mauritania Hispaniam inuasit atq; aduenit. Fuit autem illi cognomentum Aramee Deabo: Gręce Chryseo: Latine Aureo: qđ a diuitiis nomen cõtraxerat: vt Berosus scribit: & Diodorus in quinto confirmat. Regnauit autem vsq; ad vigesimũoctauũ annum Bel ochi vt Berosus scribit: id est annis. xxxiii. vt in Eusebio numerantur. Gerion

De Trigemino Gerione.viii.rege.Cap.XI.

Anno Bel Ochi.xxix. vt ait Berosus regnauerunt filii Deabi Lomnimi.i. philarchę ac exercituũ principes: vt diuus Hieronym⁹ interpretať: quos nostri trigeminos Geriones vocãt quia tres Gerionis filii fuere. Cœperunt autem anno supradicto Belochi: a diluuio aũt. xlix. supra quingentos: & a condita Hispania. ccccvi. Ante autem conditam Troiam. cclxxxi. & ante humanam salutem Millesimo. dcclxviii. Teste autem Beroso his regnantibus: & cũ aliis orbis principibus consciis Typhœus Aegyptius peremit fratrem suum Osiridem cog no Trigemin⁹ Gerion.

mento Iouem iustum iuste imperantē. Quare vt idem tradit: & Diodorus post eū passim repetit in libro primo: secundo: quinto: & sexto: Libyus Hercules Osiridis filius in vltionē paternæ cædis bello facinorosis per totum orbem indicto: patruum suū Typhœū in Aegypto iugulauit: Busiridē in phœnicia deleuit: iuniorē Typhœū in Phrygia enecauit: Milynū maris præfectū in Creta obtrucauit: Antheū libycis arenis strauit: & in Hispania tres Geriones singulari ꝓuocatos certamine sustulit: & contra Lestrigones in Italiā profecturus vt ait Berosus: creauit Hispaniæ regem Hispalum. Regnauerūt aūt Geriones vt Berosus insinuat: vsq; ad. xxxvi. Balei regis: id est annis. xlii.

Herculis facinora.

De Hispalo nono rege Hispaniæ. Cap. XII.

Hispalus

Hispalus teste Beroso regnauit anno. xxxvi. Balei regis: id est a diluuio nonagesimo anno supra quingētos: & ab Hispania condita. cccxlvii. Ante autem Troiam cōditam. ccxli. & ante Christianam salutem. xxvii. supra septingentos & mille. Ab hoc dictam esse Hispalim vrbem nomen accusat: neq; arbitror dici a palis: sed ab Hispali rege & eius coloniis Hispalis Scythiæ populis quos secum adduxit Hercules per orbem: vt etiam Toletanus clarus historicus Rodericus commemorat. Hunc fuisse filium Herbulis ex eo constat: ꝙ Hispan⁹ & Iliberia illius filia nepotes Herculis ab Hispanis scriptoribus memorantur: q̄q̄ vitio scriptorum a Berosi originali deciderit. Regnauit autem vsq; ad finem regis Balei: id est decem & septem annis.

De decimo Hispaniæ rege Hispano. Cap. XIII.

Hispanus.

Anno primo Altadis: regnauit nepos Herculis Hispanus: qa diluuio est annus septimus supra sexcētos: & a cōdita Hispania. ccccLxiiii. Et añ Troiā conditā. ccxxiii. & añ humani generis saluatorē. M. dccx. Cunq; omniū cōcessu Hispania nomē acceperit ab isto nepote Herculis: cōsequēs necessario est: vt ante hūc nouē præcedētiū regū cognominibus appellata de more vetusto fuerit: qui cū Caco simul vitio scriptorū a Beroso decidit. Regnauit aūt Hispanus duobus &. xxx. annis: quibus & Altades.

De Libyo Hercule. xi. rege Hispaniæ. Cap. XIIII.

Hercules Libyus.

Postq̄ Hercules Italia composita functus est omnibus laboribus: teste Beroso ab Italia anno decimonono Altadis in Hispanias rediit: vbi eius nepos Hispanus regnabat. Qui cū Hispanus naturę concessisset vltimo anno Altadis: ipse Hercules senex admodū regnū Hispaniæ iniit anno primo Mamiti: a diluuio trigesimonono supra sexcētos: & ab Hispania condita. ccccxcvi. Ante vero Troiā centesimo nonagesimoprimo: & añ Christianā salutem: millesimo sexcētesimo septuagesimooctauo. Regnauitq; ibi vsq; ad decimumnonū annū eiusdem Mamiti: & obiit. Cuius ossibus opulentū sepulchrū atq; tēplū condidere Hispani apud Gades: vt Pomponius Mela exprimit Berosum sequutus. Idem Berosus ait eius nomini Libyo ædificasse ac dicasse vrbes Libysoson: Libysocam: Libuncam: Liborā. Quas etiam Ptolemæus describit. Plinius in tertio naturalis histo. capite quarto asserit Libysosam vocatam fuisse a Romanis Foro augustanam: & illi ius Italicum tributum. Ergo regnauit vsq; ad. xix. annū Mamiti.

De. xii. rege Hispaniæ Hespero. Cap. XV.

Hesperus.

Fert Rodericus Toletanus Herculem duxisse secum Atalantem qui circa tempora Moysi floruit. Hūc Berosus non Maurū: sed Italū fuisse tradit. Huic frater erat Hesperus vt scribit Iginus: quē sibi successorē Libyus Hercules reliquit. Regnauit teste Beroso vsq; ad vltimū annū Mamiti: id est decē annis: quippe qa Italus Atlas illū ab Hispania pellens: in Italiā coegit vt scribit Iginus: ac ꝓpterea Hispaniā & Italiā Hesperias dictas ab Hespero rege: non a sydere: vt fingunt græci: probat. Nam eadem ratione intermedia Gallia diceretur Hespe-

ria:quia sicut eo sydere ab Italia in hispaniam:ita & in Galliam nauigant greci.Cœpit autẽ regnare in Hispania Hesperus anno Mamiti.xx.succedens Herculi Aegyptio anno a Diluuio Dclviii.& a condita Hispania.d.xvi.porro ante Troiam conditam.c.lxxi.& ante vrbem romã dc.iii.& ante humanatum deum.M.dc.lviii.

De xiii.Rege.Hispaniæ Atlante Italo Capitulum.xvi.

Kityn Atlas teste Beroso regnauit apud Hispanos anno primo Mancalei id est a diluuio dclxix.& a condita Hispania.d.xxvi.Porro ante Troiam conditam.c.lxi.& ante vrbẽ Romam d.xciii.ante vero Christianam salutem.M.dc.xlviii.Tres fuisse Atlãtes:Seruius tradit super Aeneida Vergilii:primũ omnium Maurum:postremum omnium græcum:horum medium socerũ Coriti Hetrusci Atlantem Italum fratrem Hesperi quem Berosus vocat Atalum Kytin.de hoc sermo factus est.Regnauit teste Beroso vsq ad.xii.annum dicti Mancalei:& creato rege filio Sicoro:ipse in Siciliã:deinde in Italiã ad Coritũ adnauigauit: vt in historia Hetrusca probatur. Italus Atlas.

De.xiiii.Rege Hispaniæ Sicoro.Capitulum.xvii.

Regnauit Sycorus teste Beroso.xiii.anno supradicti Mancalei id est a diluuio.dc.lxxxii. A condita vero Hispania.d.xxxviiii.ante Troiam.cxlviii.ante vrbem Romã.d.lxxx.Et ante annos salutis.M.dcxxxv.Ab hoc pars Hispanię Sicora dicta fuit vbi est fluui⁹ Sicor⁹.de hoc Lucanus.Hesperios inter Sycorus non vltimus amnis.Regnauit vsq ad.vii.annum Mameli vt ĩsinuat Berosus id est annis.xlv.Sub hoc Sycoro hæc contigerunt.Primũ quia.xx.annus Sycori erat secundus Spheri:quo ortus est Deucalion Saluator Thessaliæ.Itẽ decimus nonus annus Spheri est trigesim⁹ septim⁹ Sycori.At.xix.ãno Spheri nat⁹ est hebraicæ seruitutis saluator Moses vt Eusebius notat.Ita sub Sphero & Sycoro nati sunt duo saluatores: alter a diluuio ereptor:Alter a seruitute. Sycorus.

De Sicano.xv.rege Hispaniæ Capitulum.xviii.

Sican⁹ patri successit vt Berosus tradit anno Mameli octauo:id est a diluuio.dccxxvi.& a cõdita Hispania.d.lxxxiii.At ante Troiam.c.iiii.& ante vrbẽ Romam.d.xxxvi.& ãte christianã salutẽ.M.d.xi.Sicanum nomẽ Siculis & Italis tributũ legimus: & celebre nomen est apud historicos & poetas.Regnauit autem vt Berosus indicat vsq ad octauum Spareti; id est annis vno & triginta vt in Eusebio colligitur. Sicanus.

De Siceleo.xvi.Rege Hispanię Capitulum.xix.

Siceleus regnare cœpit paulo post Iasiũ Tuscũ fratrẽ Dardani qui Troiam condidit: & primum Atheniensium regẽ priscũ Cecropẽ vt Berosus notat:anno nono Spareti:a diluuio.dcclvii.Et a condita Hispania.dc.xiiii.Sed ante Troiã.lxxiii.ante vrbẽ Romã.d.v.& ante aduẽtũ magni Messię.M.d.lx.ætatis aũt Mosi.xli.& Deucalionis.lviii.Ab isto Siceleo & filio Itali Siculi dicti fuerunt vt Dionysius halicarnasseus in primo libro recitat.Vt aũt Eusebius & Berosus conscribũt diluuiũ in Thessalia accidit anno Spareti.xxxiiii.Deucalionis.lxxxii.Mosi.lxvi Huius autẽ Sicelei ãno.xxxv.Ascatadis vero quarto:Io ægyptia soror Osiridis reuersa est in ægyptũ & Isis dicta ob beneficiũ traditæ hũano generi artis pistorię:vt Xenophõ refert & Eusebius notat.Et vt Berosus ꝓsequitur/lis orta inter Dardanũ & Iasium de regno:ĩ qua cõtentiõe quũ Iasius atq Tusci ab Hispania euocassent Siceleum:soli aborigines sequebãt Darda- Siceleus. Iasius.

num:omnis vero Italia & Siculi cum Siceleo fouebant partes Cybelis & Iasii. Quunque dolo Iasium Dardanus peremisset in Vetuloniç agro ad thermas Iasinellas: Siceleus Aborigines exclusit: & Dardanum Italia pepulit & in Samothraciam coegit: vt latina historia tradit: de quo Virgilius .vii. æneidos. Dardanus idæas phrygiæ penetrauit ad vrbes: Thraiciamque samum quę nunc Samothracia fertur. Hinc illum Coriti Turrena a sede profectum & reliqua. Hęc fuit prima intestina Italiæ rixa: ob quã Aborigines infensi siculis: post occasione data contra eos socia arma pelasgis iunxerunt: & ab Italia in Siciliam coegerunt: vt in primo libro Dionysius Halicarnasseus cõmemorat. Eodem anno obiit Siceleus quo & Iasius relicto filio Luso. Regnauit autem vsque ad .xiii. annum Ascatadis id est quatuor & quadraginta.

De .xvii. Rege Hispaniæ Luso Capitulum .xx.

Lusus Lusitania.

Nõ est Lusus hic græcus sed Hispanus filius Sicelei qui regnare cœpit anno Ascatadis .xiii a diluuio .dcccl. & a cõdita Hispania .dc.lviii. & ante Troiã .xxix. & ante vrbẽ Romã . cccclxi. ante & humanã Salutẽ .M.d.xvi. Ab hoc Luso dictam Lusitaniam omnes concedunt. Lusum vero nominatum quod more Arameo vbique sacra ludis & saltu agebat vti quandoque Dauid ante arcam egit: & Tuscis Lucumonib⁹ erat moris: vt de cõditore Lucensium Festus insinuat. Hic mortuo patre Siceleo in Italia rexque creatus multas duxit ex amicis Italiæ colonias in Lusitaniam: faciuntque argumentum complura vetusta locorum & gentium nomina Italis & Lusitanis communia apud veteres Geographos seruata: quãquam nunc variata fuerint. Huius anno . xxviii.

Dardanus.

Dardanus qui a turrena sede Coriti in Samothraciã profugerat teste Virgilio idęas phrygiæ penetrauit ad vrbes. & Troiam condidit: quam a se primo Dardaniam nominauit: anno . vi. Aegypti fratris Danai Aegyptii: vt Eusebius rectissime annotauit. Regnauit autem Lusus vsque ad annũ .vii. Aegypti id est annis triginta.

De .xviii. rege Hispaniæ Siculo Capitulum .xxi.

Siculus.

Siculus teste Manethone regnauit anno Aegypti octauo id est a diluuio .dccxxxii. a condita Hispania .d.c.lxxxix. Et a cõdita Troia .ii. sed ante vrbem Romam .cccc.xxx. & ante annum salutis .M.cccc.lxxxv. Notandum est hoc loci olim Hispanos nõ proprie habuisse reges: sed electissimos duces: vt Trogus scribit & Iustinus abbreuiat in .xliii. Libro. cui argumento est: quod suos principes vocabulo Arameo Iberico vocabãt nõ Ry id est reges: Sed Sic id ẽ duces vñ Orũ

Sic.

A num: Eleum: Vlum: dixerunt Sycorum: Sicanum: Siceleum: Siculum: nomine ducũ. Hic siculus iunior dictus est per distinctionem prisci filii Itali. Regnauit hic Siculus ad principiũ Menophis regis Aegypti vt insinuat Manethon: id est annis ferme sexagita vt in Eusebio supputamus.

De .xix. Rege Hispaniæ Testa .xxii. Capitulum.

Testa. Erichthonius.

Testa vt ait Manethon regnauit primo anno Menophis Regis Aegypti. a Diluuio. dccc. xciii. & a condita Hispania .dcc.l. & a condita Troia .lxiiii. ante vero vrbem Romam .ccclxviii. & ante annum christianę salutis .M.cccc.xxiiii. Hoc eodem anno vt Eusebius notat filius Dardani Erichthonius: regnare cœpit secundus rex Troię. Hic Testa vt ait Manethõ: fuit oriũd⁹ Libya Tritonide patria Mineruę Palatuæ: conditque in littore Testam vrbem a qua Ptolemæus (Contestanos circa populos vocat. eam (vt aiunt Hispani) Teucriã vocauere posteri a Teucro thelamonio vt Sillius & Iustinus sub argumẽto. Deiñ. carthaginẽ nouã ãno Testę. xlvii. qui

Tros.

erat septim⁹ Zeti regis ægypti: vt notat Manethõ & Eusebi⁹. Tros fili⁹ Erichthonii terti⁹ tro

iæ imperauit a quo Tróia ampliata simĺ & dicta fuit. Regnauit Testa vsq ad.xxxii. Zeti vt insinuat Manethon id est annis septuaginta quatuor & in Eusebio numeratur. Testa.

De.xx. Hispaniæ Romo Capitulum.xxiii.

Regnauit Rom⁹: vt ait Manethon anno.xxxv. Zeti: a Diluuio. Dcccclxviii. a condita Hispania.ccc.xxv. & a condita Troia centesimo.xxxviii. Cæterũ ante vrbẽ Romam.cc.xciiii. & ante annum salutis.M.ccc.xlix. Fuit alius Rom⁹ qui in latio Romam oppidulum auxit: qđ Roma Itali filia cõdiderat: vt Berosus tradit & Plutarchus cõfirmat in vita Romuli. Quod oppidulum postea Romam latina iuuentus per interpretationem valentiam dixit. Et Euander iterato Romam vocauit: vt Solin⁹ testatur. Est em̃ idem dictu Aramee atq græce Roma qđ latine Valentia sicut & Romus valẽs. Ergo vrbem quã more principum a se Romus Hispanus Romam vocauit: postea Romani seruata nominis interpretatione Valentiam ad hanc ætatem dixerunt: vrbem profecto vetustissimam ab hoc Romo conditam / & inclytam sancto Laurentio martyre ac Vincentio cõfessore: Borgianaq domo quæ q̃ maxĩe enituit summis pontificibus: Calisto.iii. cuius auspicio Turcus in Vngaria fusus est: & festum transfigurationis institutũ: & itẽ eius nepote: nunc sanctissimo Pont.max. Alexandro.vi. cuius aduentu in suam Vetuloniam Iasiana & Cybelica triumphalia apparuere: quæ tempore defensoris eius Sycelei regis Hispaniæ recondita fuerunt. Sub hoc pontifice maxima suspicamur in eius gloriã futura. Finiuit aũt regnũ Romus vt insinuat Manethon anno duodecimo Ramsis regis Aegypti qui in Eusebio anni tres &.xxx. enumerantur. Romus. Valentia. Roma.

De Palatuo.xxi. rege Hispaniæ Capitulum.xxiiii.

Ergo quia Palatui populi circa Valentiã describũtur: consequens est ibidẽ patrem Romum & filium Palatuum sedẽ tenuisse. Ab his Palẽtiam cõditã fuisse deriuatio nominis est argumẽto in qua olim floruit Mineruæ studium & Gymnasium generale Hispaniæ: vt in legenda beati Dominici scribitur. Regnauit autem hic Palatuus vt Manethon insinuat: anno.viii. Ramsis regis Aegypti: a diluuio quidẽ vno supra mille: & a condita Hispania.dcccclviii. & a Troia fundata.c.lxxi. Porro ante vrbẽ Romã.cclii. & ante annum salutis.M.ccc.xvi. Hoc anno vt Eusebius notat & Manethon: Ilus filius Trois: regnauit quart⁹ rex Troię: a quo Ilium dictum simul & conditum in Troia fuit. Regnauit hic Palatuus circa Valentiam: quẽ vt quidã existimant pepulit Cacus celtiber qui in Carpentanę monte militiam duxerat: vbi & victoria potitus est & monti Caco nomẽ ad hanc ætatem dedit: q̃uis alii canum dicant. Ferunt autem Palatuum victum: quia adolescẽtulus erat. Regnauit autem hac prima vice Palatuus puer vsq ad.xxx. annum Ramsis id est annis.xviii. vt in Eusebio supputari potest. Palatuus Palentia. Ilus.

De Caco.xxii. rege Hispaniæ Capitulum.xxv.

Anteq̃ Hercules gręc⁹ nat⁹ esset annis duobus & quadraginta Cacus etiã adolescens celtiber regnauit in Hispania: ob cuius victoriã monti Caco nomẽ impositũ anno Rãsis.xxxi. a Diluuio aũt.M.xix. a cõdita Hispania.dcccc.lxxvi. a Troiæ cõditione.c.lxxxviii. & añ vrbẽ Romã.cc.xliiii. & ante aduentũ Christi.M.cc.xcviii. Dictus fuit Vulcani fili⁹ ꝙ prim⁹ ĩ Hispania ferrũ & arma & armatã militiam quæ Vulcano conficiunť maxĩe docuerit. Regnauit vsq ad annum vltimum Rãsis id est ãnis.xxxvi. Et pulsus regno fuit & coact⁹ fuit in Italiã a Palatuo qui resumptis armis illum propulsauit ab hispania quoniã anno primo Amenophis mortuo Ramse inueniť Palatuus iterato rex in Manethone. Nõ potuit igiť pelli a gręco Hercule q nõ natus erat. paulo post anno sexto dicti Amenophis ortus est: vt mors eiusdẽ Herculis probat. Cacus.

Nam vt idem Eusebius omnibus consentiens scribit: ab anno sexto Amenophis ad sextum decimum Amenemis: duo & quinquaginta anni computantur: qbus vixit Hercules / & prędicto xvi. anno Amenemis seipsum Hercules in flammas coniecit: vt omnes consentiunt. Ergo antea non potuit Hercules pepulisse Cacum / aut Argonautas cepisse: aut vastatum fuisse Ilium ab Hercule / vt mendose in Eusebio scribitur: quia nōdū natus erat Hercules: vt ex prædicto tempore illius interitus certissimo comprobatur. Regnauit secundo Palatuus non multis annis: vsq; ad ortum Herculis.

De Erythro. xxiii. rege Hispanię Capitulum. xxvi.

Erythrus. Sicut rex Hispalis filius Herculis Libyi cognomentū hoc a coloniis habuit (nā teste Rodorico Toletano Hispale Scythicę gētes sunt) ita Erythr9 a coloniis erythreis verisimile est cognomentum desumpsisse: qui a mari rubro in Gades veniētes insulam Erythrā incoluere: vt Plinius in. iii. naturalis historiæ insinuat: & alii complures confirmant. Regnauit iste anno. vii. Amenophis: id ē a diluuio. M. lxi. a cōdita Hispania. dcccc. xviii. a conditione Troiæ. cc. xxxi. Ante autem vrbem Romam. cc. i. & ante christianam salutem. M. cc. lxxii. Perseuerauit autem vsq; ad euersionem Troiæ: id est annis. lxviiii. Anno huius. xi. qui erat sexagesimus ante Troianam euersionem: venit Euander Romam. Anno eiusdē. xxv. Hercules gręcus Cacum in auētino monte Romæ insidiose peremit. Et eodem anno in Asiam adnauigans Laumedontē quintum Troiæ regem dolo truncauit. Erat em̄ Alceus Hercules pyrata maximus non iusti belli & ordinatæ militiæ dux. Quare Hercules annum. xxvi. agens Ilium vastauit. Non potuit igitur Priamus regnasse annis. lviii. post obitum Laumedontis: vt Eusebi9 ponit: quia tunc Hercules inuenitur duodennis sub pręceptore Lino musicā discens non bella exorsus. Ergo. xxvi. anno Erythri Caco occiso Laumedon periit: & filius eius Priamus anno sequente regnum exorsus regnauit annis quadraginta quatuor: quo anno cum Troia interiit. Quisq; tamen tempora Troianorum regum emēdatissima in Archilocho legat.

Euander.

Hercules Pyrata

De Mellicola. xxiiii. rege Hispaniæ Capitulum. xxvii.

Ab excidio Troiano anno primo Mellicola proditur imperasse Hispaniæ: cui9 proprium nomen fuit Gargoris: dictusq; mellicola / q primus Hispanos mella colligere docuit. cuius nepotis Habidis mirabilem fortunam & regnum summatim refert Iustinus in. xlii. libro Epitomatum. Hunc igitur vltimum reperire ꝓprio noīe in authoribus cum residuis p̄missis dūtaxat hactenus potui: regnumq; exorsus anno primo post Troianum excidium: a diluuio vero. M. c. xxxi. & a condita Hispania: octauo & octogesimo supra nongentos & ante vrbem Romam c. xxxi. simulq; ante Christum. M. c. lxxxviii. Finiuit anno primo Aeneæ Syluii Regis Latinoꝝ id est annis. lxvii. Deinde ad prouīcias & particularia dominia ciuitatum Hispania conuersa est vsq; ad Carthaginenses & mox ad tempora Romanorum: quæ aliquando procurabo distincte rimari: si cum vita concedatur commoditas.

Mellicola. Gargoris.

FINIS.

Eiusdē fratris Ioannis Annii Viterbensis: ordinis prædicatorum & Theologiæ professoris Etrusca simul & Italica emendatissima chronographia.Lib.XIII. incipit.



MNIS historia integra est/& certissima redditur:quę suis substātialibus partibus cōstat:quas tres esse manifestū est: narrationē: chorographiā & chronographiā.Oē eī īdiuiduū/vt Peripatetici tradūt constat sua substantia: & duobus substātialibus principiis indiuiduantibus:quæ vocant hic & nunc/& sunt proprius locus & tempus.Cumq; narratio rerum gestarum singularum sit substātia indiuidua historiæ/quæ res indiuiduas narrat: vtiq; necessario consequens est:vt duobus principiis demonstretur/loco & tēpore. Non eī integra & certa historia redditur/si solum dicat: Magnus Alexāder supauit Dariū Monarcham:sed adiiciendum est/qbus locis & temporibus exercitū eius fudit: fugauit:cecidit vicit.Quibus principiis qcqd Grēcia mēdax audet in historia tā pclare elisimus in libro cui titul9 est de mēdaciis priscorū græcorum:vt vere pudeat hac nostra ętare/quosdā alioq erudítos mēdaciis Gręcorū delectari:& illis assuescere:imo insolescere. Bonū est inqt Cato ad Marcū filiū:literas gręcas aspicere:nō pdiscere.Itaq; ps localis historię quā græci vocāt Topographiā & chorographiā quo ad satis est/exposita fuit a nobis in cōmētariis sup Fabiū Pictorē:Sēproniū:Catonē:Myrsilū:& fragmentū Itinerarii Antonini Pii:& sup Berosū/& Plinianā Topographiā:& in q̄draginta q̄stionib9 Anniis.Scđa vero ps est tēporū q̄ publica & pbata fide tenet:vt sup Metasthenē & Philonem ostendim9.Eam partē Gręci vocant Chronographiā id est tēporum digestionem.cuius pbandi duo principia sunt.Primū vt ōndam9 tēpora q̄ afferunt:non discrepare a publica & pbata fide/vti sup Metasthenē ōndimus.Alterum vt reges & viri digerant/qui his temporibus floruerunt & quorū memoriā teneant authores:vel loca/siue vtrūq;.Qđ pfecto nos facim9 in hac scđa pte/q̄ est de tēporibus: in q̄ primum extendimus viros & tēpora ab Iano & origine Italiæ vsq; ad Othonem Cęsarem.Inde retrocedendo:tempora & viros præscriptos per publicā fidem probamus. Tertiā vero ptem historiæ quæ narrat eorum gesta:suo loco absoluemus.

Eiusdē fratris Ioannis Annii chronographia Etrusca digesta:& emendatissima: cui9 prima pars digestio Italię sub aurea ętate:a diluuio ad Ninū & Camesē trib9 regibus annis ducentis quadraginta nouem hoc modo.

Solitudo Italię	c.viii.	Enakii Lukii.	xxx.	Coriban.	xlviii.
Ian9 primū aduenies.	xxxiii.	Apis.	x.	Turrhenus.	li.
Comerus Gallus.	lviii	Lestrigon.	xlv.	Tarcon priscus.	xxiii.
Ochus Veius.	l.	Hercules.	xxx.	Abas.	xv.
Sequunt anni triginta & q̄drigēti a Camese ad Atlantem Italum a quo Italia sub his regibus.		Tussus.	xxvii.	Olanus.	xxi.
		Alteus.	vii.	Veibennus	xlii.
		Hesperus.	xi.	Oscus	xxxiiii.
		Sequūt anni ab Italo vsq; ad excidiū Troiæ.cccc.liiii.sub his regibus Larthib9 Italiæ		Tarcon secundus.	xlvi.
Cameses.	xix.			Thyberinus	xxx.
Iani secūdus aduētus.	lxxxii			Mezentius.	xxii.
Cranus Razeñ.	liiii.	Italus Atlas.	xix.	Itē a vigesimo secundo anno Mezentii vsq; ad sextū Cęlii & principiū Romuli computatis quinq; annis laborum.	
Aruns.	xliii.	Morges.	xx.		
Tages.	xlii.	Coritus	xxxiii.		
Sicanus.	xxx.	Iasius.	l.		

Aneeę etiã tribus regni eiꝰ sunt ãni.cccc.xxiii. sub his regibus Italię.
Tarcon tertius. xx.
Ocnus Bianor. xlvi.
Pipinus. lii.
Nicius. xlvii
Piseus lii.
Tuscus iunior. xxxix.
Annus. xxv.
Felsinus xliii.
Bonus. xxviii.
Atrius. xxvii.
Marsyas. xviii.
Etalus. xxx.
Cęlii pars. vi.
A sexto Cęlii quo cepit Romulus vsq; ad pulsos reges fuerũt ãni.cc. xliiii. sub his Larthibus
Cęlii residuum. xv.
Galeritus. xx.
Lukius Tuscus. xxv.
Cibitius. lxxxii.
Lucumo Clusinꝰ. xxxviii.
Rhetus. xx.
Hyellus. xliiii.
A pulsis a Roma regibꝰ ad pdomitã ciuitatẽ Ethruriæ regnatũ est annis ducentis duobus ab his Larthibus.
Porsena Clusius. lviii.
Tolumnius Veiens. xxii
Eques Tuscus. xl.
Liuius Fidenas. xlviii
Elbius Tuscus. xxxii.
Post cędẽ Elbii regnauit plarthes Turrenꝰ eiꝰ filiꝰ annis.xxvi.& ciuitatẽ Ethurię dedit Romanis.
Turrenus. xxvi.
Post datam ciuitatẽ Ethrurię claruit posteritas Elbii & Turreni sub Romanis trecẽtis.&.liiii.ãnis.ex qbꝰ Turrenꝰ vixit vsq; ad supatã Thusciam & signatum argenteum Nũmum Romæ in triũphum annis duodecim.
Turrenus qui supra. xv.
Titus. xl.
Volturrenus. xlviii.
Cecina lvi.
Menippus. xlvi.
Menodorus. xxxvi.
Mecœnas. lvi.
Seianus xxiii.
Sceuinus xxxiii.
Otho Ferentinus. i.

Verũ quia temporũ & regum /publica & probata fides expetit: & omnis aliꝰ author q̃uis alias eruditus abiicitur: vt Metasthenes & cõmentaria eius /& superior Monarchiarũ chronographia cõprobant: idcirco publica & probata fides temporũ: virorũq; dãda est. & Othonis quidem meminit Suetonius de duodecim Cęsaribus. Eiusdẽ & Sceuini Cornelius Tacitus in vita Neronis & Othonis. Seiani meminerũt Iuuenalis in Satyra Omnibus ĩ terris: & Philo in libro legationis suæ secundo: & in breuiario temporũ /iteq; Suetonius in vita Tyberii. Mecœnatis reminiscunt cum Suetonio poeta & historici. Menodorum memorat Appianus de bellis ciuilibꝰ ꝙ iuuerit partes Iulii Cæsaris. Omnium vero simul ab Elbio ad Menodorũ: memoriã facit Cato in.xix.fragmẽto originũ. Verum publica fides tẽporum : ab ipsis certissimis Olympiadibus sumitur. Teste autẽ Liuio in nono ab vrbe condita. Q. Fabius egregie perdomuit Ethruriã vrbẽ: sed non cepit ciuitatem : quia ciuitas Ethruriæ data est non capta: vt asserunt Valerius maximus & Cato de originibus. Nã Valerius maximus libro.iiii.in fine narraturus pudorem Spurinæ Ethrusci: his verbis incipit. Quod sequitur externis annectam: quia ante gestũ est: q̃ ciuitas Ethruriæ daret. Cato itẽ in supradicto fragmẽto: Turrenus inqt patre Elbio Larthe ad lacũ Vadimonis cęso: ad reddẽdã vrbẽ Ethruriam allici potuit anno secundo Olympiadis centesimę vigesimæ quartæ: sed ad recipiẽdas latinas literas: nunq̃ persuaderi potuit. Cęterum a secundo anno centesimę ac vigesimę q̃rtę Olympiadis /quo Turrenus dedit ciuitatem Ethruriæ: vsq; ad primũ annũ Olympiadis ccxii. quo teste Eusebio: se interemit Otho: sunt Olympiades octoginta septẽ & tres anni. q̃ simul efficiunt annos octo & quadraginta supra trecẽtos. Quare publica & probata temporum & dictorum virorum fide: vere a Turreno ciuitatem Ethruriæ dante vsq; ad Othonis interitũ anni supradicti supputati sunt a nobis. Sed ꝙ tot annis floruerint: a principibꝰ ipis Romanis quibus chari fuerunt: ea mẽte atq; ingenio mentiti sumꝰ: vt vel ad cẽtrum ipsum sagittã iecerimus: vel parum abfuerimus: ita vt chronographiam non lęserimus. Hactenus

de publica & ꝓbata virorum & temporum retrocedendo ab Othonis interitu vsq; ad Turrenum datorem ciuitatis Heturię.

Nũc ab hoc Turreno retrocedendo vsq; ad Romulũ residuum probemus.

Annaliũ q̃dem Romanorũ publicam fidem probatãq; temporum rationem Ti.Liui⁹ tenuit in libris ab vrbe cõdita:qui reges fuisse Romę a Romulo ad pulsos reges annis.cc.xliiii per eorum tẽpora clarissime digerit/in primo libro ab vrbe condita. A pulsis vero regib⁹ vsq; ad perdomitã Hetruriã:per singulos annos cõsulũ & magistratuũ enumerat annos ducẽtos:qui supradictis adiuncti efficiunt annos.cccc.xliiii.Olympiadesq;.c.xi.cõpletas. Est eñ Olympias apud Græcos spatium quatuor annorum:sicut lustrũ quinquennium tenet apd latinos.Itaq; si a Romulo rege in prĩo libro ab vrbe cõdita Liuii vsq; ad Hetruscos ꝑdomitos a.Q.Fabio ad lacum vadimonis ĩ nonũ librũ annos supputaueris: supradictas cẽtum vndecim Olympiades conficies. Porro vt Fabius pictor:& Dionysius Halicarnasseus in primo libro:& peritiores conuincunt:& Eusebius de temporibus sequitur:Roma condita est a Romulo post sex primas Olympiades:quas si supradictis adiicias:erunt Olympiades completæ.c.xvii.quando Hetruscos perdomuit Fabius: cæso Elbio Larthe ad lacũ Vadimonis A.c.xvii.ad secundum annum centesimæ vigesimę quartę Olympiadis/quando Turrenus dedit ciuitatẽ Hetruriæ iuxta Catonem sunt anni sex & viginti.Ergo publica & probata tẽporum fide probauimus Turrenũ fuisse prolarthẽ siue loco Larthis Hetruriæ a cæso patre ad datam ciuitatẽ/annis viginti sex.Q; vero a cæde Hetrusca ad lacum Vadimonis fuerit anni residui vsq; ad Romulum.cccc.xliiii.in Liuio numerantur/a primo libro vrbis conditę vsq; ad nonum.Larthum fidem faciunt in primis Cato:qui fragmento supradicto meminit Elbii/a quo vicũ Elbii in Cyminio lacu Ptolemæus notauit. Liuius Fidenas posthum⁹:etiã a latinis dux exercitus adscitus post incensam a Gallis Romã:in primo Saturnalium memoratur a Macrobio.Equũ a quo Eq Phalisci seruat lapis effossus in Ry yello/in Thermis Pauli benigni.Tolumni & Porsenæ gesta simul & nomina refert Liuius in libris ab vrbe cõdita secundo & quarto.Yellum seruant eius inscriptiones in sacrario cinerũ Ry yelli:quam in lucubratiõe de origine literarũ & philosophię Hetruscæ dedimus.Rhetum a quo Rhetios dictos.Plinius in tertio naturalis historiæ & quidam alii memorant.Lucumonis Clusini gesta infelicia:narrat in parte Liuius in quinto ab vrbe cõdita.Cibicius adhuc inscript⁹ seruaẽ in sacrario cinerum Augustalis Surrenæ.Lukius id est Lucumo.Tuscus cũ inscriptus/eũ a Festo memoratur q Lucẽses cõdiderit:tum ꝑcipue Lukium adhuc prædiũ eius/non lõge a Luca illi fert testimoniũ.Cęli⁹ & Galerit⁹ Lucumo a q̃bus mõs Cæli⁹ & Luceres olim dicti:memorantur a Varrone in primo de lingua latina:a Dionysio Halicarnasseo in secũdo libro:& a Fabio pictore de origĩe vrbis Romę:& a Proptio in quarto Elegiarũ. Fides igitur publica & ꝓbata de nominibus illustrium virorum/atq; temporibus ab vrbe condita vsq; ad Othonem Cæsarem a nobis fideliter reddita est. Nunc retrocedendo de.cccc.xxx.annis ab vrbe cõdita vsq; ad euersionem Troiæ:fides publica & probata redditẽ in latina historia: quam & Liuius in primo ab vrbe cõdita:& Eusebius de temporibus:& partim Manethon Aegypti⁹ in supplemento Berosi tangunt.Et q̃uis de annis Aeneæ quidam varient: vt plurimum tamen probationes supputant annos sex a captiuitate Troiæ vsq; ad eius interitum. Cui est argumento inuincibili:quia si plures aut pauciores tribuantur:discordaret a publica & ꝓbata fide tẽporũ Monarchiæ Assyriorũ:a qua mensuranẽ priuatorũ tempora:vti sup Meta

Olympias.

Elbius.

Iellus.

Regnoꝝ & regū anni.

sthenē Berosumq; oñdimus. Itaq; partim errando: partim regnando: Aeneas ductauit ānis quinq;. Ascanius triginta octo. Syluius posthum⁹ viginti noue. Aeneas Sylui⁹ trigīta vno Latinus iunior quīquaginta. Alba triginta nouē. Atus ægyptius: viginti quatuor. Capis viginti octo. Capetus: tredecim. Thyberinus a quo Thyberis: octo. Agrippa quadragita. Remul⁹ decē & nouē. Auentinus triginta septem. Procas: vigīti tres: Amuli⁹: quadragīta quatuor. Ergo a Troia cremata ad successorē Amulii Romulum probati sunt a fide publica latina: anni. cccc. xxx. Viros vero Larthes his temporibus regnātes q̄plurimos ponit Manethō: a Mezentio ad Atriū. Sed & alii authores eos memorant: vt Tarcontem tertium Virgilius in octauo & decimo Aeneidos. Ocnum in eodem decimo Virgilius. Pipinum memorat Cybelaria inscriptio: a quo Pipiniēsis agri Tusci meminit Liuius in nono ab vrbe cōdita. Nycium a quo Nyceam Turreni in Corsica: & Ethaliam Turrenā a duce insulā: Diodorus in. vi. libro indicat: & nomina ipsa probāt. Marsyę Turrenorum ducis meminit Plinius ī tertio naturalis historiæ & capitulo. xiii. itemq; Cybelaria excisa inscriptio. Piseum ad classicū inuenisse tubam æream Plinius in septimo naturalis historię & plures cōcelebrant. Tusco iuniori fidē facit Manethon in supplemento Berosi: & vetustissima Tuscanellēsis excisa memoria qua prodit Tuscanellam post Troię captiuitatē ab Ascanio monopolim conditam: & processu temporis a Tusco Larthe adauctā. Annū/Annia Tusca vetustissima familia a qua Antonin⁹ Pius oriundus fuit teste Helio Spartiano eximio argumento seruat. Hinc Bonū similiter monumēta produnt: cuius familię & Familia Turna Bona: & Bona: & vt existimo Bonella perseuerant: & excisa æra sub Antonino Pio quæ apud me sunt probant. Atrium etiā Atriaticum mare & Atria oppidum integre demonstrant: vt quidā existimāt: & Plinius in tertio naturalis historiæ capitulo decimo septimo videtur significare: licet q̄dam a colonia Volaterrę dictum putent: vti ostēdimus super fragmēta Catonis. Huc vsq; hos Larthes supradictos Manethon exprimit: & supradicti etiam autbores. Qui sequunť: his locis probati sunt: videlicet Felsinus a quo sit Bononia condita: tam Cato in fragmētis q̄ Sēpronius de ꝑtitione Italiæ produ̅t: & ab eo primū Felsinam: inde a Bono successore Bononiā dictam produnt. His ad publicā fidē ostensis afferendū est tempus: & Larthes mōstrandi retrocedendo ab Troiano excidio vsq; ad eius fundationē: & inde vsq; ad Italum. Est autem tempus a fundata Dardania vsq; ad excisam: qđ publica fide annaliū regum Troiæ Archilochus prodit: & nos in eius cōmentariis explanauimus copiose. cc. xcvii. annorum. Totidem supputat Eusebius de temporibus: eandem temporum publicam fidem secutus. Porro a condita Dardania vsq; ad primum annū Itali: ex publica fide antiquitatum/Berosus centū & quinquaginta septem annos colligit per reges Assyrios. Quos si superiorib⁹ adiicias: erūt anni. cccc. liiii a primo anno Itali vsq; ad Aeneam & Troianū excidiū. Quod profecto: & altera publica fide tēporum subregulorū Latii: ex Beroso & Manethone transumptorū: ita oñdiť. Mortuo Hespero fratre Italus reassumpsit Vetuloniæ impiū: relicta filia Roma ī Capena oppido/qđ sub Auentinum fundauerat vt asserit Fabius pictor de origine vrbis Romæ. Igitur vt Berosus & Manethō significāt: Roma regnauit in Latio ānis. xlvi. Romaneſſ⁹ ei⁹ fili⁹. lxxix. Pic⁹ prisc⁹. lvii. Faun⁹ priscus. xxx. Ann⁹ Faunigena q teste Sillio locauit Agillā filiā Trasimeno filio Turreni: regnauit annis. liiii. Vulcan⁹. xxxvi. Mars cognoīe Ian⁹. xxiii. Cęculus cognoīe Saturn⁹. xxxvi. Picus iunior. xxiiii. Faun⁹ iunior. xxiiii. Latin⁹ Aeneæ postea socer. xxxviii. Ergo ēt p subregulorū Latii publica tpa demōstrať publica & ꝓbata fide fuisse ab Italo ad excidiū troianū ānos. cccc. liiii. Ex publica quoq; & ꝓbatissima fide Berosi & Manethōis sicut latini subreguli & eorū tpa/ita his correspōdētes Larthes Italię ī Vetulonia & eorū tpa supputanť ab Italo vsq; ad Mezētiū. Et nihilomin⁹ latini historici & monumēta eos nō suppſſe

Annii. Boni & Bonelli. Atrii. Felsinus. Bononia. Larthes.

Hesperus. Italus. Roma. Romanessus. Picus. Faunus. Annus. Vulcanus. Ianus. Saturnus. Latinus.

rũt. Nã de Mezentio memoriã faciũt: Liui⁹ in primo ab vrbe cõdita. Dionysi⁹ item Halicarnasseus in. ii. lib. Macrobius in primo Saturnaliũ: & Virgilius in. viii. & . xi. æneidos. & deinceps. Thyberini patris Ocni / ex fatidica Mãto: a quo Albula Thybris dict⁹ est: meminit Virgilius in. viii. & . x. æneidos / & alii authores. De Tarconte secũdo qui Cacum coniecit in Labyrinthũ: etiã Solinus loquitur ĩ collectaneis. De Osco sunt coloniç Osca quç & Capua (nã Osci sunt Capuenses vt ait Seruius super Aeneida) & Volosca id est antiqua Osca / & p syncopã Volsca: vt in Anniis quçstionibus explanatũ est. Veibenum cognomine Massum conseruant monumenta & vrbs in Thuscia Massæ / & Cælius Veibenus a familia vt memorat Varro in primo de lingua latina: vbi Cçliũ montẽ asserit dictum a duce nobili Tusco / Cçlio Veibeno siue per synçraicã compositionẽ Vibeno. In ea enim cõpositione literas. e. & . i. conuertimus: & sçpe syncopa vtimur: vt Veilumbros / & Veibenos / & Veiterbũ: dicimus Vilũbros: Vibenos: Viterbũ: vt alibi ostendimus. Olanũ ducem Thusciç fuisse: qui primus Mediolanum fundauerit: est testis Cato in fragmento. vii. originum. Abas: a quo Abantes in Tuscia populi ad caput Abium maritimi: perpetuũ argumentum habet regionẽ ipsam: vnde Lucumo nomine Toru⁹: classis maritimç pro Aenea princeps fuit vt author est Virgili⁹ in. x. æneidos: nominãs ipsum toruũ Abantem. De Tarconte prisco & patre eius Turrheno Meone: pleni sunt Codices sicut de Atlante Italo. & filio Itali Morgete: atq; Itali socero Corito: & huius filio Iasio. De Bante vero quem Berosus Coribantem vocat: id est hastatũ bantem: inscriptio Grauisca memoriã facit: vt in cõmentariis de origine literarum Hetruscarum exposuimus. Tãta igitur de probata & publica fide: temporũ & Larthum Hetruriç dicta sint: ab Italo vsq; ad Mezentium. Nunc ab Hespero prçdecessore Itali ad Camesem: tempora & Larthes sunt demonstrãda. Ea fidem publicã habent a Beroso in. v. antiquitatũ: qui per reges Assyriorum a Camese qui rexit primo anno Nini colonias Italas vsq; ad Italũ supputat totidem annos: & Larthes quot assignauim⁹: quorum memorias plures authores habent: vt Cameses: Saturnus: Ianus: habent Iginũ: Protarchũ: Macrobium in primo Saturnalium: & pro parte Poetas. Crani Razeni: meminerint loca Volturnæ ita dicta: & Myrsilus de origine Italiæ: & Dionysius in primo libro dicens: Tuscos se appellare a duce Razenuos. Aruntis primi quẽ Berosus Arunũ declinat: memoriã seruant eius coloniæ Thuscæ: Aruntini veteres: Aruntini Rullienses: Aruntini Fidentiores: de quibus exposuimus super Catonis fragmentum sextũdecimũ: & a. xv. ad. xix. & aliis commentariis. Tagetem fuisse qui primus Thuscos aruspicinam docuerit: omnes cum Beroso confitentur. Sicani prædia in agro Vetuloniç manent: quæ dicimus vallem Sicaniam: sicut Enakios amnes dicimus Kat Enakios id est congregationes gigantum quos expugnauit Apis & filius eius Hercules ægyptius. Vnde & vallem gigantum etiam circa Tuscanellam dicimus: & campum Cymeum iuxta Cat Enakia: vbi Ioui iusto Api affuerunt Itali: contra gigantes: vt asserit Diodorus in. vi. libro: & nos super Berosum probauimus argumentis & authoribus inuincibilibus. Aliquot annis prçfuisse Italiç Apim: & ei⁹ nepotẽ: quẽ Grçci anthropophagũ: Hetrusci Kurkium: latini & Berosus Lestrigonem vocant: itemq; & Herculem vsq; Hesperum: cuncta supradicta monumenta cum Beroso confirmant. Et ideo a Camese vsq; ad Hesperum amplã fidem temporum & hominum: Berosus & historici & eorum monumenta præbent. Nunc de temporibus ante Camesem & Nicium quæ latini vocant aurea sæcula fides publica sumenda est. Primum a transumptore fidei publicæ Beroso: qui ait ante Ninum fuisse inundationẽ sub Ogyge Iano: annis ducentis quadraginta nouem: & anno centesimo trigesimo primo post diluuium fundatam fuisse Babyloniam a Saturno patre Beli: & eius anno. x. Ianum misisse colonias Thuscas duce Comero Gallo: cui filius fuit Ochus Veius: a quo vestigium manet mons Veiochus. Item Xenophon libro de æquiuocis idem tempus scribit a

Oscus. Veibenus massus. Olanus. Abas. Morgetes Coritus Bantes. Cameses. Razeni. Aruntini Tages. Sicanus Apis in Italia. Lestrigones Aurea sæcula. Babylonia Ochus.

publica fide columnæ in Babylonia excisæ a Semiramide: vt ostendimus in commentariis eiusdem authoris. Enumerat enim ab inundatione ad Saturnum patrem Beli: annos triginta vnum supra cētum. Et a Saturno ad Belum filium: annos sex & quinquaginta. Et a Belo ad Ninum annos sexaginta duos. Ita ab inundatione ad Ninum primū Monarcham: fuerunt anni. cc. xlix. Vocauerunt autem auream: quia prima fuit nata cum humano genere post diluuium: quæ vindice nullo: aut lege scripta & metu: sed sua sponte rectū fidemq; colebat: vt ait Ouidius in primo Metamorphoseos: & Trogus & Iustinus in primo Epitomatum. Et vt aiunt: durauit vsq; ad Iouem: qui primus armis sumptis fugauit Saturnū: id est vt ostendit Berosus vsq; ad Ninum: qui legato a patre Belo mādato susceperat: vt omnino Saturnum Sagam Caspium deleret. Nam & ipse Ninus per interpretationē Iuppiter dicitur: vt probatur in cōmentariis super Xenophontem. Nam Saturnus Apteras: quē Græcia mendax fingit in historia venisse ad Ianum: non floruit aureo sæculo quando Italia dicebatur Saturnia: sed longe post ferreo iam sæculo: quando Italiæ nomen fulgebat extinctis aliis cognominibus: Ianicula: Saleumbrona: Camesena: Saturnia: Apenina siue Taurina & Hesperia: vt demonstrauimus super secundum fragmentum Catonis: & tertium & quartū. Et super Fabium Pictorem. Eadem tempora cum Iano & primis coloniis: assignat Cato in secūdo fragmento dicens. Italiæ inquit splendidissima origo fuit: tum tempore: tum origine gētis. Cœpit enim aureo sęculo sub principibus diis: Iano: Camese: Saturno: gente Phœnica & Saga. Et paulo post: Inter authores cōuenit Phœnicas & Chaldæos historicos: ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis quibus durauit aureum sæculum: terras fuisse inundatas: & in Scythia saluatos homines. Et ex his venisse Ianū cū dixerim & Gallis progenitoribus Vmbrorum in Vaticanum. Et infra. a Vaticanoq; progressum circa Thyberim fundasse regiam & Pontificiam vrbes Deinde. xii. coloniis per Thusciam fundatis dedisse fasces ad continendum rudes in officio Aureo. Rursus Fabius Pictor de origine vrbis Romæ sub Iano: Camese: & Saturno: hęc ad verbum dicit. Italię imperium principio: penes duos populos extitit. Posterius Romani: principio Thusci sub Iano cœperunt: aureo sæculo & ætate: quæ primo ortu generis humani fuit sub Iano ante Ninum ferme ducentis quinquaginta annis. Ianus tenuit lęuum Thyberis latus Hetruriā sub initium aurei sæculi. Cameses vero & Saturnus dextrum latus: circa finem aureæ ætatis. Et post declaratos mores aureę ętatis: mox subdit: quod Trogus: Iustinus: & alii afferunt dicens: fuisse Ninum primū qui aureos illos auitos mores: noua regnandi cupiditate mutauerit. Itaq; recte tempora aurei sęculi ex publica omnium fide retulimus: in quibus in principio post Italiæ solitudinem scripsimus Ianiculas colonias in Hetruria a Iano primū adueniente positas: vt indicant Cato & Fabius Pictor: inde recedentem Ianum postea misisse Comerum Gallum iuxta Berosum anno post diluuium. cxli. Huic successit filius Ochus cognomine Veius siue Curulis. probauim⁹ igitur nostram Hetruscam Italicamq; Chronographiam: quæ continet a diluuio ad Othonem cæsarem: annos septem & septuaginta supra trecentos & duo milia. Iam igitur deo fautore atq; illustratore in aliis cōmentariis vt diximus primam partem historiæ Topicam & Chronographicam absoluimus: nunc item Chronographiam & temporalem ex publica & probata fide transumpsimus: quæ profecto ab Ogygis prisci diluuio: vsq; ad primum Othonem: pares totidemq; annos digessit: quot publica monarchiarum fides colligit: vt conferenti vtranq; patet.

Aurea ętas

Saturni ætas.

Explicit Chronographia Hetrusca & Italica.

Eiusdem Theologiæ professoris fratris Ioannis Annii Viterbensis: pro cõmentariis Philonis: quæstionale procemium in lib. XIIII. incipit.



VAERITVR de genealogia Saluatoris: sit certa & manifesta: nec ne? Nã Iulianus apostata: & post eũ sequuti hæretici: persuaserunt sibiipsis esse tũ falsam / tũ incertã. Sic enim teste Hieronymo arguebat apostata Cęsar. Ea inquit apostata Cæsar Genealogia iure manifesta dicitur: quæ a primis scriptoribus / nõ sibi mutuo contradicentibus / vnanimi traditione promulgatur. Porro primi promulgatores genealogiæ Christi: principesq́ scriptores fuere duo: alter quidẽ Matthęus: qui Christi arcana probe nouit: & retulit: alter vero Lucas: qui euangelium vt aiunt / dictãte beata virgine / progeniei Christi eruditissima / & approbante Paulo apostolo & dicente cuius laus est in euãgelio per omnes ecclesias cõscripsit. Quare genealogia Christi ab his promulgata / falsa est / ne dum obscura: quia sibi mutuo contradicunt: dum alter dicit virum Mariæ Ioseph fuisse filium Iacob ex stirpe Salomonis: alter vero eundem fuisse filium Elyh / & ex stirpe Nathan affirmat. Q2 si etiam vtrouis parente & vtrauis stirpe genitus fuerit: qd inquit viri Mariæ Ioseph stirps ad Christum: a quo non fuit genitus: vt eorũdem scriptorum vterq́ tradit? Vnus enim putatitium filium Ioseph dicit: alter illum conceptum ante Ioseph nuptias de spiritu sancto tradit: & ob id in suspitionem venisse Iosepho: tamq́ validam vt ne angelo quidem crediderit: admonenti hoc factum vaticinio Esaiæ. Nam etsi eam non dimisit: non tamen ipsam post partum virginem mansuram credidit: quia scribitur. Nõ cognouit eam a spiritu fœcundatam: donec peperit: quando licentia maritali etiam oculis / intactam cognouit. Sed hæc forte credibilia possent esse: nisi (quod contra naturam est) conscriberent Salathielem & Zorobabelem a Salomone atq́ Nathan genitos: cum in vtraq́ linea naturalis posteritatis vterq́ scribat. Quo quid absurdius: q̃ duobus patribus vnum eundẽq́ concipi & nasci? Hæc Iuliani Cęsaris obiecta contra genealogiam Saluatoris. Sequuntur obiectiones hæreticorum. Prima obiectio est ista. Quæ est indecisa atq́ interminata genealogia: & in scandalum fidei atq́ prouocatiua apostasiæ si ventiletur atq́ disputetur: ea non est manifesta & certa: sed obscurissima: incertaq́ atq́ potius falsa. Cæterum eiusmodi est genealogia Christi: de qua disputare vetat Apostolus: primæ ad Timotheum epistolę. primo cap. dicens. Denunties quibusdam ne aliter doceant: neq́ intendant fabulis & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstãt magis q̃ ædificationem dei: quæ est in fide. Et in epistola ad Titum tertio capi. Stultas inquit quæstiones: & genealogias: & contentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Verum ad Iuliani oppositionem: qua dicit: Quid ad genealogiam Christi Ioseph: a quo Christus non est genitus? beatus Thomas in postilla super Matthæum & Lucam: & glosa ordinaria super Matthæum primo capi. eandem quæstionem repetunt his verbis. Quid inquiunt ad Christũ genealogia deducta a Dauid ad Ioseph: cum Christus non fuerit ex semine Ioseph? Et respondent. Non est consuetudo scripturarum: vt ordo mulierum in genealogiis texetur. Et ideo non per Mariam: sed per Ioseph inducitur: ex quo fit manifesta & certissima genealogia Mariæ: quæ genuit Christum: quia vir cogebatur accipere vxorem ex sua tribu & familia: per legem latam: Nume. vltimo capitulo dicẽtem. Omnes viri ducẽt vxores de tribu & cognatione sua: & cunctæ fœminę de eadem tribu maritos accipient: vt hęreditas permaneat in familiis: nec sibi misceantur tribus. Sed ita maneant vt a domino separatę sunt. Porro beatus Hieronymus ad Iuliani obiecta ita respondet. Hæc profecto q̃ turpi-

Matthęus. Lucas.

Christi genealogia.

Obiectiões hęreticorũ.

Responsio ad. q. Iuliani

ter hȩretici atq; iudaizantes Christiani aberrent indicãt: dum neq; lineas Salomonis & Nathan/alteram alteri adoptione atq; successione regni: quȩ sub Athalia cõpleta est/fuisse obnoxiam intelligũt: vt Philo illustris Hebræus scribit: neq; aduertũt alterũ euangelistarũ viri alterũ ipsius virginis genealogiã texere: & corrupta orthographia scribere Eli qđ est de[9]

Elyh. meus. Nam Elyh/Lucas scripsit: quod apud Syros est deus fortis aut resurgens. idem apud

Ioakin. Hebreos Ioakin. Is est pater Mariæ virginis: Vnde beatus Hieronymus. Verum quia omnis hȩc dubitatio tollitur: si diligenter cõsyderentur: quȩ Philo Hebræus de tẽporibus scribit: quod profecto opus etiã ad tempora gentiliũ plurimũ valebit: idcirco super ipsum cõmentaria instituimus. Fuit autem iste Philo inter viros illustres a diuo Hieronymo numerat[9]: quem suspicantur quidã vt scribit in prologo super prouerbia Salomodis/scripsisse librum Sapiẽtiæ. Cum inter Iudȩos & Aegyptios Alexãdrinos mutua cȩdes facta fuisset: missus est Philo admodum eruditus adolescens/legatus ad Tiberium Augustũ: anno imperii eius vi-


Philo. gesimo: vbi offendit prȩfectum Tyberii Scianum Tuscum filium Mecœnatis: qui plurimũ apud Cæsarem poterat: & instantissime cohortabatur: vt gentẽ Iudæorũ deleret: teste eodẽ Philone libro legationis secũdo: & Eusebio id notãte in vigesimo primo anno Tyberii. Edidit plura opera: inter quȩ illud eximium est/quod breuib[9] & absolutis verbis emẽdauit omnia tempora ad suam rectitudinem & integram veritatem: ab Adam vsq; ad suam vltimam decrepitatem: & ob breuitatem operis/illud Breuiarium de temporibus appellauit: miror q; cur a Theologis sensim neglectus fuerit: & ab Episcopis derelictus: cum ex eo pendeant multa contra Hebrȩos: & complura diuinarum dubia literarum elucidẽtur. Sed vel ignoro cur ita factum sit: aut si scio non ausim dicere. Soluant ad rem non ad hominem si possunt: quod Paulus ad Hebræos septimo capitulo: manifestum est: quia dominus Iesus ex tribu Iuda ortus sit. Nam si legimus cõmentaria iuniorum super Matthȩum & Lucã: ipsa genealogia Saluatoris: quæ teste apostolo erat Hebrȩis ad quos scribebat manifesta: nunc tam dubia & incerta redditur/eorum stultis immo impiis litigiis: & subtilibus quæstiunculis: vt irrisioni pateat Iudæis: qui ex his existimant etiam apud priscos christianos semper fuisse incertam ob falsitatem euangelistarum Christi genealogiam: ac propterea non posse probari Christũ nostrum esse Messiam: qui ab euangelistis non aperte scribatur fuisse de domo Dauid: & qui videntur docti Christiani in ea re sibi mutuo aduersentur: & seipsos & alios per inuolucra

In Nico. De lira. inuoluant & decipiant. Nam vt mihi sæpe responderunt & quidem verissime: De lira postillauit id est post illa antiqua annihilauit: & plicauit. Burgensis inuoluit: & alius replicauit. Proh impietas. Scriptura sacra manifesta est: testimonium dei lucidum est sapientiam præstans paruulis. Non egent literæ diuinæ plicis/non inuolucris: non replicis quia hæc non sapientiam præstant paruulis: sed eorum animos in confuso relinquunt: & per omnem vitam animos hominũ aberrare cõpellunt: vt de Grȩcis Diodorus scribit in. iii. libro. Non qui plicant: non qui replicant: sed qui explicant & elucidant me vitam æternam habebunt vt sacrȩ literæ contestantur. Sed de his hactenus. Nam has ineptias quas & stultas quȩstiones & cõtentiones apostolus supra vetuit in epistola ad Titum: satis aperuimus in commentariis nostris: quæ ardore fidei confecimus super omnes diuinæ historiæ libros. Nunc vt breuibus & lucidis & explicatis inuincibilibusq;: tũ expositione: tum responsione vtamur pro genealogia Saluatoris atq; diuinis temporibus: præmittimus cõmentaria super duos libellos Breuiarii Philonis de temporibus: in quorum primo enumerat tempora ab Adam vsq; ad desolationem templi: & in secundo ab eadem desolatione vsq; ad suam ætatem sæcula digerit. Vltimo respondebimus ad obiecta.

Explicit quæstionalis prologus.

Eiusdem fratris Ioannis Annii Theologiæ professoris cõmentaria incipiunt super Philonis Breuiarium de temporibus super primum librum.

Cõmentaria super primũ librum Philonis. Præfatio.



XPONEMVS antea librũ primũ Philonis: Deinde secũdũ. Tertio ex his respondebimus resolutorie ad obiectiones factas cõtra genealogiã Saluatoris. Prim⁹ liber diuidit̃ in duas partes. In prima tractat in summa: quæ tẽpora fluxerunt ab Adã vsq; ad quartũ annũ Salomonis. In secũda: ab eo anno vsq; ad desolationẽ tẽpli. Verũ quoniã de priscis sæculis atq; tẽporibus sępenumero fit mentio in oĩbus sequẽtiũ authorũ libris idcirco ne sępe nos oporteat eadẽ ad longũ repetere: hoc loco admonẽdos existimo lectores: vt initio vtamur beati Hieronymi in cõmentario sup illud apostoli ad Hebręos dicẽtis. Fide credim⁹ aptata fuisse sæcula: vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent. Vbi diuus Hieronym⁹ sic ait. Chaldæorũ veterũ traditio est: huius visibilis & formati mũdi: fuisse inuisibilẽ & informẽ: pręiacentẽ naturã sempiternã: a nullo productã: quã posteriores Græci: Hylen chaosq; vocauerũt: Moyses vero abyssum. Hanc materiã ad visibilitatẽ & formã fuisse a meliore natura deductã cõfitẽtur: atq; vti Moyses primo cepisse stellis ornare cęlos: ex tẽpore nõ ab æterno produnt: inde terrã ornatã fuisse animãtibus & plantis: postea piscibus aquas: volucribus aerem: postremo hominẽ dominũ mundi factũ. Quę oĩa Naso in opere magno a Chaldęis accepta: ad vnguem ꝓsecut⁹ est. Quinetiã & annos & homines ante regnum Macedonũ sub Alexãdro ꝓdunt a quibus orti sunt: annis circiter quatuor & triginta supra sexcẽtos & tria milia. Quæ si retro ab Alexandro supputes: ꝑuenies ad Adam primũ. Quod profecto Moyses in omni eorũ scientia atq; historia eruditus conscripsit: & qđ erroris erat elisit in ipso initio dicens. In principio creauit deus cęlum & terrã: quę erat inuisibis & incõposita: quia tenebræ erãt super faciem abyssi. Q? si nobis obiiciãt Chaldęi Moysem id nõ probasse: in prõptu est responsio: quia neq; ipsi suam positionẽ firmant: sed per opinionem scribunt. Est autẽ omni humana opinione certior fides: quę & rationi magis consonat: & qđ ingenia & natura nõ tolerant: vt natura inferior par superiori duratione fiat: horret: & qua credimus vt ait Apostolus aptata fuisse sęcula vt ex inuisibilius & incõpositis ad visibilia & formata deducerẽtur. Quæ profecto præpositio efficientis / & materialis simulq; ac temporis habitudinem refert. Hæc beatus Hieronymus. In hac authoritate beati Hieronymi multa memoratu digna continẽtur. Primũ: ꝙ quãdo dicit apostolus ex inuisibilibus visibilia facta fuisse: ista pręposition / ex cõstruitur cum isto ablatiuo inuisibilibus in habitudine triplici. Primo in habitudine causę efficientis idealis: quia iste mundus visibilis factus est effectiue ex archetypo inuisibili: nedum secũdum fidem: sed etiam secũdum Platonem. Ex quo teste Hieronymo eliditur vnus error chaldæorũ & aliorum qui ponunt chaos & materiam mundi a nullo productam. Secundo cõstruitur in habitudine causę materialis: in qua philosophi cum fide conueniunt: ꝙ ex inuisibili id est informi / rudi / & indigesto chao a deo & meliore natura q̃ sit Chaos: productus & format⁹ sit iste mũdus visibilis: & in partes speciesq; rerũ ac formas digestus. Tertio construit̃ in habitudine tẽporis: sicut quãdo dicimus ex mane fit meridies: id est post mane. Ita cum dicit apostolus ex inuisibilibus visibilia sunt facta: id est post inuisibilem: & informem atq; cõfusam mundi substantiam: facta est visibilis formatio: & distinctio rerum ex tẽpore. Et in hoc conueniunt gentiles cum fide. Neminem enim lego: etiam ex eis qui asserunt chaos ęternum: qui posuerit formationem ęternam: sed ex tempore factam: vt etiam Moyses posuit. Vnde Ouidius qui non solũ Chaldæos: sed etiã

Hyle & Chaos.

Ex

omnes qui ęternitatem materiæ posuerunt secutus est: in primo Metamorphoseos etiam ex tempore cœpisse stellas & formationem rerum asserit. Et æternitatē quidem inuisibilis materiæ sic describit. Ante mare & terras: & quod tegit omnia cælum: Vnus erat toto naturæ vultus in orbe: Quē dixere Chaos: rudis: indigestaq; moles. Deinde ꝙ cœperint primo stellę: & deorum: id est signorum cælestium imagines & Planetarum qui dii dicuntur apparere: postea animalia: & vltimo homines: his versibus aperit.

Hanc deus & litem melior natura diremit: Sydera cœperunt toto efferuescere cælo.
Neu regio foret vlla suis animalibus orba: Astra tenent cęleste solum: formęq; deorum:
Cesserunt nitidis habitandę piscibus vndę. Terra feras cepit: volucres agitabilis aer.
Deinde ꝙ homo sit vltimo factus: sic asserit. Sanctius his animal: mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc: & qđ dñari in cætera posset. Natus homo est: siue hũc diuino semine fecit
Ille opifex rerũ: mundiq; minoris origo: Siue recens tellus. & reliqua. Verum quoniam hæc copiose tradidimus in cōmentariis super genesim ad literam: & ad illum locum hæc magis pertinent: idcirco nunc ad chronographiam Philonis regrediamur: quæ a primo homine incipit: & a quo ante Alexandrum ferme tribus millibus annis atq; sexcētis & trigintaquatuor se ortos Chaldęi insinuant: vt ex supradicta Hieronymi authoritate apparet. Aduerte etiam eosdē Chaldæos: eodē tempore scilicet Adę: fuisse doctos ab eo astronomiam & literas: vt coniicitur ex his quæ refert Diodorus Siculus in. iii. lib. dicens. Chaldæi mundũ sempiternũ fuisse affirmant: & neq; principiũ habuisse neq; finem sortiturũ. Anni vero quibus se vacasse astronomiæ asserunt: non facile quis crediderit. Ante enim ascensionem siue monarchiam Alexandri tria & quadraginta milia supputant: annos scilicet mēstruales: vt ait Xenophon in libro de ęquiuocis: quē mox post Philonem expositurі sumus. Est autē annus menstruus a loco luminari coitus ad reditum lunæ ad eundē gradum: & amplius ad lineã mediæ coniunctionis: id est viginti nouem diebus annus is menstruus constat: iuxta astronomiã qua excelluere chaldæi. Porro menstruorũ quadraginta tria milia: efficiunt annos solares ferme totidem quot supra Hieronymus supputauit. Et ideo literæ simul & disciplinæ omnes infusę cũ primo homine cœperũt: vt Chaldęi aperiũt: & theologi prosequuntur. Plinius vero in. vii. naturalis historię: capitulo vltimo arguit: Assyrias literas ęternas fuisse: ob id ꝙ cum ante Ninum siue priscũ Phoroneũ (nã eodem anno vterq; regnare cœpit: vt est author Xenophon libro de ęquiuocis) annis quĩdecim cœptę sint literæ Aegyptię quę sunt antiquissimę: nunq̃ in authorib⁹ inueniť origo Assyriarũ. Eius verba sunt hęc. Assyrias literas semper fuisse arbitror. Nã Antichides repertas in Aegypto fuisse a Menone quodã scribit: idq; monumentis probat. xv. annis ante Phoroneũ antiquissimũ Gręciæ regem. E diuerso Epigenes apud Babyloniã septingētorũ viginti annorũ: obseruationes syderũ coctilibus laterculis inscriptas docet: grauis author in primis. Qui minimũ Berosus & Chritodemus cccc. octoginta. Et concludit Plinius. Ex quo patet ęternum fuisse vsum literarum. Sed fundamentũ Plinii falsum est: & consequentia nulla: quia in authoribus ipsis Assyriorũ quorũ principes sunt Chaldęi: origo inuenitur ante monarchiã Alexãdri. xliii. milibus annis menstruis: qui sub Adam incipiunt: & in Alexandro finiunt. vt Hieronymus dicit: & in nostra topographia demonstrabitur: quam post cōmentaria super Metasthenem explicabimus. Et idcirco quę Gręci & latini de sempiternitate literarũ et hominũ somniant: magis q̃ scribunt vitãda sunt vt nihili: et cũ ipsis Chaldęis atq; Moyse authorũ vetustissimo: de antiquitatib⁹ et priscis temporibus consentiamus: quos Philo sequutus: duos de temporibus libellos edidit: primusq; in duas partes diuiditur. In prima ab Adam: primo Chaldæorũ et gentis humanæ doctore simul et parente tempora fert vsq; ad templi ędificationem: inde vsq; ad eius desolationem. Primã vero partem breui summa excurrit dicens.


B Adam vsq; ad diluuiũ fluxerũt anni mille sexcẽti quinquaginta sex. A diluuio ad Abraam duo & nonaginta supra ducẽtos. Ab Abrahã ad Moysem quinq; & viginti & quadringẽti. A Moyse ad exitum de Aegypto & inchoatum templum ligneum anni octoginta. Ab eo ad inchoatum lapideum anno quarto regni Salomonis: & executioni mandatum decretũ Dauid de successoribus regni: anni colliguntur octoginta & quadringenti.

Hæc est igit̃ prima pars Philonis: quã ipse in quinq; partes diuidit: vt in litera patet: in quarũ prima ponit tẽpus ab Adam vsq; ad diluuiũ sub Noa. In secunda scribit tẽpus a Noa: vsq; ad Habraam. In tertia ab Habraam vsq; ad Moysẽ. In quarta a Moyse: vsq; ad exitum populi ab ægypto. In quĩta: ab hoc exitu vsq; ad inchoatum tẽplũ anno quarto Salomonis. Verũ quoniã summa tẽporũ in chronographia est cõfusa & incerta & obscura plusq̃ chaos nisi digeratur per singulos viros aut reges & Duces: aut capita originũ sibi perpetuo succedentia: & quot inter eos anni colligantur: apudq; Chaldæos & ipsum Moysem simul singuli homines & anni digerãtur: idcirco Mosayca Chronographia vtemur ante diluuiũ: qm̃ Chaldęam reperire non potuimus: q̃uis omni studio & solicitudine vsi fuerimus vt p aliis antiquitatibus habendis: ita pro hac digestione temporũ ante diluuiũ nihil inexploratum omiserimus. Nam Berosus: vt etiam Plinius tetigit: solum temporibus inscriptionũ quarũdã per annos. cccc. lxxx. ante Ninum & Phoroneũ supputauit: suppressis singulis ducibus & temporib⁹. Porro Moyses Genesis. v. ca. studuit singulos duces & tempora digerere. Erãt autem ducum loco primogeniti successores: & capita originũ: per quos digerebantur tempora: qui nũero. x. fuere ante diluuiũ hoc modo. Adã primus vixit annis centũ & triginta & genuit Seth. Seth vixit. c. v. & genuit Enos. Enos vixit annis. xc. & genuit Caynã. Caynã vixit. lxx. & genuit Malaleel. Malaleel vixit. lxv. & genuit Iareth. Iareth vixit. c. lxii. Et genuit Enoch. Enoch vixit. lxv. & genuit Matusalem. Matusalẽ vixit. c. lxxxvii. & genuit Lamech. Lamech vero vixit. c. lxxxii. & genuit Noã. Noa vero cũ quingentorũ esset annorum: genuit Sẽ: Cam: & Iapet. Anno autẽ sexcentesimo vitæ suę: vidit Noa terras inundatas p nouẽ mẽses integros: & vt ait Moyses: decimo mẽse cacumina mõtiũ apparuerũt in Armenia: & Delos insula in mari: vt Solinus meminit. Verũ vsq; ad finẽ duodecimi mẽsis expectauit Noa exsiccationem terræ & præceptum egrediendi ex Arca. Ex quo patet Moysem annos solares duodecim mensium intelligere in supradicto capitulo. Nec solus Moyses retulit vitam priscorum hominum ferme annis mille durasse, tum recente cælo: & natura prona in celerem multiplicationẽ generis humani: sed etiam de his longęuis conscribunt omnes qui antiquitates apud Græcos & Barbaros cõscripserunt: vt Manethon qui Aegyptiorũ historiã texuit: & Berosus qui Chaldaicã deflorauit: & Mochus: & Estyus adhuc & Hieronym⁹ ęgyptius & Maseas: qui phęnicam descripserunt: sicut refert Iosephus in primo de Antiquitate Iudaica. Patet etiam Iosephum & quosdam iuniores aberrare: qui plures annos q̃ supra collegerit Moyses enumerãt: & qui Hieronymo imponũt a se falso positum numerũ assignasse. Nouit enim diuus Hieronymus suprascriptũ a Moyse numerum. His autem occasionem prębuit ignoratio modi numerandi chronographice. Patet quoq; prima cõclusio Philonis: q̄ ab Adam vsq; ad diluuium: non fuere plures anni q̃ sex & quinquaginta supra sexcentos & mille. Quod vero ait Philo: a diluuio ad Abraham fluxisse annos ducentos nonaginta duos: id idem a chronographia Moysi desumpsit Genesis. xi. capitulo hoc modo.

Adam

Sem biennio post diluuium genuit Arpaxat. Arpaxat vixit annis. xxxv. & genuit Sale. Sale

vixit annis.xxx.& genuit Heber.Heber vixit annis.xxxiiii.& genuit Pelech.Pelech vixit annis.xxx. & genuit Reu. Reu vixit annis.xxxii. & genuit Saruch. Saruch vixit annis.xxx.& genuit Nachor. Nachor vixit annis.xxix. & genuit Tharam. Thara vixit annis.lxx.& genuit Habraã. Sũt ergo a diluuio ad Habraam vt ait Philo:anni ducẽti nonagĩta duo.Quare Noa pater viuebat:quia vixit post diluuiũ annis trecẽtis & quinquagĩta:vt Berosus scribit in.v.antiquitatũ:& Moyses asserit Genesis nono capitulo. Tertiã quoq; conclusionẽ suã Philo desumpsit a Moyse per capita patrum hoc pacto. Habraã centenarius:genuit Isaach. Isaach sexagenarius: genuit Iacob & Esau. Iacob Nonagenarius:genuit Ioseph.Ioseph vixit decem & centũ annis:post quẽ sequuta est seruitus in ęgypto annis.lxv.& natus est Moyses qui octogesimo ętatis suę anno stetit corã Pharaone & eduxit populũ ex Aegypto in desertum:eodẽq; anno cœptũ est templũ ligneũ:id est tabernaculũ fœderis.Quare vera est summa Philonis: q ab Habraã ad Moysem intercesserunt anni quadringenti viginti quinq;:& a Moyse ad inchoatũ templũ ligneũ:& legẽ datam in mõte Sinai:anni octoginta.Ex quo patet q ab Habraã ad legẽ datã a Moyse: colliguntur anni quinq; supra quingentos:a quibus si subtrahis ętatis Habraæ annos septuaginta quinq;: quando accepta repromissione cœpit peregrinari:vt patet Genesis. xii.ca. vtiq; consequens necessario erit: vt anno trigesimo & quadringentesimo post repromissionẽ data sit lex Mosayca: nõ ad reprobandam & cassandã dictam repromissionem Messiæ: sed solum ad pręparandum populum vt digni essent susceptione illius:quia non decreto legis est hęreditas benedictionis: sed sola liberalitate ac repromissione dei ante legem factam annis triginta supra quadringẽtos. Et ita argumẽtatur apostolus ad Galathas.iii.cap.Habraæ inquit factæ sunt repromissiones: & semini eius: qui est Christus. Quæ vero post quadringentos & triginta annos facta est lex: non irritat & euacuat repromissionem:quia si esset hæreditas repromissæ benedictionis ex lege/iam non esset ex repromissione:quod est falsum:quia non Moysi sed Habraæ per repromissionem donauit deus. Eandem summã Moyses exposuit Exod.xii.cap. Habitatio inquit filiorum israel qua habitauerũt in Aegypto subaudi a prima vice qua Habraam descẽdit in Aegyptũ: fuit annorum.cccc.xxx. Cęterum sequens conclusio Philonis qua dicit a templo ligneo ad lapideũ supputãtur anni.cccc.lxxx.eadẽ ponitur in tertio libro Regũ cap.vi.hoc modo. Anno quadringentesimo octogesimo egressionis filiorum israel ab Aegypto/in Anno quarto regis Salomonis cœpit ædificare domũ. Hæc summa digeritur ab ipso Moyse vsq; ad Salomonem: non per capita originũ:sed per ipsos duces Hebręorũ:quorum primus fuit Moyses:qui octogesimo anno ętatis suę eduxit populũ de Aegypto:vt dicitur Exodi.vii.ca.&.xl.annis præfuit in deserto:& ita vixit annis.cxx.vt vltimo cap. Deuteronomii scribitur.Digerũtur ergo dicti anni.ccclxxx.per duces hoc modo.Moyses pręfuit ãnis.xl.Iosue pręfuit annis.xxvii. Othoniel præfuit annis.xl.Aod præfuit annis.lxxx. Delbora & Barach.xl.Gedeon præfuit annis.xl.Abymelech filius eius.iiii. Thola præfuit annis.xxii. Iayr præfuit annis.xxii. Iepte præfuit annis.vi. Esebon præfuit annis.vii.Labdon præfuit annis.viii.Samson præfuit.xx. Heli præfuit annis.xl.Samuel & Saul annis.xl.Dauid primus ex tribu Iuda.xl. Salomon vero filius Dauid regnauit annis quadraginta:& quartus eius regni/fuit quadringentesimus octogesimus ab egressu filiorũ israel ab Aegypto:quando in deserto data est lex:& inchoatũ fuit tabernaculum fœderis feretrium:vice tẽpli stabilis. Nam quia populus nõ stabilis erat vna mansione:nec ad regnũ stabile in terra promissionis peruenerat:idcirco feretrium templum ligneum fabricatum iussu diuino fuerat:vt inclinatissimus ad idololatriam populus: vtcũq; religione teneretur.

Lex:& quãdo sit data.

Sequitur secunda pars Philonis Commentarium.II.


Iquidē orta lite inter filios Dauid: quos ex Bersabee genuerat: quis regno precederet: Dauid edicto statuit a iunioribus inchoari: & vt alteri succederet: vbi posteritas naturalis deficeret. Itaq; a Salomone minimo cœptū est & a Nathā illi natu pximiore filio dicto Ahiasar & Mathat: & posteris eius Ahiasarim atq; Mathathym: id est vt oēs dicerent & essent fratres principis & donati tpe ad succedendū. Hinc vsq; ad Iosaphat & Ochoziā posteritas Nathā semp dicta est Ahiasarim: nam quos occidit Ioram posteros Nathan quos pater i tribu Iuda preter decretū honorauerat: filii Iosaphat fratres Iorā dicti sunt. Similiter ifantes eorū quos Iorā liberos qdē: sed reditu vacuos i tribu Iuda reliqrat: dicti sūt fratres & filii Ochozie cū tamē Ochozias vnic9 solus ex Iorā & Salomone supstes esset: quo perempto oēm stirpē regiā Ahiasarim Athalia conata est delere: nisi puidētia Iosabet sororis Ochoziæ ex ahiasarim saluat9 fuisset minim9 ex ahiasarim infans Elyh qui & Eliakin. Nā synonyma sunt syris & egyptiis Elyh: Eliakin: ioakin. Cognoiatus autē infans Elyh fuit Ioas prim9 ex domo Dauid: & posteritate Nathā: p quo myzmor a dextro & leuo choro decātatus fuit: qui a. lxx. seniorib9 septuagesim9 quart9 posit9 est. & sub Ioada istitut9: ne dispderet deus fundit9 domū Dauid vbi finierat ples Salomonis. Ab isto Ioas atq; deinceps i rememorationē reges semp binomii & trinomii fuerūt. Nā iste prim9 dict9

Hec est secunda pars huius prime partis principalis: in qua Philo volens colligere tēpora per solam posteritatem Dauidicam: iterserit paucis verbis infinitā syluā historiarū. Primo em̄ reddit causā edicti: id est statuti Dauid de successorib9 suis ex solis filiis quos ex Bersabee suscepat. Vbi notandū est q in secūdo libro regum capitulo qnto: & i primo libro Paralipomenō capitulo. iii. distingunt filii Dauid per fœminas / vxores / vel concubinas. Vxorū filii erant iure cōmuni Hebreoꝝ & gentiū apti ad succedēdū honori & dignitati: atq; hereditati paterne. Concubinarum autē minime. Vnde in lege etiā nature Sarra dixit ad Habraam genesis. xxi. ca. Eiice ancillā & filiū eius. quia nō erit heres fili9 concubine ancille cū filio meo Isaac. Et ca. xxv. de filiis aliarū cōcubinarū habrae dr: Dedit (inqt) Habraā cuncta q̄ possederat Isaac: filiis vero cōcubinarum largitus est munera: & separauit eos a filio suo Isaac: dum adhuc ipe viueret. Et ideo in supradicto capitulo solum in genealogia Dauidica ponunt filii naturales vxorum: quos ipse ex eis genuerat: & filii cōcubinarum non nominant nisi in communi: quia non erant apti regni successioni. Qui vero ex vxoribus erāt: his verbis enumerat. Nati sunt Dauid filii: ex Achinoe quidē Amon primogenitus. Ex Abigail vero Daniel. Tertius Absalon ex Maaca. Quart9 Adonias ex Agit. Quintus Saphatias ex Abithal. Sext9 Ietraam de Egla. Sex ergo nati sunt ei i Hebron: vbi regnauit septē ānis. & sex mensibus. Triginta autem & trib9 annis regnauit in Hierusalē: in qua absq; liberis concubinarum: nati sunt ei ex Bersabee filii quatuor: Sciammaa: Sobau: Nathan: & Salomon. Ergo Nathā iste nō fuit ille ppheta & sacerdos: neq; fuit fili9 Vrie adoptat9 a Dauid: vt quidā delirātes nullo certo authore: aut cōtrario textu literali somniāt: in hoc peiores Philone atq; Iudeis q hoc horrēt. Sequeret em̄ q Christ9 nō descēdisset ex vero sanguine Dauid: &

Filii Dauid

Nathan.

ꝙ Lucas decepisset Christianos: q natura lē sanguinē Dauid ꝑ Nathā vsq; ad salua torē cōtexuit. Vt autē nō subticeam⁹ de liberatū cōtra Christum delirantiū argu mentū: scias ꝙ se fundāt in ꝓuerbioꝝ ca. iiii. vbi Salomon dicit ꝙ fuit tenell⁹ puer corā patre suo: & vnigenit⁹ coram matre sua. Ergo (inquiunt) fuit vnigenit⁹ respe ctu Dauid & ꝑ cōsequēs alii filii Bersabeę fuerūt adoptati a Dauid. Vere vbi Lyra non bene sonat: eqdē magistra experiētia delirat. In primis negaƭ istis delirātib⁹ cō tra Christū & ei⁹ scriptorē Lucā: ꝙ Vrias adhuc liberos nūq̄ habuerit ex Bersabea

Elyh: Ioas: Simeon: Itē Her: Manasses: Ezechias: Iesus: & eiuscemodi. Itaq; a quarto anno Salomonis vsq; ad finem posteritatis ei⁹ & primū successorē abia sarim cognoīe Ioas: supputanƭ āni octo & triginta supra cētū. A Ioas vero vsq; ad spōtaneā trāsmigrationē Ioakin an ni sunt. ccxci. connumeratis decē annis quibus regnauit Amon captiuo patre Her q & Manasses. Porro a trāsmigra tiōe ad desolationē anni sunt vndecim.

puella. Secūdo negaƭ ipsi cōsequentia: quia ignorauit dialecticā: quia ecōtrario infertur. Fui vnigenit⁹ corā matre mea. Ergo nullū aliū habuit mater mea filiū. Nō eñ dicit fui vnigeni tus corā patre meo: sed puer & tenell⁹ quia vltim⁹ ab eo genit⁹: & corā matre mea fui vnige nit⁹: quia ea ꝓcurāte Dauid decreuit illū successurū in regno qđ ad primogenitū ꝑtinebat. Vnde in. iii. li. regū ca. primo: dixit Bersabee ad Dauid: tu (inqt) iurasti mihi ꝙ fili⁹ me⁹ Sa lomon regnabit post te. Tertio patet ꝙ isti falso sibi vēdicāt nomē sensus literalis: quū in ęq uocatiōe literę decipiāt seipsos & alios. Nō eñ diuinę literæ vnigenitū vocant semꝑ eū qui

Vnigenit⁹.

vnic⁹ genitura est: sed etiā qui vnic⁹ sit ad successionē. Nā Habraam ante Isaac genuit Ismae lē: & tamē deus vocat eū vnigenitū: nō Sarrę: sed Habraę: Genesis. xxii. ca. dicēs ad Habraam Tolle filium tuū vnigenitū quem diligis Isaac. Et infra. non pepercisti (inquit) filio tuo vni genito ꝓpter me. Ergo dicas vnigenito tuo nō Sarrę: & vnigenit⁹ corā matre mea nō respe ctu patris. Ex quo patet ꝙ ad sensum repugnātem clarę literæ exponant: & catholicam atq; lucidissimā diuinam scripturam & fulgidā non explicent: sed plicent & replicent: & confun dant: & ipsi splendido soli nubes & caligines ingerant. Sed his dicendum est: cur se sapientes vocent & postillatores; cū patentia & clara scripturæ sacræ loca & cognita exponāt: immo plicent per ignotiora & occultiora: & quæ eadē facilitate contemnanƭ: qua contra lucidum caliginosius proferūt. Verum horū innumeros errores: tum literales tū patentes: tū in fide saluatoris periculosos: locis suis quibus opus fuit exposuimus atq; redarguimus in cōmen tariis nostris super diuinas literas. Qđ vero ad institutū Philonis facit: hoc est quia ex pec cato Dauid dictum est illi a Nathan ꝓpheta: non recedet gladius & discordia de domo tua inęternū: Vnde primogenitum Amonem interfecit Absalon: qui & ipse diuino iudicio per cussus interiit: subsequutaq; discordia successionis inter residuos fratres: iurauit Dauid. i. firmauit decreto: vt recte Philo exponit: ꝙ minimus inciperet Salomon: inde Nathā si Salo monis posteritas deficeret. Moriebaƭ ergo vnius posteritas alteri. quod decretū ferme est de iure gentiū: excepto ꝙ Dauid instituit vt a minoribus initiū fieret: qđ & de facto iurauit se nō reuocaturū: & Adoniā maiorē natu q̄ erāt quatuor filii Bersabee ab ꝓsumpto regno de posuit: vt patet in primo ca. tertii lib. regū. Ergo vt ibi dicit a Bersabee: tu rex iurasti mihi ꝑ dñm deū: ꝙ Salomō regnaret: & Dauid respondit: sicut iuraui tibi ꝑ dñm deū israel: ita fiet: vtiq; decretū iuramēto firmatū insinuat. Qđ autē addit: per dñm: ostēdit nō amore carnali: sed diuina iussione illud gestū: vt clarius ostēdit in primo lib. Paralip. cap. xxvii. quādo mo riturus dixit principib⁹. Dominus elegit Salomonē filium meū: vt sederet super soliū meū: & dixit mihi. Ego firmabo regnū eius in æternū: si ꝑseuerauerit custodire legē meā. Q; autē

intellexerit illũ Salomonẽ ꝓiiciendũ a regno quoad posteros explicauit in eodẽ cap.quando Salomoni dixit.Et tu Fili mi Salomon si quęsieris dominũ:inuenies eũ.Si autẽ dereliqueris illum:ꝓiiciet te in ęternũ. Qꝫ vero filios Nathan Salomon fecerit Ahiasarim & Mathatym vt ait Philo:ex decreto iam insinuato: patet in.iii.lib.regũ.iiii.cap. vbi scribit de tribus filiis Nathan constitutũ Ahiasarem fuisse illũ qui erat adolescentior in ordine.Sic em̃ scribit ibi. Azarias filius Nathan erat super eos:qui adsistebant regi. Cabul vero eiusdẽ Nathan filius erat sacerdos amic⁹ regis: & Ahiasar ꝓpositus dom⁹. Sacerdos hic accipit pro præfecto sup oẽs sacerdotes:vt in.ii.lib.regũ in fine.viii.cap.dicit.Filii inqt Dauid sacerdotes erant.Qđ in primo lib.Paralip.in fine.xviii.cap.ita in textu exponit: Filii Dauid erant ad man⁹ regis: id est ad officia regia:quę tria erant.Primũ vt esset super oẽs maiores regni qui assistebãt ei. Hoc habuit Azarias primogenitus Nathan.Secundũ/vt pręesset Zanedrim: id est collegio sacerdotũ & doctorũ legis:penes quos erat publica potestas iudiciorũ:& sceptrum occidẽdi & viuificandi:eligendi reges & deponendi:vt fecit Ioiada pontifex contra Athaliã. Et huic pręposuit secundogenitũ Nathan:& ideo dicit sacerdos:quia illis ꝓpositus:nõ ad sacrificandũ: sed ad eos cõtinendũ regio iure:& amic⁹ regis:ne cũ eis cõtra regẽ cõspiraret. Tertiũ officiũ fratris vel primogeniti regis:vt dom⁹ & familia oĩs regia tanq̃ a primogenito regeret. quod est ius successionis.Hoc mun⁹ habuit adolescentior fili⁹ Nathan. Vnde noĩe dignitatis appellat ibi vbi scribit:Pręposit⁹ dom⁹ Salomonis erat Ahiasar: id est frater principis vt diuus Hieronym⁹ & Philo exponunt. Lucas vero filiũ hunc Nathan dicit Mathat:id est donatus successione regni ex dicto decreto:vti Philo exposuit.In plurali autẽ Philo & Hebræi vocant Ahiasarim & Mathatim oẽs posteros Nathan: id est fratres principis: & donati tempore ad succedẽdũ:vt Philo exponit & exẽplificat de fratrib⁹ Ioran & Ochozię. Vbi notãdũ est ꝙ in.iiii.lib.regũ ca.x.dicit ꝙ Hyeu interfecit fratres Ochozię regis Iuda:quadragita viros nõ adolescentes.Et in.ii.lib. Paralipomenon ca.xxii.scribit: ꝙ erant isti principes Iuda & filii fratrũ Ochozię.Quo pacto inquiũt: aliqui erant fratres Ochozię si erant ei nepotes & filii fratrũ?Respondet a Philone & veterib⁹ Hebræis: ꝙ litera dicit: ꝙ erant fratres vel nepotes qui ministrabãt ei:videlicet in supradictis trib⁹ officiis regiis quę spectabãt ad solos successores. Et ideo inquantũ erant Ahiasarim dicebãtur fratres & sorores pricipis & nepotes oẽs de linea Nathan. Inquantũ vero linea Nathan suscitabat semen fratris sui Salomonis si deficeret:dicebãtur filii pricipis & regis familię Salomonis: & nõ Nathan: qa secũdum legẽ naturę atq̃ Mosaicã:qui suscitat semẽ fratri suo:etiã nomẽ ei⁹ suscitat. Vnde nunq̃ dicunt aut raro filii & posteri Nathan:sed Salomonis.Et ideo Ioas & Iosabet ei⁹ soror dicunt esse filii regũ ex posteritate Salomonis: quũ tamẽ essent ex Ahiasarim & Matathim.Vnde patres fratrũ Ochozię dicti sunt fratres etiã Iorã patris eiusdẽ Ochozię & filii Iosaphat.Vnde cap. pręcedẽde dicit ꝙ Iorã habuit fratres filios Iosaphat:quos occidit.Quare autẽ occidit:dicũt aliqui:vt eorũ bona possideret:& ne se eiecto aliquis eorũ regnaret. Vtraq̃ causa partim falsa:partim vera est.Prima em̃ falsa est in eo ꝙ dicit vt bona eorum possideret:quia ipse voluit solum bona quę pręter decretũ Dauid illis Iosaphat cõcesserat:vt ait Philo. Pro quo nota ꝙ pro medietate reddituũ regni viuebant simul posteri Salomonis & Nathan ex decreto.Cuius argumentũ est: quia quũ decem trib⁹ desciuerint ab filio Salomonis:ex duabus reliquis Beniamin & Iuda:ex decreto diuino dicto per prophetam : sola vna tribus Iuda data est pro regno successorum Salomonis:vt patet in secundo libro Paralipomenon capitulo.x.vbi dicit ꝙ non est sequutus quispiam domum Dauid:præter tribum Iuda solam. Vnde duas dictiones exceptiuam & reclusiuam:præter:& solam adiecit:vt intelligas nullo pacto ad regimen & reditum regis posteri Salomonis pertinuisse tribum Beniamin : sed solam tribum Iuda.Et si obiiciatur ꝙ in capitulo sequenti dicitur : ꝙ rex Iuda conuocauit tribum Iuda &

Sacerdotũ officia.

Beniamin ad pugnãdum cõtra alias decem tribus rebelles: vtiq; hoc facit pro Philone: quia qui vtilitate & cõmodo ac redditib9 regni gaudẽt: etiam communi impensa bellare debent. Ergo filius Salomonis & fratres eius ex Nathan simul & cõmuni impensa bellare debuerũt: rex quidem in tribu sua Iuda ciendo militem: & fratres ei9 in tribu Beniamin. Ex quo patet q quando quęritur quãdo impletum fuit decretum diuinum quo dixit ad Hieroboam: dabo tibi decem tribus: & filio Salomonis vnam solam: quũ duę tribus sequutę sint domũ Dauid: responsio clara est: quia dicit: dabo vnã tribum filio Salomonis. Nam alteram dederat filiis Nathan fratrib9 Salomonis. Vnde patet q ex decreto Dauid & diuino: ad regem spectabat omnis pẽsio & redditus totius tribus Iuda. Iosaphat autem rex ex linea Salomonis: pater naturalis Ioram & auus Ochozię præuaricatus est decretum: quia etiã in tribu Iuda pręter alia dona dedit filiis suis Ahiasarim pensiones cum ciuitatibus munitissimis: & Ioram solum cõstituit regem: diminuto redditu: vt scribitur in. ii. lib. Paralipomenon. Et ideo interfecit eos: non vt haberet bona eorum: quia dimisit ea eorũ filiis quos non occidit: sed vt restitueretur sibi totus reddit9. Potest tamẽ dici: q illa bona eorum erant: quia Iosaphat vir sanctus erat: & reuelatione diuina videbat finiendam posteritatem Salomonis: iuxta q dixerat Dauid Salomoni: si non quęsieris dominũ: proiiciet te in æternum. Et ideo diuino iussu potuit mutare decretũ: & incipere dare suscitatoribus seminis Salomonis partem trib9 Iuda. Et hoc pacto saluatur prima veterum responsio: q interfecit filios Iosaphat suos fratres: vt possideret bona eorum: quę diuino nutu habere cœperunt in tribu regia. Partim quoq; verum est q timuit ne se eiecto inciperẽt succedere anteq̃ finiretur posteritas Salomonis. Qđ profecto conata est facere Athalia: vt ait Philo: quia vt scribitur quarti regum. xi. ca. & in. ii. lib. Paralipomenon. xxii. cap. eadem Athalia videns mortuũ filium suum Ochoziam scilicet & stirpem Salomonis finitam: interfecit omne semen regium: filios filii sui Ochozię: qui scilicet successuri erant: & nõ naturales: quia nullus illi erat: adeo vt nulla spes esset: vt quis amplius regnaret de stirpe Ochoziæ tã naturalis q̃ suscitatiua seminis ei9 ex Nathan: nisi quia infans in cunis Ioas seruatus est: qui fuit trinomius Elyh: Symeon: & Ioas. Verum aduerte Philonem quia non dicit: fuit primus rex trimonius: sed primus ex Ahiasarim: alias esset falsum: quia pater eius successione Ochozias fuit trinomius: vt patet in. ii. li. Paralipomenon: vbi cap. xxi. dicitur Ioachaz: & in sequente dicitur Ochozias. & quidam volunt etiam nominatum Azariam. His ita expositis clara est litera Philonis: qui reuersus ad tempora dicit: A quarto anno Salomonis vsq; ad deletã posteritatẽ eius naturalem: sunt anni. cxxxviii. Hos annos digerunt per tempora regum eius posteritatis: liber tertius & quartus regum: & secundus Paralipomenon hoc modo. Salomon a quarto anno regnauit annis. xxxvi. Roboam regnauit annis. xvii. Abias regnauit annis tribus. Asa autem regnauit annis vno & quadraginta. Iosaphat regnauit annis vigintiquinq;. Ioram regnauit annis octo. Ochozias regnauit anno vno. Athalia regnauit annis septem. Anni vero sequentes vsq; ad desolationem sic sunt digesti. Ioas primus ex Nathan regnauit annis quadraginta. Amasias regnauit annis vigintinouem. Azarias regnauit annis duobus & quinquaginta. Ioathan regnauit annis sexdecim. Achaz regnauit annis sexdecim. Ezechias regnauit annis vigintinouem. Manasses regnauit annis quinquagintaquinq;. Amon cõnumeratis decem absente patre. xii. Iosias regnauit annis. xxxi. Ioachar regnauit mensibus tribus. Ioachim regnauit annis. xi. Ioakin qui & Elyh Neri: mẽsibus tribus: & quarto mense vltro in Babyloniam transmigrauit: pro quo Sedechias regnauit annis vndecim: & facta est desolatio.

Ioas trinomius.

Ioachim. Elyh.

Explicit primus liber Philonis.
Sequitur Secundus.

Secundus liber. Commentarium primum.


Ecundus libellus Philonis diuiditur in quatuor partes. Prima ponit tēpora a desolatione templi vsq; ad Iudam Macchabæum. Secunda ab eo vsq; ad Herodis tyrannidem. Tertia a Tyrannide eius vsq; ad finem legitimi regni. Quarta ab eius successore vsq; ad ætatem suam. Itaq; de prima parte sic dicit.


T a desolatione ad carceres Ioakin: sunt anni. xx. & ab ei9 trāsmigratione xxxi. Sex annis sequentibus tunc editus Mizmor octogesim9 septim9. in fine autē septimi āni Euil merodach eductū Ioakin de carcere i honore habuit: eūq; popul9 Heri cognominauit: q lucerna Dauid quę timebat extincta illuxerit. & Mizmor octogesimusoctauus edit9 est ad gratiarū actionē atq; cōseruationē gentis: & celerē missionē Messię. Mox liberato Heri dat9 est a deo filius Mesezebel cognomēto Salathiel: qui anno decimoseptimo ante solutionē captiuitatis Barachiā qui āno. xvii. soluta captiuitate dux popli fuit: & ab eo ducatu dict9 zorobabel: anno a trāsmigratiōe octogesimoprimo: & a desolatiōe septuagesimo. Præfuerūt aūt populo duces ex domo dauid: & sacerdotes ex Leui seorsum vsq; ad tēpora Asmonai. & de his septuagita seniores sic in scriptis reliqrūt. Iesus filius Iosedech magn9 pōtifex cū Barachia Zorobabele filio Mesezebelis filii Heri: ipe est Ioakin: anno primo Cyri venit Hierosolymā: qui secūdo anno dū iacerēt fundamēta pphetātibus Agai & Zacharia: ob mortē Darii Istaspis ipeditū est op9 nec adiri potuit Cyr9: q bello tamyrico erat ipeditus. Successit iterfecto Cyro Assuer9 priscus Artaxerxes: qui bellū

Plura memoratu digna dicit. Primo quia distiguit annos trāsmigratiōis spōtaneę a desolatione & captiuitate inuita toti9 regni. Et de vtriusq; distinctiōe atq; gestis scribitur in fine quarti libri regum & .ii. Paralip. & de vtraq; est vaticinium Hieremię ca. xxxiiii. vbi in fine contra Sedechiam dixit: & solitudinem atq; desolationē vocauit dicēs. Reducam Chaldęos in ciuitatē hanc: & pręliabunt cōtra eam & capient eā: & succēdent igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinē: quia non erit habitator. Quomodo autē sit impletum scribit in eodē libro Hieremię a ca. xxxvi. vsq; ad. xl. & i fine Vaticinii ei9: & in fine quarti lib. regū: & secūdi Paralip. Eiusdē desolationis vaticiniū: & quantū tēporis duratura esset desolatio: expressit capitulo. xxv. hoc modo. Nabugdonozor regē Babylonis seruū meum adducam cōtra ciuitatē istam: & habitatores qui circum eam sunt: & interficiam eos: & ponam in solitudines sempiternas: & erit vniuersa terra ei9 in solitudinē & in stuporem. Et seruient oēs gētes istę regi Babylonis septuagita ānis. Qūq; impleti fuerit. lxx. anni: visitabo iniquitatē regis Chaldæorū: & reliqua. Ex quo sequit Philonē recte posuisse. lxx. annos desolationis & solitudinis nō trāsmigrationis: vt quidā incōsyderate scribūt. Quos etiā annos desolationis nō trāsmigrationis vocauit doctissim9 Daniel ppheta. ix. ca. dicēs. In anno ingt primo Darii filii Assueri de semine Medorū qui iperauit sup regnū Chaldęorū anno regni eius: ego Daniel intellexi in libris numerū annorū: de quo fact9 est sermo dni ad Hieremiā pphetā: vt cōplerent desolatiōis Hierusalē septuagita anni. Et qa clara est litera: idcirco omnē aliā

Desolationis anni.

expositionē probatā ab obscuriori/negamus. Et hoc de prio. Secūdo notādū est φ Philo digerit annos vnū & nonaginta supra cētū a prio anno monarchię Cyri & Darii vsq3 ad magnū Alexādrū: p sex pōtifices: quos etiā Neemias enumerat ca. xii. dicens. Iesus sacerdos genuit Ioakin: Ioakin vero genuit Eliasib patrē Ioadæ. Ioathan fuit pater Ieddue: & filius Ioadæ. Hos vt ait etiā. lxx. seniores memoria pdunt: siue. lxx. seniores intelligat zanedrim: siue. lxx. iterptes: q etiā (vt ait) enumerat totidē ānos a duce Zorobabel vsq3 ad Iudā primū Hyrcanū de domo Dauid. Rursus p pontifices Leuitici gñis & duces Dauiticos colligūt dicti seniores annos. iiii. &. lxx. supra cētū ab Alexādro vsq3 ad Iudā Macchabeū. Et qa ipse Philo digerit ipe singulo℞ noia & annos: idcirco legant in textu. Tertio notandū φ solus Philo habuit Chronographiā annaliū quatuor monarchiarū: vt in emendatione chronicarū videbit. Et ideo solus ipse ī tēporibus ex Hebreo℞ scriptoribus recipit. Quinetiā nō p opiniones vt Iosephus sed etiā. lxx. seniorū testimonio vsus certissima scribit. Sed de his hactenus. Vltimo excurrēda est lra Philonis: si qd obscurū est elucidādū. Carceres Ioakin iniusti fuerūt: quia sub fide publica sese cū suis potestati magni Nabugdonozor pmisit: & post lapsum tpis illū in vincla cōiecit: & idcirco illū tanq̄ iniuste ibi positū: filius magni Nabugdonozor cognoīe Euil merodach: & noīe Amilinus: eduxit & honorauit: vt scribit in. iiii. lib. regū cap. xxiiii &. xxv. & in. ii. Paralip. ca. vltimo. Q đ vero hebrei Mizmor: id latini dicūt psalmū & psalmus octogesimus septimus est psalmus Dñe deus salutis meę: editus & decātatus sex annis qbus Ioakin fuit iniuste ī carceribus: & seqns psalmus qñ fuit ab Euil merodach liberatus: ad quē sensum literalē nos exposuimus ī cōmētariis sup psalteriū. Neri appellat etiā ipm Lucas euāgelista patrē Salathiel: cui nomē ppriū fuit Mesezebeel

parabat cōtra Artaxat factiōis Tamyricę fautorē: q & ad defectionē cōpulerat Assyrios: Medosq3 ac Persas: & Assuerus ītra Babyloniā sese cōtinebat. Ad eū Iesus pōtifex: qa duces Syrię cōtra hebręos scripserāt: se cōtulit: relicto ī pōtificatu āno. xii. Assueri filio Ioakin q & Elyh Ergo quia eo āno erat Assuerus occupatus bello: nō est auditus Iesus. Victor cū sequēte āno missū a se Holofernē a Iudęis trūcatū audisset: edicto publico vetuit tēplū erigi. Successerūt duo filii eius: q de īperio cōtēdētes: Dario Lōgimano q votū relaxādi edictū pris emiserat. vii. mēse victoria cessit. Anno eius prio reuersus Iesus hortātibus iisdē pphetis ędificare tēplū annixus ē. Gessit ergo Iesus pōtificatū primū vsq3 ad. xii. ānū Assueri prisci: ānis sex &. xxx. Ioakin filius ī eius absentia ānis. viii. Is & Iudith gesta cōscripsit: & anniuersariā liberationis memoriā quotānis agēdā īstituit. Idē Iesus reuersus psecutus est pōtificatū ānis. xx. vsq3 ad. xx. ānū Lōgimani: natus annos. xxx. & centū. Et successit Ioakin: itē secūdo pōtifex: ānis xlviii. vsq3 ad. xii. ānū magni Artaxerxis Assueri: qui gesta Hester scripsit: & memoriā Phurim instituit: hortāte illū p literas Mardocheo: qui decē & octo ānis ætatē Isaac supauit. Tertius pontifex successit Eliasib: ānis vno &. xx. vsq3 ad. xxxiii magni Artaxerxis. Hic primus posuit hierosolymis portā gregis. Quartus pōtifex Ioada gessit pōtificatū ānis. xxiiii. & totidē Ioathā vsq3 ad finē Ochi Artaxerxis Vltimus sub Persis fuit sextus pōtifex Iaddua ānis. x. Priceps vero ex domo nathā primus Simeon qui & Ioas. Rursus Leui qui & Amasias: itē Iesus qui & Ezechias

Her quoq; qui & manasses. Hi ante ca
ptiuitatē. Porro in captiuitatis solutiōe
Zorobabel prim9 p̄fuit ānis octo & qn
quagita. Resa Mysciollā: sex & .lx. Ioā-
na Ben Resa: trib9 & quiq̄gita. Iudas
prim9 cognoīe Hyrcan9 .xiiii. Ab Ale-
xādro vero ad Asmonaym pōtifices vs
q; ad Iudā: Onias prisc9 ānis .xxvii. Si-
mō p̄sc9 .xiii. Eleazar9 Antiochi theos
iimic9 .xx. Manasses Seleuco Gallinico
amic9 .xxvii. Simō iust9 honorat9 a ma
gno Antiocho .xxviii. Onias hui9 fili9 a
Seleucho spoliat9 tēplo .xxxix. Hūc seq
tur Iudas Asmonai. Duces vero ex do-
mo Dauid vsq; ad dictū Iudā fuere Iose
ph9 prim9: ānis septē. Abner Semei .xi
Elyh Matathias .xii. Asar Maat .ix. Na
gid Artaxat decē. A gai Helly .viii. Mas
lot Naū .vii. Amos Scyrach .xiiii. Mata
thias Siloa decē. Ioseph9 iunior Arses:
Honorat9 a Ptolemęo .lx. Iāne9 secūd9
Hyrcan9 præfuit annis sex & decem.

Huic fuit Barachias fili9 q a pricipatu co
gnoīat9 est Zorobabel .i. prīceps captiuita
tis Babel. Porro Zorobabel genuit Resa
& lib. ii. Paral. ca. iii. Misciollā. Porro bre-
uib9 ponit genealogiā Neemias. iii. cap.
dicēs. Et iuxta eū ędificauit Misciollā fili-
us Barachię filii Mesezebel. De bello Ta-
mirico Philo sequit̃ verā historiā Persarū
& Metasthenis psæ chronographi & asse-
rit post mortē Darii īterfectū & nō an: vt
somniauerūt Herodot9 & Eusebi9 noster.
Et hoc ē qđ significat Esdras ca. iii. & iiii.
q; licet Dari9 & Cyrus adepta monarchia
soluerīt captiuitatē Babylonicā quā ibi ī-
uenerūt: & dederīt licētiā reponēdi tēplū
tñ fuit impeditū a vicinis ducib9 Cyri oī-
bus annis Cyri: post eū sequut9 Artaxer-
xes publico edicto prohibuit: hoc addens
q; semp ciuitas illa rebellarat cōtra reges
quia scilicet interfecerat fœmina Holofer
nē principē suū existente pontifice Ioakin:
suffecto aperte Iesu vt Philo scribit: & in
Libro Iudith cōmemorat̃. Et nō te moue-
at q; iste Assuer9 vocet̃ Nabugdonosor ī
lib. Iudith: qa vt ibi dicit̃: & Philo scribit:
Artaxat inuaserat monarchiā: tenebatq;
Assyrios: Medos & Persas. & iste Assuer9
solā Babyloniā: vbi rex cōi appellatiōe dignitatis vocat̃ Nabugdonosor: vt in ęgypto Pha-
rao Romę papa. Et Iudęi qdē iuniores festū agūt triūphi Iudith: & librū hñt dubiū p̄pter
nomē Nabugdonosor. Perdiderūt .n. oēm sapiētiā quā sui habuerūt: & Philo ex auctoribus
certissimis .lxx. sanctis seniorib9 tradit. Et ob id eccl'ia recipit eū: & facit argumētū apud ve
teres Iudęos & xp̄ianos: licet nō apud modernos Iudęos: qb9 etiā ipsa lux veteris testamēti
ferme obscurat̃: sed de his alias. Vocabulū vero Zanedrim: qa sępe occurrit: īterp̄tat̃ a Tal- Zanedrim.
mudistis: collegiū sceptri & publicę p̄tatis toti9 regni: q̄ erat penes .lxx. seniores ex principa
liorib9 de tribu Iuda & aliarū tribuū: qbus vn9 rex p̄erat: & loco eius Salomō ex decreto Da
uid & dei: posuit Matathim vt exposuim9. Dicūt aūt Talmudistę in lib. Zanedrim: q; hoc
erat publicū sceptrū institutū a deo in deserto Numeri .xi. ca. vbi de9 instituēs regimē toti9
populi ad Moysen Cōgrega: inqt: mihi .lxx. viros de senioribus Israel quos tu nosti q; senes
ppl'i sunt & magistri. & duces eos ad ostiū tabernaculi fœderis: faciesq; ibi stare tecū. Et de
scēdā & loquar tibi: & auferā de spū tuo: tradāq; eis: vt sustētēt on9 populi tecū: & nō tu so
lus graueris. Sup hoc sceptrū erat trib9 Iuda & rex: sicut & Moyses. Vñ zanedrim erat col Senes.
legiū publici regiminis & p̄tatis qb9 vn9 p̄erat. Et hi dicunt̃ vsitato veteri vocabulo senes
siue veteres. Rōana vero lĩgua senatores: Aramea & etrusca Lucii: vltia sylla hñte accētū:
& gręce Palei. Porro etiā est op9 vt sint magistri .i. verbistę: cui9 verbo pareat: quos Rōani
a verbo & dicto impioso dictatores vocāt: & cōi vocabulo vnico Mgrat9. Ergo collegiū pu Magistrat9
blicę p̄tatis etiā apud hebręos vetustissimos dicebat̃ Senatoriū mgrale: apud Rōanos sena
toriū dictionale: apud etruscos Lucumoniū: apud gręcos Paleologū. Vnde nomina impor-
tantia publicam potestatem apud veteres cōposita inuenimus ex duabus dictionibus: qua

rũ altera vetustatẽ & seniũ: altera verbũ & rationẽ impiosam ĩportet: vt apud Hebręos zanedrim: apud Romanos senat⁹ decretũ: apud Gręcos Paleologũ. a paleos vet⁹: & logos ratio & verbũ: apud Etruscos Lucumoniũ a lucu vet⁹: & moni rõ & verbũ. Et tãdẽ Viterbũ veterũ verbũ siue dictatura. Quare a loco & argumẽtatiõe nõmodo a vetustissimo more: verũetiã ab inexpugnabili & semp inuicta interptatiõe: eadẽ sunt apud Rõanos Senat⁹ decretũ & verbũ q̃ apud Talmudistas & zanedrim: & apud gręcos paleologũ: & apud Desideriũ regẽ Viterbũ: & apd Etruscos Lucumoniũ. De his hacten⁹. Qđ vero Philo scribit Mardocheũ supasse Isaac annis decẽ & octo: significat eũdẽ Mardocheũ vixisse annis duodeducẽtis: qa Isaac vixit ãnis vigiti & ducẽtis: vt patet Genesis ca. xxxv. De regib⁹ vero Nathanicis ante captiuitatis liberationẽ: & ducib⁹ post liberationẽ / siue noĩa: siue cognoĩa vsq₃ ad Iudã Maccabeũ cõueniũt Lucas euãgelista: & Philo: & in multis Ioseph⁹: inter quos pcipui fuerũt Ioseph⁹ Arses: & Iãne⁹ secũd⁹ Hircan⁹ amici Ptolemęi: de qb⁹ etiã in tpib⁹ Ptolemęi Eusebi⁹ notat dicẽs. Ioseph⁹ viri inter suos nobilis legat⁹ a Iudęis ad Ptolemęũ missus: quũ familiaritatẽ ei⁹ ob pluria in eũ meruisset obseqa: dux Iudęę & regionũ finitimarũ ĩstituit. Et de filio. Hircan⁹ inqt Iosephi ducis Iudęę fili⁹. s. post mortẽ patris quũ ad Ptolemęũ prę-

Macchabę⁹ xisset: honorifice ab eo suscept⁹ ẽ. Verũ fratris ei⁹ cõtra eũ seditiõe mota: magnarũ calamitatũ Iudaicę gẽti cã extiterũt. Hęc Eusebi⁹ ex Clęmẽte & Tatiano & Aphricano. Asmonay hebraice: sed latine dicitur pugnax & vulgo palladrinus ab armata pallade: Græce vero Maccabæus: hæc de prima parte.



De partibus temporũ: secunda: tertia: & quarta.

Am prim⁹ libell⁹ Philonis pcurrit tpa ab Adã vsq₃ ad spõtaneã deditionẽ atq₃ trãsmigrationẽ Neri: qui & Ioakin: Secũd⁹ quoq₃ libell⁹ absoluit primã tẽporũ partẽ a desolatiõe vsq₃ ad Iudã Macchabęũ. Nũc psequtur tpa aliarũ partiũ libelli: a Iuda Macchabęo ad tyrãnidẽ Herodis: & ab ea ad legitimũ principatũ: a quo ad suã ætatẽ Philo sic prosequitur dicens.

Antiochi. Quot fuerint Antiochi reges Syriæ & Asiæ post magnum Alexandrum. Lucide enumerat Eusebius de temporibus: & nos in emendata chronographia posuimus. Sunt autem anni a Iuda Macchabæo vsq₃ ad tyrannicũ principatũ Herodis. cxxix. vt hic enumerat Philo. Duobus annis minus regnasse Asmonai Iosephus tradit. i. xxvii. supra cẽtum. Talmudistę vero in libro Aaboda Zara: in distinctione q̃ incipit Lipfne Idiem aiunt: Rabi Iocep tradere Asmonai regnum durasse annis tribus & centum: videlicet viginti sex minus q̃ ponat Philo. Sed dicendum q̃ Iocep dicit regnum scilicet pacificum. Nam viginti sex annis pugnatũ est: a Iuda qdẽ Machabæo quinq₃: & Ionatha decẽ & nouẽ: & a Simone duob⁹. Nã tertio anno immunitatẽ ab Antiocho Sidete accepit. Et ideo concordant Iocep Talmudista & Philo: Iosephus vero in temporibus reiicitur: quia tam in



Ox secuti Asmonai sũt cũ põtificatu ẽt ducatũ a domo Dauid subripuerũt vñ orta ĩimicitia & simltas: Iudas Asmonai correpti armis cõtra Antiochũ illustrẽ & filiũ ei⁹ Eupatorẽ atq₃ Demetriũ: pfuit ãnis. v. Ionathas ei⁹ frater. xix. Simõ ab Antiocho Sidete imũitate dõat⁹: pfuit ãnis. viii. Iohãnes Hircan⁹ pſc⁹ ex Asmonai mãnis. xxvi. Aristobol⁹ vno. Iãne⁹ Alexãd. xxvii. Ei⁹ vxor Alexãdra. ix. Vltim⁹ Hircan⁹. xxxiiii. q ca pt⁹ a Parthis relicta vxor ab filia & ei⁹ frẽ Aristobolo: mox Herodes iubẽte senatu romano iuit hebręis regnũ tyrãnicũ iniit. sũpta sibi vxor filia Hyrcani capti a Partis: & declarato filio eiusdẽ

Hircani Aristobolo pontifice: vt Iudęorū aīos ad se inclinaret. Sustulit autem ex filia Hircani sibi vxore filios duos. Sed cum anno vigesimo sexto tyrānici regni sui Herodes reuersum socerū Hircanū aduerteret: more prisco regis salutari ab hebræis: Illū sibi socerū socrūq; atq; filiam sibi vxorē: & duos ex ea susceptos liberos: & Aristobolū interemit: bienniōq; post hebræos multis calamitatib9 afflixit. Anno vero trigesimo principatus sui tyrannici: zanedrim ex domo Dauid deleuit: & Annaleū quēdā atq; zanedrim ex Proselitis suffecit qui nimiū in lege videbātur eruditi. Tū & Salomen sororē suā & virū eius de tribu Iuda. Itēq; propriū filium quē ex vxore eiusdē tribus susceperat interfecit q; diceretur iam in lege promissus Christus natus. Fessi tādem Hebręi: vltro ipsi ac ei9 posteris regnū obtulerunt: iurātes in fide ipsius ac posterorū sese permāsuros. Regnauit hic prim9 Herodes Ascalonita tyrānico principatu: annis triginta vno: & legitimo sex. Et fili9 ei9 Archelaus annis nouē. Herodes autē Tetrarcha annis viginti quattuor: cuius vigesimo primo anno Legatus a nostris Iudęis ab Alexandria missus adolescens erā. Sequut9 est hūc Agrippa priscus: annis septē. Agrippa iunior annis septem & viginti. & Agrippinus qui & Agrippa vltimus annis triginta: vsq; ad hūc vltimum annū ætatis meæ decrepitę.

diuinis literis q̄ gentilibus inueniātur quoad tēpora erroneus. Nā libri Machabeorū qui absq; tēporib9 scripti erāt: & gesta: & sub qbus reg ib9 acta erāt apd̄ veteres habebāt Iosephus tēpora adiiciens Apocriphos reddidit. qa ponit Antiochū illustrē regnasse anno cētesimo trigesimo septio post Alexādrū: vt in primo libro Machabeorū prio capitulo scribit: q tamē regnauit anno cētesimo qnquagesimotertio vt patet ī annalibus Gręcoꝝ p singulos reges Asię & Syrię post Alexādrū: quos Eusebius de tpib9 erudite notauit. Hęc est aūt vna maxima Metasthenii & Chronographoꝝ q̄ oīs auctor reiicit q̄pter Annales quatuor Monarchiarū de tpib9 scribūt quia ī eis est publica tēpoꝝ p singulos reges digesta fides. Porro Herodes regnauit tyrānico principatu annis vno atq; trigīta & sex legitio prīcipatu. In sūma regnauit annis trigīta septē: vt oēs cōcedūt: Ab eo aūt p successores vsq; ad annū quo hęc scripsit Philo: supputant anni septē & nonagīta. Ergo regnatū ē ī domo herodis legitio prīcipatu annis cētū & q̄tuor. In supradicta vero distictōe Talmud: vno min9 supputat rabi Iocep dicēs. Regnū Herodis durauit stāte tēplo ānis cētū trib9: vbi glosa Rabi Selamo dicit: cū trigīta ānis Barcozbe cū Agrippa: qd̄ ē falsū qa Barcozban cœpit cū Agrippa regnare anno vltimo Agrippę: cū quo rebellauit Romanis: a qbus hostis iudicatus fuit. Et

Iosephus reiicitur.

Herodis regnū.

ideo qa ī illa distictiōe nō ponit Iocep: nisi annos qbus regnatū est vel legitie: vel pacifice: idcirco: sustulit vltimū ānū Agrippę vltimi: quē Philo vocat Agrippinū: & ita remanēt āni regni legitimi Herodiani cētū & tres: vt vere pōit Iocep. Si vero volum9 scire quātū regnauerit falsus Messias quē ipsi Talmudistę vocāt Barcozban siue Bencozbā id ē filiū mēdacii qa decepit eos: vtiq; hoc pacto sciem9. A trigesimo prio āno Herodis vsq; ad vigesimū nonū Agrippini: nūerant a Philone atq; Talmudistis āni cētū & tres. Cœpit aūt legitim9 prīcipatus Herodis: eius regni anno. xxxii. qui erat Octauiani Augusti ann9. xlii. vt p Olym


Barcozban Bencozban

piades probatur & Eusebius optime annotauit. Quare eo anno vere fuit ablatũ sceptrũ de tribu Iuda: quia natus fuit qui mittendus erat Messias. Si vero ab hoc anno. xlii. Octauiani qui erat primus legitimi principatus Herodis numeremus vsq; ad. xxix. Agrippini supra dictos centũ & tres annos: vtiq; perueniemus ad quintũ annũ Traiani impatoris. Ergo sequẽte sexto anno Traiani cœperũt simul regnare Agrippinus & BenCozban. Porro vt ipsi Talmudistæ atq; latina historia docet: & Eusebius de temporibus diligẽter annotat: anno Hadria. xvii. BenCozban ingẽtissima clade cũ Hebreis a legionibus Romanis accepta deletus est. Quare BenCozban regnauit falsi Messiæ noĩe annis. xxx. vno cũ Agrippino: qa totidẽ supputant a sexto Traiani qi mpauit annis decẽ & nouẽ vsq; ad successoris sui Hadriani annũ. xvii. Si quis vero curat intelligere gesta huius falsi Messię: quęrat a Talmudistis & legat Eusebiũ cũ ecclesiastica historia. Quæ tẽpora Phylonis sũmo studio memoria sunt retinenda cũ quia plurimũ valet ad chronographiá emendatá: tum pcipue ad emendatæ atq; irreuincibiliter disserendũ de septuaginta hebdomadibus Danielis: tũ vel maxime ad intelligendas diuinas literas: & pro cõprobandis veri Messiæ tẽporibus. Nũc percurrenda est Phylonis litera. Ait enim q susceptus principatus fuit causa simultatũ. Nã duces Dauidici depressi quidẽ iure irascebãtur. Et Phylo quidẽ nõ ponit qui successerint ex domo Dauid quia studuit tẽpora per duces notiores exprimere. Quidá vero Iudæi in primitiua ecclesia fingẽtes se christianos: vt obscurarent genealogiá Christi quá Lucas & Matthæus clará exponunt potissime Lucas qui ait Ianneo successisse Melchi: & Melchi successisse Leui patrẽ Mathan & auũ Elyh siue Ioakin: transmutatis noĩbus dixerũt Panter pro Melchi: & Barpanter pro Leui: & q Elyh quasi alter a Ioakin fuerit pater Ioseph. Legalis p suscitationẽ fraterni seminis. Contra quos Hieronymus de ortu Beatæ virginis scribẽs. Quid inqt Pãteris & Barpanteris & fraterni seminis suscitatione opus fuit ad genealogiá Mariæ quę clara est: nisi quia falsi fratres sub specie angeli lucis ad eludendũ euangelia quasi illa expositura hæc finxerũt: vbi euágelista Lucas: & sanctorũ traditio Syrorũ: sicut Phylo & Lucas clarissime descripserunt. Quinetiá & vbi Lucas tẽpora non colligit: & Phylo definit: ipsi ea clarissime inferunt dicentes. Vixit autẽ Melchi filius Iannei annis quinq; & viginti: & genuit Leui: qui quadragenarius genuit Mathan. Hic agens annũ. xxxvi. genuit Ioakin q & Elyh patrẽ quidẽ naturalẽ Mariæ & legalẽ Ioseph. Anno autẽ. xlvi. natura sterilis genuit Mariá. Quæ & ipsa. xiiii. ætatis anno peperit Saluatorẽ. Verũ cõtra euangelia angelus Sathanæ se tráffigurat in angelũ lucis. Hęc Hieronym⁹. Si numeres lector a Melchi ad. xiiii. annũ Beatæ virginis: equidẽ annos. c. lxi. supputabis: & totidẽ a Iuda Machabæo ad. xxxii. Herodis. Quare primus annus quo legitime sceptrũ de Iuda sustulit Herodes: idem fuit & primus nati Saluatoris. Porro de institutione tyrãnica Herodis & grassatione atq; crudelitate in suá sororẽ socrũ: socerũ filios & cognatos: partim in Iosepho partim in Petro comestore: & aliis legimus: quę etiá Eusebius studuit in tẽporib⁹ annotare. De zanedrin vero deletionẽ Hebręi scribũt in Talmud in libro Baba Bathra: in distinctione Assurafin. Herodes ĩquit Ascalonita seruus fuit Asmanaym: qui suscepto per vim regno: interfecit vniuersos zanedrin septuaginta iudices: vno reseruato Baba filio Bota: cui eruit oculos. Porro de filio interempto Macrobius in Saturnaliũ secũdo meminit dicẽs. Augustus cũ audisset inter pueros quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra Bimatũ iussit interfici filiũ quoq; eius occisum: ait. Melius est porcum Herodis esse q̃ filium.

BenCozbá Antichristus.

Ioakin. Maria.

Sequitur vltima pars libelli Philonis.



SEquitur libellos duos supra dictos pars tertia. quæ quasi quodá epilogo cõfirmatiuo eorum temporum quæ supra exposuit Phylo monent lectores siue illá Phylo siue alius subscripserit. Hæc his verbis exprimitur.



Xplicit breuiariũ tẽporũ Philõis eruditissimi historici hebręi q asserit ĩ historiis suis oĩa tpa quadrasse ad veros ãnales q̃tuor monarchiarũ: q soli & emẽdatissimi habẽtur quos soli & maxie primi: retulerũt ex chaldæis Berosus ꝓ monarchia Assyriorũ: & Metasthenes Persa historicꝰ ĩ ãnaliũ indiciis pari forma ait ex Gręcis eos solos se ꝓsequutũ q ãnales Græcorũ secuti sunt septuagita seniores ĩterp̃tes vsq; ad Ptolemęũ & Asmonaim: inde Romanos q tẽpora sua diligentissime conseruauerunt.

Verba tamen sonant alium hæc ap posuisse ex libris historiarum eiusdẽ Philonis: in quibus ait eundem Philonem probasse tempora sua idcirco esse emendatissima: quia non per opinionem suam vel aliorũ priuatorum historicorum: sed publicã per fidẽ annaliũ quatuor Monarchiarꝫ suã chronographiam cõscripsit: quarum singula suũ habet ꝓbatum authorẽ. Nã Chaldæorũ annaliũ probatus author ex chaldæis sumitur: ĩter quos enitet Berosus. Porro Persarũ & Medorum annaliũ itidẽ ꝓpatus author ex Persis sumitur: inter quos effulgẽt Deiocles & Metasthẽes Persę historici. Caue cũ legis Petrũ comestorẽ sup Danielem: quia ibi corrupta orthographia scribit̃ Diocles & Megasthenes: ꝓ Deiocles & Metasthenes: quia primi sunt authores Græci: sed secũdi Persici & Medici. Ab Alexandro vero vsq; ad Asmoniã secutũ se dicit septuaginta interp̃tes: qa hi eruditi erant in annalibus Grecorũ. a Macchabęis vero qa iã inierant Hebręi societatẽ cũ Romanis: vt gesta Macchabæorũ indicant: idcirco annales Romanorũ Philo ab eis sumpsit: qui tempora sua summo studio per annuos consules absq; errore conscribebant: vt patet in Liuio qui emendate tempora digessit per regulos latinos ab Aenea ad Romulum: & per Romanos a Romulo ad Tarquinium supbũ: & per ãnuos magistratus a Bruto primo cõsule ad Cæsarem. Ex his patet qui authores in temporibus suscipiendi sũt & qui reiiciendi. Et quidem in monarchia Assyriorũ a Nini atauo Gyge prisco: vsq; ad ipsum Ninũ Berosus Chaldæus præeminet: & qui descriptam a Semiramide colũnam sequũtur Xenophon: Archilochus vtriq; græci: itemq; latini Cato de originibus: Fabius pictor: Sempronius: & qui de temporibus aurei sæculi ante Ninũ conscribunt. Deinde a Nino vsq; ad Sardanapalũ duo soli recipiuntur: videlicet Berosus: vt diximus: & Eusebius: quia ipsum sequitur in eius Monarchię annalibus. Reiiciuntur autẽ in ea Paulus Orosiꝰ ex latinis & Iustinꝰ atq; Trogus quia ab his annalibus deuiant: & eadẽ ratione ex Græcis Herodotꝰ: Hellanicꝰ Xenophon & qui eos sequuntur. Quinetiam & ipsum Ctesiam Gnidium: q̃q̃ in multis aliis in p̃tio habitũ tamen in temporibus huius monarchiæ reiiciũt Chronographi non mõ qa ab eius annalibus discrepat: verũ etiã qa noĩa regũ & singulorũ tpa non digerit: vt significauit Diodorus Siculus in.iii.libro dicẽs. A Nino ad Sardanapalũ triginta numero reges tenuerũt imperiũ assyriorũ annis mille trecẽtis & sexaginta: vt Ctesias in.ii.li.scribit: qui noĩa regũ: quãtoq; qsq; regnauerit tempore non digessit: q̃uis memoret auxiliũ Priamo missum a Tautamio Assyriorũ rege. Post Assyriorũ monarchiam sequuta est secunda Medorum atq; Persarũ: vsq; ad Alexandrũ: cuius annales digesserunt Deiocles & Metasthenes Persæ: in parte vero ab Arbace vsq; ad Cyrum ex eiusdem monarchię annalibus retulit supradictꝰ Ctesias Gnidiꝰ: vt fragmentũ eiꝰ indicat: & Diodorꝰ in.iii.li.commẽorat. Quare qm̃ ab his ãnaliũ psicę monarchię veris authoribꝰ deuiãt Hererodotꝰ: Eusebiꝰ: Tatianꝰ: Iosephꝰ: Clemẽs: Aphricanꝰ: & Porphyriꝰ: idcirco negãt̃ ĩ tpibꝰ eiusdẽ monarchię. Reassumit̃ tñ Eusebiꝰ in tertia monarchia qa digerit fideliter ãnales grecorũ regũq; Asię atq; Syrię ab

Authores recipiendi.

Reiiciendi.

Alexandro ad Pompeiū: Et similiter recipit in quarta Monarchia: quia sequitur annales dictatorum & Imperatorū & consulum Romanorū. Sed de his clarius tractabitur: in emēdatione Chronographiæ nostræ: Nūc satis est nosse ad quadram diuinarum literarum: & quatuor Monarchiarū: Philonis breuiarium temporum: & qdem vtilissimum traditum esse: & occasionē respondendi christianis tribuisse: pręcipue ad argumenta Iuliani Apostatæ & aliorum Hæreticorū: vt author est Hieronym⁹. Nā cum obiicitur falsa scripsisse euāgelistas: qa scribūt Zorobabelē & Salathielem in duabus distinctis lineis naturaliū posteritatū Salomonis & Nathan: negatur adsumptū: quia solū in linea Nathan inueniūtur: vt patet ex supra dictis. Et ideo tam Maria q̄ Ioseph de domo Dauid per Nathan venerunt. Qđ vero obiicit euangelistas sibi mutuo aduersari: cum dicatur ab vno Ioseph filius Iacob: ab altero filius Elyh: vtiq; nulla est cōtrarietas: si dicatur Ioannes est filius Petri naturalis: & est filius meus legalis: quia habet filiā meā vxorem. Quoto enim gradu mihi est consanguinea filia mea vel neptis: toto est mihi affinis vir earum. Vnde & neptis meæ virum: voco nepotē meum. Et hoc est quod Hieronym⁹ dicit: ꝙ Ioseph fuit filius Iacob genitura: & Elyh seu Ioakin lege vxoria. Q; si dicis: quid ad genealogiam Christi Ioseph? Plurimum equidem: non ad significandum ꝙ saluator fuerit filius eius: sed ꝙ Maria erat ex tribu Iuda: vt ait glosa ordinaria: propter præceptum legis numeri vltimo capi. vbi sic dicitur. Omnes viri ducēt vxores de tribu & cognatione sua: & cunctæ fœminæ maritos de eadē tribu accipiant: vt hæreditas permaneat in familiis. Et hęc lex vt ait Talmudista obligat solum primogenitos ad quos spectat hæreditas: quia ea lex facta fuit propter filias Salphaat & familiarum succedentium in hæreditate: vt patet in dicto capi. atq; lege. Beata autē virgo fuit priogenita Ioakin sterilis: & Ioseph primogenitus Iacob. Et idcirco necessaria illatio est ex lege: vt quoniam Ioseph ex tribu iuda & cognatione Dauidica extitit: vtiq; & beata virgo fuit ex Domo Dauid & tribu: quia in lege vtrunq; ponitur: omnes inquiens viri accipiant vxores de tribu & item de cognatione sua. Ergo Iosaba filia regis Ioram quia nupsit Ioiadæ pontifici alteri a tribu & cognatione sua: non fuit primogenita Ioram. Q; si obiiciat hæreticus quia in primo Paralipomenon. iii. capitu. nullus inuenitur filius Zorobabel qui dictus sit Abiut: vt Matthæus euangelista scribit: respōdet Hieronymus: ꝙ sicut Misciollam ibi ponitur sine cognomine: ita & Ananias. Et sicut Misciollam primogenitus cognominatus est Resa quod Lucas posuit & Philo expressit: ita ali⁹ filius Zorobabelis fuit binomi⁹ & dictus est Ananias & Abiut: quod vtiq; vsitatissimum est in diuinis literis. Quia ergo tempore apostolorū erat cunctis cognitum Ioseph atq; Mariam esse ex tribu Iuda & cognatione Dauid: idcirco apostolus pro principio a cunctis concesso semper arguit contra Iudæos: dicens & præsupponens: pro maxima manifesta ad Hebræos. vii. capi. Manifestum est inquit ꝙ ex tribu Iuda dominus noster ortus est. Et in primo capitu. ad Romanos. Factus est Iesus ex semine Dauid secundum carnem. Quod vero obiicitur: quia apostolus dicit ad Timotheum: vt denūtiet quibusdā ne doceant aliter aut intendant fabulis & genealogiis interminatis: & ad Titum Stultas inquit deuita quæstiones: & genealogias: & contentiones & pugnas legis deuita: quia sunt inutiles & vanæ: vtiq; his respondetur: ꝙ ipsa verba apostoli declarant seipsa: qa loquitur de genealogiis & pugnis interminatis: fabulosis & inutilibus & vanis. Et ideo non loquit̄ de genealogia Christi quę erat terminata manifesta & clara: vt ipse dicit ad Hebręos & euāgelistæ pro clarissimo & certissimo tunc fundamento fidei in ipsa prima fronte euangelii posuerunt. Neq; erat fabulosa sed vera: neq; vana & inutilis: sed supreme necessaria: qa si Christus non fuit de cognatiōe Dauid: vtiq; nec Messias. Nō pōt aūt bene intelligere beatū Paulū in his locis: nisi qs nouit vanitates Pharissaicas Talmudicas etiā in primitiua ecclesia: quas nos ad plenū retulim⁹ in cōmentariis nr̄is sup epl̄as beati Pauli: & sup Prophetas:

Euāgelistarū cōcordia Elyh & Iacob.

Ioseph qd ad Christi genealogiā.

Abiut.

Christi genealogia.

Genealogię īterminatę

atq; alios libros. Sed pauca adducemus: pro his vocabulis apostolicis. Interminatum: fabulosum: inutile: vanũ: & qđ itẽ ꝓhibet in secũda epistola ad Timotheũ cap. ii. Prophana & vaniloqua. Est autẽ totũ documẽtũ apostoli contra eos q peruertebant verba saluatoris: vt patet in prima epistola ca. vi. vbi ait. Si quis aliter docet & nõ acquiescit sermonib9 domini nostri Iesu superbus est: & nihil oĩno sciens: sed languens circa quæstiones & pugnas verborũ: ex qbus orit̃ scãdalũ & nõ ædificatio ecclĩæ. Prĩo ex verbo Christi dicẽtis. Helias iã venit & ipse est Ioannes. Venit hora & nũc est qñ mortui & qui in monumentis sunt audiẽt vocem filii dei. Ergo iã resurrectio facta est: & nulla alia expectatur. Et hi fuerunt cõuersi ex Saduceis qui negabãt resurrectionẽ esse: & fuerunt Imineus & Pyletus quos excommunicauit beatus Paulus. de quibus ait in secunda epistola ad Timotheũ secũdo cap. Prophana & vaniloqua deuita quia proficiunt ad iniquitatem. ex qbus est Imene9 & Phyletus: qui veritate exciderũt: dicẽtes resurrectionẽ iã factã: & subuerterũt quorũdã fidẽ. Hi duo fuerũt principes factionis Saduceę cõtra beatũ Paulũ: propter quos in cõcilio dixit. Ego sum Pharissæ9 filius pharissæorũ. De spe & resurrectione ego iudicor: vt patet in actib9 apostolorũ cap. xxiii. Patet igit̃ quæ sunt prophana & vaniloqua ꝑter ĩtẽtionẽ Christi. Interminatas aũt genealogias & fabulas cõtra beatũ Paulũ: & Titum diaconẽ: & episcopos Syluanũ & Timotheũ mouebant alter Imineus ex tribu Isachar: & Alexãder ex Leuitica tribu: q cõtra beatum Paulum prædicauerunt Galatis & aliis pluribus christianis: ꝙ cũ euãgelio etiã legalia & circuncisio erãt seruanda: & probabant ex eo: quia Christ9 seruauit. Beatus vero Paulus econtrario dicebat: si circuncidimini & seruatis legẽ: Christ9 nihil ꝓdest: & ꝓbat qa factus est sub lege tanq̃ finis: ideo q sub lege erant redemit: & ꝓbabat ꝙ finis oĩm ꝑceptorũ erat charitas & conscientia bona: quæ sola Christ9 cũ lege intendit: vt patet in omnibus epistolis ei9. Verum vt in eadem epistola cap. iii. ad Timotheũ scribit sic inquit: Iannes & Mãbres restiterũt Moysi: ita isti duo restiterunt veritati: q cũ nõ possent vincere beatũ Paulum nec auertere Christianos ab eo: cœperũt stultas quęstiones: & fabulas verborum: & interminatas idest indecisas genealogias afferre: fundantes se in duobus. Primo ꝙ docti siue doctores in regno cœlorum: id est euangelico: debent esse solum scribæ: dicente Christo in euangelio. Omnis scriba doctus in regno cœlorũ ꝓfert testimoniũ de veteri & nouo testamento. Secũdo ꝙ in veteri testamento nulli poterant esse scribę & legis doctores & sacerdotes nisi ex tribu leui & genealogia eius. Vnde istę pugnæ legis ortæ fuerunt. Prima an alius posset ex officio ordinario docere: q̃ de genealogia leuitica. Et in hoc ante aduentũ Christi erat pugna rixosa. Leuitæ enim dicebãt nullum posse esse scribam & doctorẽ legis: nisi ex genealogia leuitica: dicẽte Moyse ad populum Deuteronomii vltimo cap. Leuitæ docebunt iudicia tua Iacob: & legem tuam o Israel Econtra Ionathan Ben ooziel dicebat: ꝙ etiam genealogia Iudaica poterat docere. Vnde in Targum Genesis. xlix. traducit. Non auferetur sceptrum de Iuda: & scriba de filiis filiorum eius donec veniat Messias. Qui vero erant de tribu Isachar dicebant ꝙ etiam de sua genealogia poterant esse doctores. Nam im primo libro Paralipomenon. xii. capi. dicitur. De filiis Isachar erant viri eruditi: qui nouerunt singula tempora ad præcipiendũ quid deberet agere Israel. Plures alii volebant ꝙ ex omnibus tribubus & genealogiis etiam conuersorum ad Iudaismum poterant esse doctores: quia interfectis legis doctoribus & zanedrin Herodes posuit zanedrin ex neophitis & ꝓselitis: qui dicti sunt Pharissęi & Scribę. Vñ & Mayr author toti9 doctrinę Talmudicę fuit Idumeus cõuersus ad Iudaismũ: vt sparsim ĩ Talmud tradit̃: & Rabbi Moyses ęgyptius narrat in ꝓlogo sũmę de authoritate Talmudica. Et ita hæc q̃stio de genealogia doctoratus nunq̃ fuit definita. Secunda fuit de sacerdotio: qa solum eo fungebãt q erãt de genealogia leuitica: vt leuitę ꝓbabãt ex traditis a Moyse. Alii vero dicebãt ꝙ q etiã ex gentilib9 cõuersi: transissent ĩ tribũ leuiticã poterãt eẽ sacerdotes: qa moyses dicit de

Resurrectionẽ negãtes.

principes Saduceę Imineus Phletus Alesander

Legalia ꝑcipientes.

Scribæ qui.

Talmud inuentor.

Sacerdotes qui.

comestione agni Exodi capitulo. xii. Si quis peregrinorum voluerit in vestrã transire coloniam: circuncidat: & ita comedat phase. Et mox subdens legem vniuersam: eadem inquit lex erit indigenę & colono. Ergo eadẽ lex & ius erit colono: transeunti in coloniam & genealogiam Leuiticam: sicut & Leuitis. Et confirmabant: quia omnes pagani transeuntes in genealogiam Messiæ erunt etiam sacerdotes. Itaq; hæc & huiusmodi pugnæ: & genealogiarũ interminatarum rixæ erant: & ita vocabantur. Imeneus autem & Alexander cũ non possent euincere beatum Paulum: vt auerterent ab eo christianos ad circũcisionẽ & obseruãtiam cerimonialium: cõuersi sunt ad blasphemias & iniurias sub noĩe doctrinæ dicentes: ꝙ Christus nõ venit legem soluere: sed adimplere: quæ præcepit: ꝙ nemo doceat aut sacerdotio fungatur q̃ tribus Leuitica: aut saltem qui in eius coloniam transiuisset: ꝙꝙ Paulus solus cõtra Christum & Moysen: cum sit de tribu Beniamin: temerarie decipiendo christianos: docet: & instituit leuitas & episcopos gentiles qui non transiuerunt in coloniam & domum Leuiticam: quales erant Lucas: Timotheus: Syluanus: & Titus & huiuscemodi. Atq; his publica prædicatione iniuriis infamabant beatum Paulum: tam apud Iudæos: q̃ apud Galatas & Corinthios: quibus epistolas Paulus contra eos scripsit. Nã & ad Hebræos scribit ꝙ sacerdotium Christi nullã debet sequi genealogiam Aaroniticam: & ritum: sed debet esse secundum ordinem Melchisedech: cuius nulla scribitur genealogia: sed omnes amplectitur ad suam dignitatem. Vnde trãslato sacerdotio: cuius ius erat apđ Leuitas: necesse vt legis Leuiticæ cuius erat docere: translatio fieret: & impleretur dictũ Hieremiæ de lege noua Messię: q̃ veterẽ excluderet. Et ideo lex vet⁹ dũ mutat̃ implet̃: q̃ se mutandã asserit in aduẽtu Messię: ac ꝓpterea christ⁹ nec vnũ iota soluit a lege veteri dũ illã mutat: qa hoc iota erit ibi: & apex: qđ illam in nouam mutaret. Ad Galatas vero scribens: ꝙ nõ vt illi Imeneus & Alexãder a Talmudicis fabulis & hominibus didicit euadere sed per reuelationem Iesu Christi. Et excommunicat eos in communi dicens. Quicũq; etiã si angelus de cælo: aliud ꝑdicat q̃ ꝑdicaueri vobis: Anathema sit. & exclamãs: O inquit: insensati Galatę qs vos fascinauit: nõ credere veritati: ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est in vobis crucifixus? Tã stulti estis vt cum spiritu cœperitis: nunc carne consumemini. Lege totam epistolam saluberrimam: reuocatiuam ad euangelicã legẽ. Et quia hi duo principes factionis hæreticę cõtra beatũ Paulum more hęreticorũ sanctimoniam & Christi seruitutẽ ostendebant & peritiã in lege: & ob id erant in æstimatione apud Corinthios: idcirco ipse Paulus eos reuocãs ꝑ duas epistolas: etiã in æmulos eos multa dixit: vti est in prima epistola: Perdã sapientiã sapientiũ dicit dñs Et itẽ non veni ad vos in sublimitate sermonis. Quia non spiritum & sapientiã huius mũdi accepimus: sed spiritum qui ex deo est. Et ibi excommunicat eũ qui materterã duxit vxorẽ: permissu dictorum: qui ad legis obseruantiam Talmudicam inducebant. Et in fine primæ epistolæ: excommunicauit eosdẽ in communi dicẽs. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema Maranatha. Et in secunda epistola contra eosdem falsos apostolos: quos adeo æstimabant Corinthii: vt nihil supra. Incipimus ne hoc inquit denuo commendare? Aut nos egemus sicut quidam commendatitiis epistolis ad vos aut ex vobis? Et item in eadem epistola contra eosdem. Non enim prædicamus nosmetipsos sed dominum Iesum Christũ. Et item: O Corinthii separamini de medio eorum dicit dñs. Et itẽ. Quod facio & faciam: facio vt amputem occasionem eorum: qui volunt occasionem gloriandi in vos sicut & nos gloriamur. Hi sunt pseudo apostoli: operarii subdoli transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Et subdit Apostolus. Quare non est mirum: si eius ministri se transfigurent velut ministri iustitiæ. Verum cum reuocatis ad fidem gentibus: elusis a falsis fratribus: neq; desisterẽt maledicendo de btõ Paulo & comitiua eius: & dicta Christi deprauando: fessus beatus Paulus eos

In Pauli doctrinam.

nominatim excōmunicauit:& Beato Timotheo scripsit epistolam primā:in cuius primo capitulo denuntiat eos excommunicatos.& euitet eos & doctrinam eorum hortatur dicens. Rogaui te:vt maneres Ephesi cum irem in Macedoniam:vt denuntiares quibusdam:ne aliter docerent:neq; intenderēt fabulis & genealogiis interminatis:quæ quæstiones præstant magis q̄ ædificationē quæ est in fide. Finis enim præcepti est charitas:de corde puro & conscientia bona:& fide non ficta:a quibus quidam aberrantes: conuersi sunt in vaniloquium: volentes esse legis doctores:nō intelligentes quæ loquunt̃ neq; de quibus affirmant. Ecce q̄ de genealogiis interminatis loquitur apostolus:in quibus: & ex quibus ipsi soli volebant eē legis doctores:& non de genealogia Christi:quam omnes lucidam & terminatam habebant Et ideo isti resistentes apostolo volebant præcedere: & soli esse doctores ob superbiam: & nō ex charitate & zelo fidei: quam conturbabant: & schismata procurabant:ob quæ meruerunt publice excommunicari:vt in fine eiusdem capituli denuntiat dicens. Hoc præceptū tibi fili Thimothee commendo secundum præcedentes in te prophetias: vt milites in illis bonam militiam:habens fidem & bonam conscientiam:quam quidam repellentes:circa fidē naufragauerunt:ex quibus Imeneus & Alexander: quos tradidi Sathanæ: vt discant non blasphemare. Et in quarto capitulo:Bonus sis minister Iesu Christi:nutritus verbo fidei: & bonæ doctrinæ:quam assecutus es. Et ideo ineptas & aniles fabulas deuita. Quæ autem sint ineptæ & aniles fabulę:in commentariis nostris sup Bibliam:pcipue sup Esaiam prophetam vtcunq; retulimus:in quibus precipue versabantur Hermogenes & socius eius:qui scholas magnas in Asia regebant. Quos cum reprehenderet apostolus:inimici eius facti sunt:vt in secunda epistola certiorē facit Timotheum primo capitulo dicens. Scias: q̄ auersi sunt a me oēs qui in Asia sunt:ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Contra quos Ephesii fortiter restiterunt:atq; ideo ab vrbe Roma eis scribens apostolus per Titicum Diaconem: eos collaudat:vt patet in epistola ad eosdem Ephesios. Hæc pro commentariis Philonis: & Genealogia Saluatoris sufficiant.

Explicita sunt cōmentaria super Philonem.

Fratris Ioannis Annii Viterbensis ordinis prędicatorum & Theologiæ professoris:In lib.XV.vtpote super Berosum:Præfatio incipit.



BEROSVS fuit patria Babylonicus:& dignitate Chaldæus:vt Iosephus contra Appionem grāmaticum:& in primo de Antiquitate Iudaica significat. Fuit ergo sacerdos:quia eundem gradum in sua republica tenent Chaldæi:quem sacerdotes in ęgypto:vt asserit in.iiii.libro Diodorus Siculus. Quare fuit notarius & scriba publicus:qa penes sacerdotes solos erat publica fides annalium:temporum gesta & regū:vt author est Metasthenes in libro de iudiciis tēporum. Quamobrem omnem Chaldaicam defloruit historiā:& tā q̄ publicæ fidei notarius transumpsit oīa tempora & antiquitates in quibus diluuii qd̄ antecessit Ninum meminit:noīans etiam Noam & filios eius:vt in eisdē libris asserit Iosephus. Et propterea tāq̄ fidelissimo & publico ātiqtatū trāssumptori fides publica dat̃:& ipm solū sequuti sūt Persę in Monarchię Assyriorū tēporibus:vt idē Metasthenes author est:& nos in cōmetariis sup eūdē Metasthenem exposuimus. Floruit autem Berosus añ Monarchiā magni Alexādri:qa idē Metasthenes sacerdos Persa florēs in principio Monarchiæ Alexādri ipm sequutus est in

Berosus.

Berosi laus

tẽporibus Monarchiæ Assyriorũ. Calluit itẽ Berosus Græcam linguam: & docuit Athenis disciplinas Chaldæas p̃cipue Astronomiã: in qua cæteros anteibant Chaldæi: adeo vt teste Plinio in naturali historia: Athenienses illi statuam inaurata lingua: in publico Gymnasio ponerent: ob diuinas eius prædictiones. Causa scribendi & transumendi has chaldaicas traditiones fuit: quia Græci solum vsq; ad Phoroneum Priscum regẽ Græcię attigerãt: & quidem cõmixtis multis antiquitatũ erroribus: Et inuentis literis apud Babyloniam ante hũc Phoroneum annis septingentis & amplius: teste Plinio in. vii. naturalis historiæ capi. vltimo: cogebantur Athenienses credere: vti ibi credit Plinius: vsum literarum fuisse ęternum Et literas Assyrias semper fuisse. Quãobrem ab eodẽ Beroso edocti sunt in hac trãssumptione breuissima: quid de temporibus & antiquitatibus haberent Chaldæi: penes quos semp fuisset vsus literarum. Diuidit autem hunc librum Berosus in quinq; libros. In primo tradit: quid Chaldęi scribant: de temporibus ante primũ diluuiũ. In secũdo de Genealogiis primorum deorum id est ducũ post diluuium. In tertio docet antiquitatẽ Iani patris: quem & Noam nominat. In quarto: de antiquitatibus regnorum toti⁹ orbis in cõmuni tradit. In qnto: singula explicat. Titulus huic libro est: Defloratio Berosi Chaldaica. Modus est orientaliũ: vt breuẽ & publica fide transumptã narrationẽ: vocẽt deflorationem. Vnde & Iosephus in primo de antiquitate Iudaica scribens. Berosus inquit Chaldęus: oẽm Chaldaicã deflorauit historiã: in qua vt cõtra Appionẽ asserit: nominat diluuiũ: Archã: Noam: & filios eius.

Explicit Præfatio.

Eiusdem Fratris Ioannis sup primũ librũ eiusdem Berosi procemiũ incipit.

Diluuia. v.



EROSVS in primo libro tradit: quid antecesserit primum diluuiũ. Nam quinq; fuerunt diluuia: vt author est Xenophon in libro de ęquiuocis. Et vnũquodq; a particulari suo loco nomẽ habet: excepto primo notato sub Ogyge Phœnice: quod antonomasice inundatio terrarũ dicitur: quia omnes terras diluit. Secũdũ fuit Niliacum sub Prometheo ęgyptio Hercule: vt Diodorus in primo loco indicat. Tertiũ fuit Atticum sub Ogyge Attico: qđ ab Athenis in Asiæ littora inundauit: vt Samothraces tradunt: & Diodorus in. vi. libro scribit referens & illud Samothracũ infame mẽdaciũ de nuptiis Cadmi: post quas voluerunt fingere fuisse conditã Dardaniam. Quartũ fuit Thessalicum: solum circa Parnasũ vna hyeme sub Deucalione: vt Aristoteles in. i. Metheorũ scribit: & Xenophon in libro de æquiuocis confirmat. Et tamen Græcia mendax audet eam in historia quasi inundationẽ terrarum fingere. Quintum fuit Pharaonicum: vbi nunc Alexandria ægypti sub vate Proteo: vt Lucanus in vltimo libro insinuat: & Xenophon tradit: & nos in cõmentariis eius ad longum explanauimus. Et vt idem Xenophon ait: & Solinus in collectaneis dicit: a primo diluuio nouimestri notato sub Ogyge Phœnice: vsq; ad Deucalionem: fuerunt anni septingenti: id est ducenti quadraginta nouem ante Ninum: licet Cato in secundo fragmento originum dicat: ante Ninum præcessisse inundationem terrarũ annis ferme ducentis quinquaginta. Et totidẽ Fabius pictor dicit de origine vrbis Romæ. Sed vnum annum addunt veriusq; Solinus: Xenophon: & Archilochus tradũt: quia vt idem Xenophõ & Archiloch⁹ tradunt: Deucalion ortus fuit secundo anno Sphæri regis Assyriorũ: a quo retro supputando in Eusebio & Beroso vsq; ad principium Nini: sunt anni vnus & quinquagĩta supra quadringentos. Quare residuum septingentorum: erunt anni nouem & quadraginta supra ducentos: quibus Ninum antecessit inundatio terrarũ. Ex his probatur irreuincibiliter a tempore demõstrato a Solino & propriis Epithetis Iani: eũdẽ fuisse Ogygem: Ianum & Noam. Nam qui pręfuit primo diluuio ante Deucalionẽ annis septingẽtis: & pater antiquissimus

deorũ & hominum post diluuiũ:fuit nomĩe proprio dictus Noa.Porro ante Deucalionem annis septingentis pręfuit diluuio Ogyges cognomine:quia sub eo notatũ fuit primum & nouimestre diluuium:& ad idem Iano epitheta propria Noæ a latinis tribuũtur:vt a Iuuenale & Propertio tribuit̃ ipsi regnũ aurea ætate quæ præcessit Ninũ:& ꝙ sit antiquissimus pater diuum:vt in præcedentibus pluries produximus.Quare iidem & eodẽ tempore sunt Noa:Ogyges:& Ianus.Sed Noa fuit proprium:Ogyges vero Ianus & Proteus id est Vertũnus sunt solum prenomina eius.Ponam tamen hoc loco singulorũ dicta de temporibus ante Ninum.Fabius Pictor de origine vrbis Romæ.Aurea inquit ętas cœpit sub Ogyge ante Ninum annis circiter ducentis quinquaginta:& eam primus omniũ Ninus vitiauit.Cato in secundo fragmento de originibus:Italiæ inquit origo splendidissima fuit:tum tempore:tum origine gentis.Et narrata dissensione inter Chaldæos & Scythas de origine orbis:hæc subinfert.Inter vtrosq; conuenit ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis:quibus durauit aureum sęculum:terras fuisse inundatas:hoĩes porro in Scythia saluatos:& ex his venisse Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum.Hi quidem ex latinis authoribus.Porro ex Græcis Xenophon in libro de æquiuocis:Iberis inquit annus vt plurimũ quatrimestris est:Chaldęis vero ecõtra semper solaris:nisi in antiquitate disciplinarũ qua semper vtuntur menstruo.In cęteris eo pacto annos intelligunt:quo Semiramis in colũna ita excidit.Mihi pater Iuppiter Belus:auus Saturn⁹ Babylonicus:proauus Cur Saturnus Aethiops:Abauus Saturnus Aegyptius:Atauus Cælus:Phœnix:Ogyges.Ab Ogyge ad meũ auum:sol orbem suũ circũlustrauit semel:ac tricies & centies.Ab auo ad patrẽ:sexies & quinquagies.A patre ad me:bis atq; sexagies.Columnam:templum:statuas:Ioui Belo socero:& eius matri Rheę in hoc Olympo:Semiramis dicaui.Ex hac inscriptione prædicti anni ducenti quadraginta nouem colliguntur.Totidẽ assignat Archilochus i epitheto temporũ super quem cõmentaria confecimus.Sed non modo ducentos quadraginta nouem annos ante Ninum assequuti sunt posteriores Gręci:verum etiam septingentos & amplius.Quod & Plinius in.VII.naturalis historię ca.vltimo indicat.Hanc em̃ propositionẽ assumit.Assyrias literas semper fuisse arbitror.Hanc autem probat:quia literæ Aegyptiæ quæ antiquissimæ habentur:longe post Assyrias fuerũt:nec Assyriarum inuenitur principium/& author sicut Aegyptiarũ.Hoc probat a Phoroneo antiquissimo rege Græciæ:qui teste Xenophonte in libro de æquiuocis regnauit primo anno Nini:longe ante Phoroneũ iuniorem filium Inachi secundum Argiuorum regem.Ponenda sunt verba Plinii in supra dicto libro.Antichydes (inquit) repertas fuisse in Aegypto literas a Menone quodã noĩe tradit:idq; monumentis probat:annis.XV.ante Phoroneum antiquissimũ regem Gręcię E diuerso Epigenes apud Babyloniam:septingentorum viginti annorũ/syderum obseruationes:coctilibus laterculis inscriptas docet:grauis author in primis.Qui minimum:Berosus & Critodemus octoginta & quadringẽtorum annorum.Ex quo patet:æternum fuisse vsum literarum.Hæc Plinius.Sed nota ꝙ non valet hæc consequentia Plinii.Non inuenitur author & principium literarum Phœnicarum:siue Assyriarũ:ergo sunt æternæ:quia oppositũ consequẽtis stat cũ antecedẽte.Similiter assumptũ est falsum:ꝙ nõ inueniat̃ principiũ:quia teste Diodoro Siculo in.III.libro licet Chaldęi opinent̃ mũdum fuisse æternum:tamen principium Astronomię & literarum se nactos fuisse asserunt ante ascensionem siue monarchiã & eleuationẽ Alexãdri:annis quadraginta tribus milib⁹.Teste aũt Xenophonte in libro de æquiuocis:annus in antiquitate literarũ:a Chaldęis menstruus accipitur per lineam medii mot⁹ lunaris:quo pacto ad quadraginta tria milia anni mẽstrui:reddũt circiter tria milia sexcentos trigintaquatuor annos solares.Q꞉ si vt super Philonem exposuimus:& in chronographia nostra/ex publica fide annalium probauimus:monarchia Persa-

Proteus.

Aetas aurea.

Columna Semiramidis.

Cõtra Plin.

rum durauit a primo Arbace ad Alexādrū annis.cccc.xcv.monarchia vero Assyriorum durauit a Nino ad dictum Arbacem:annis. M.cc.xxxiiii.a Nino vero ad inundationē terrarū antecedentem:omnes supputant annos.cc.xlix. & ab inundatione ad Adam primum cōditum hominem.M.dc.lvi.vt Moyses supputat Genesis. v.capi. consequens necessario est:vt Caldæorum & Phœnicum literæ sub conditione Adę cœperint:quia ab Monarchia Alexādri vsq; ad Adam colligūtur quadraginta tria milia anni menstrui: siue tria milia sexcenti triginta quatuor solares:vt patet colligenti annos publicorum annaliū Monarchię Persicę & Assyrię:atq; diluuii & pręcedentis temporis:sicut mox superius computauimus. Quare per literas gentiliū tēpora certissima assequuti sumus:ab Alexādro vsq; ad Adam. Qđ etiā diuū Hieronymū non latuit in cōmentario super illud apostoli ad Hebræos: Fide credim⁹ aptata fuisse sęcula:vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Caldęorum inquit veterum traditio est:huius visibilis & formati mundi:fuisse inuisibilem & informem praiacentem naturam sempiternā a nullo productā:quā posteriores Gręci hylen:chaosq; vocauerūt:Moyses vero abyssum. Hanc materiā ad visibilitatem & formā fuisse a meliore natura deductā cōfitent atq; vti Moyses primo sceptro stellis ornari cęlos:ex tempore non ab ęterno produt:inde terram plantis:& animantibus:postea piscibus aquas:volucribus aerem:postremo hoīem dominum mūdi factū. Quæ omnia Naso in opere magno a Caldęis accepta: ad vnguē prosequutus est. Quinetiam annos & viros ante regnū Macedonum sub Alexandro produnt:a quibus orti sūt:annis circiter quatuor & triginta supra sexcentos & tria milia. Quos si retro ab Alexandro supputes:peruenies ad Adam primum. Quod ꝑfecto Moyses in omni eorum disciplina atq; historia eruditus conscripsit:& quod erroris erat:in ipso initio elisit dicens. In principio creauit deus cęlū & terram:quę erat inuisibilis & incomposita:quia tenebrę erāt super faciē abyssi. Hæc Hieronymus. Itaq; Caldęi:tēpora longe ante Ninum & diluuium fuisse scribūt:vti & Moyses:atq; Critodemus:Epigenes:ac Plinius. Sed Berosus ne crederetur nimis velle limites apud indociles grçcos excedere: indefinito temporis initio vsus est dicens. Ante aquarum famosam cladem:multa pręterierunt sæcula. Quæ vt clariora fiant:commentaria sequentia super quinq; Berosi libros iam edidimus.

Metamorphosis Oui.

Explicita est Præfatio.

Eiusdem fratris Ioannis Annii Viterbensis cōmentaria incipiunt.
Super primum librum Berosi:Commentarium primum.

IN hoc primo libro Berosus:vt supra exposuimus agit de his quę præcesserunt inundationem terrarum. Et facit duo. Primo præmittit exordium. Secundo narrat inundationem priscam. Primum sic absoluit.



ANte aquarum cladem famosā qua vniuers⁹ periit orbis:multa pręterierunt sęcula: q̄ a nostris Caldęis fideliter fuerūt seruata.

Facit Berosus auditores attētos dociles:& beniuolos. Attentos quidem: dum rem magnam proponit dicens. Ante aquarum famosam cladem qua vniuersus periit orbis. In aliis enī inundationibus videlicet Niliaca: Attica: Thessalica: & Pharonica sola terra illa periit vbi inundatio obtigit. Vnde Eusebius & alii chronographi & historici: notāt eo tēpore quo pars illa periit:alias orbis partes habuisse incolumes suos reges & terras. Hęc vero prima omnes terras subruit. Et ideo absolute terrarum inūdatio a Barbaris & Gręcis & Latinis dicitur. Vnde & Moyses hoc notauit cū dixit. Deleta fuit diluuio omnis caro sub

Dilunium magnum.

cęlo. Famosam vero cladem dicit: quia ab infami vita gigantũ prouocata fuit cęlestiũ ira: & a cõiunctione magna astrorum: & magna fama celebrata a Chaldęis & Phœnicib⁹ & aliis. Reddit item auditores dociles: dũ notat se dicturũ de prisca inundatione: & pluribus sæculis & ætatibus quę illã antecesserũt. Postremo reddit beniuolos: dum illis nõ gręcanicas nugas & fabulas quibus animos hominũ errare cõpellunt: sed tradere veritatẽ: quam sacerdotes Babyloniorum publica & fideli atq; probata fide in Archiuis simul & publicis bibliothecis cõseruauerũt: pollicet: quã etiã Moyses ipse secutus est: vt Hieronymus in cõmẽtario dicit super illud apostoli ad Hebręos: Fide credimus aptata formataq; fuisse sæcula. Quod autẽ ea differẽtia fuerit inter priscos Græcos & Chaldæos: q; Græci fabulas nugasq; & errores seminauerũt: Chaldęi autẽ firmã & solidã verãq; doctrinã tribuerũt: testis est acerrimus Gręcanicæ partis alias defensor Diodorus siculus in.III.li. sic de vtrisq; dicẽs. Chaldæi inqt Babyloniorũ antiqssimi fuere: q eũ locũ in sua republica obtinuerũt: quẽ sacerdotes ĩ Aegypto. Ad cultũ eñ dei deputati per oẽm vitã suã philosophant: pitissimi Astrologię habiti. Et paulo post. Non enim queadmodũ Græci omniũ doctrinã suscipiũt: sed pueri a patribus progeniem sequutis: discũt philosophiã omniũ aliarũ rerũ cura posthabita: doctissimiq; euadũt: cũ quia a teneris annis in ea doctrina erudiunt: tũ præcipue: quia diutius in illa perseuerãt. Apud Gręcos aũt vt plurimũ tarde ad philosophiã accedũt: paululũq; in ea morati vertuntur ad quæstũ lucri gratia: & neq; de more doctrinã parentũ sequũtur: sed sua sponte variis studiis incũbunt: & lucri gratia nouis semp opinionibus studẽtes: deq; maximis disciplinis altercãtes incertos discipulos reddũt: animũq; hominũ per oẽm vitã errare cõpellũt: & nulla in eis certa sentẽtia: dubiũ: & in cõfuso relinquũt. Hęc Diodorus. ĩ quib⁹ plura nos edocet. Primũ q; Græci nõ fuerũt sequuti doctrinã maiorũ: sed nouas opiniões lucri gra adinuenerũt. Fuerũt aũt maiores Gręcorũ Barbari: teste Strabone in Geographia Græciæ: pbatq; illud: quoniam plura vocabula barbara sua ætate in Gręcia permanebãt. Et quoniã apud priscos Barbaros veritas rerũ erat: cõsequens necessario fuit: vt relicta maiorũ perquisita & inuenta veritate: sua sponte in fabulas & nugas inciderẽt: quibus hominũ animos a vero peruerterẽt. Secundũ est: quia de rebus maximis semper altercantur: quęstus & lucri gratia. Vnde Iosephus cõtra Appionẽ grammaticum: Gręci inquit mutuo se de mendacio redarguũt: & nõ pudet eos de eisdem cõtraria scribere. Scimus enim quot in locis Hellanicus de genealogiis & temporib⁹ ab Agesilao discrepat: & in quãtis Herodotũ corrigit Agesilaus: & quomodo Ephorus Hellanicũ in pluribus ostendit esse mẽdacẽ: & Ephorũ Timæus: Timæum posteri: Herodotũ cuncti. Tertio dicit q; fabulas & errores inuenerunt quęstus gratia. Et ideo vt mendacia facilius seminarent: studuerũt ornatui verborũ. Nihil enim magis proficit ad decipiendum q̃ delectabilis fabula & lenociniũ ornatus: vt significat de Græcis Lactantius in primo diuinarũ institutionũ cap.XV. dicẽs. Apud etiã malos reges: panegyricis mẽdacib⁹ adulantur: qđ malum a Græcis ortũ est: quorũ leuitas instructa dicendi facultate & copia: incredibile est quãtas mẽdaciorũ nebulas excitauerit. Quartum est: q; vbi quis doctrinam eorum sequitur: semper animo fluctuat: & per omnem vitã errat. Quod & Cato ad Marcũ filium scribens: vt author est Plinius. XXIX. naturalis historię ca. primo: ita vaticiniũ protulit. Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili: quid Athenis exqsitum habeam: & bonum sit illorum literas aspicere non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus eorum Et hoc puta vatem dixisse. Quandocũq; ista gens literas suas dabit: omnia corrumpet. Tũc etiam magis: si medicos suos huc mittet. Vere impletum est vaticinium Catonis. Nam omnis illa theologia: philosophia: & naturalis diuinatio: & Magia: quas disciplinas teste Beroso eruditissimus Ianus tradidit: & in qbus Thusci: teste Diodoro Siculo ĩ.VI.li. vsq; ad ętatem suam erant admirabiles toti orbi: equidem susceptis fabulis & disciplina Græcorũ cor

Chaldæorũ veritas.

Gręcorũ vanitas ĩ phia.

Græcorum discrepãtia.

Catonis vaticinium.

rupta sunt: adeo vt oĩa fabulosa & erronea Gręcanica norint: & nihil de origine: disciplinis: & splẽdore antiquitatũ Italicarũ (qđ turpe & impiũ est) nesciãt: vt deplorabat noster Aquinas in Satyra vbi dicit. Quid rãcidius q̃ ꝙ nõ se putat vlla formosam: nisi quę de Tusca Gręcula facta est? Et itẽ. Oĩa iquit Græce: cũ sit turpe magis: nostris nescire latine. Bonũ est inqt Cato illorũ literas aspicere vt venenũ & errores illorũ redarguant: & nõ perdiscere: atq cũ eorũ leuitate insolescere: cõtra vetustissimas traditiones maiorũ: quia oĩa corrũpet: qđ etiã Aristoteles fecit: velint nolint Peripatetici: quia vt verbis Diodori vtar: cũ aliis semp altercãs incertos discipulos reddit: & animos nostros per omnẽ vitã errare cõpellit: vt patet omnibus dissensionib⁹ Peripateticorũ etiã nostrę ętatis: in quorũ disceptationib⁹ nulla certa sententia reddita: dubios semp & in confuso auditores relinquunt. Ergo non solum latinas origines & historias antiquorũ: sed certissimas Ianigenas disciplinas: & toti orbi admirabiles: corruperũt susceptę fabulę ac nugaces disciplinæ: vt vere vaticinatus est Cato. Et ideo maxime sibi beniuolos auditores facit in principio Berosus: dũ non a nouitiis esuriẽtibus quęstus gratia Gręcis: qui dũ oĩa norunt nihil intelligunt: sed a Chaldęis & maioribus fideliter cõseruata: se traditurũ cõnotat. Et hoc de procemio. Nunc ad narrationem accedit: & facit tria. Prima parte narrat infamem vitam hominũ. In secunda præcognitũ diluuiũ. In tertia quo pacto humanum genus seruatum est in diluuio. De primo ita dicit.

Aristotelẽ carpit.

Scribũt illis tẽporib⁹ circa Lybanũ fuisse Enos vrbẽ maximã gigãtũ. qui vniuerso orbi dñabant: ab occasu solis ad ortũ. Hi vastitate corpis ac robore cõfisi: inuẽtis armis oẽs opprimebãt: libidiniq inseruientes: inuenerũt papiliões & instruméta musica & oẽs delitias. Mãducabãt hoĩes & procurabãt aborsus: in eduliũq prępa rabãt: & cõmiscebant matribus: filiabus: sororibus: & masculis: brutis: & nihil erat sceleris quod non admitterent: contemptores religionis & deorum.

Vt in prefatione posuim⁹: & Hieronym⁹ dicit: ꝙ mũdus & mũdi formatio fit ex tẽpore: & nõ ab æterno: ex fide atq historia credimus. Verũ ꝙ ab Adã primo cõdito cœperint literæ & disciplinę infusę: nõ est ex fide tm̃: sed etiã historia gẽtiliũ & traditiõe Chaldęorũ qui se Astronomiã & literas habuisse ante Alexandri monarchiã tribus milibus & sexcentis annis ac trigintaquatuor asserunt vt in prefatione diximus. Epigenes quoq septingẽtos annos & amplius ante Ninum & Phoroneum inuentos ait Babyloniæ laterculos coctiles inscriptos ꝑ sydeꝝ observatiõe. Quare iam ante inundationem terrarũ annis paulo minus qngẽtis vt ex dictis in ꝓœmio colligit: vtiq erant in vsu ars coctilis: & impssoria: atq inscriptiua: & literæ Phœnices: & Astronomia: & eiuscemodi. Quę ꝑfecto oĩa cõueniũt his quę Moyses & diuinæ literæ tradunt. Nã vt patet Genesis. V. ca. sanctus ꝓpheta Enoch nat⁹ est ante inundationẽ terrarũ anno. XXXIIII. supra mille: q teste Iuda apostolo cognomĩe Thadeo ĩ sua canõica ꝓphetauit de iudicio futuro tã aquarũ & diluuii q̃ vltimę cõflagratiõis: & ea teste Iosepho in prio de antiqtate Iudaica ĩscripsit duab⁹ colũnis: altera ærea: altera lateritia. Erant igitur in vsu literę: & ars fusilis: & lateritia & vaticinia: mille annis & amplius ante inundationẽ terraꝝ. Porro viuẽte Adã: & agẽte annũ sexcentesimum & vigesimum secũdum natus est idem Enoch: vt supputat Moyses Genesis. V. ca. Quare cõiectura & argumẽtũ firmũ est: ab ipso Atauo eius primo Adam eũdem Enoch suscepisse literas & disciplinas: cuius tempore fuisse literas & disciplinas Adæ infusas Theologi asserunt: & eodem tempore se cœpisse literas & Astronomiam Chaldæi affirmãt: vt supra exposuimus. Et ideo nõ immerito Moyses dicitur a Hieronymo sequut⁹

Literarũ antiquitas.

Enoch propheta.

mus ex reuelatione de mũdi atq̧ sui creatione: & texuit historiam gestorum vsq̧ ad Enoch cui prosequendam reliquit historiam. Enoch autem prosequẽdam reliquit Lamech prophetę patri Noæ: & Lamech filio eidẽ Noæ: Noa vero reliquit post diluuiũ Chaldęis: a quibus Habraam & residui veritatem rerum gestarum scripserunt. Vnde cum historia Chaldaica de antiquitatibus q̃ simillima est Hebręæ: ac propterea Moyses pro teste adducitur: a Masea Phœnice & Hieronymo ęgyptio: vt asserit Iosephus contra Appionem grammaticum & in primo de antiquitate Iudaica: Non est igitur mirum si Moyses & Berosus conueniunt: qui ex eodem fonte historiæ combiberunt. Itaq̧ literam Berosi exponam⁹: quæ primo narrat in famem vitam hominum in communi: inde in particulari. In communi quidem: erant pecca ta: oppressionis: libidinis: & promiscuæ luxurię. In particulari vero quo ad oppressiones feritatem supremum scelus adiiciebant vt homines manducarent: & aborsus in edulium delitiosi epuli procurarent: ac si oua essent aborsus: & carnes humanę altilia. Neq̧ hoc fabula est cum ætate nostra in insulis Cananeiis: quarum quasdam nunc subegit gloriosus rex Hispaniæ Ferdinandus: homines captos castrent: & in greges more pecudum ad conuiuia seruẽt Ptolemæ⁹ quoq̧ in Geographia: ętate sua Aethiopes & alios Anthropophagos id est hominum comestores annotat. Plinius in quinto naturalis historiæ capitulo septimo asserit Scythas esse: qui humanis corporibus vescuntur. Et subdit. Incredibile quidem videretur nisi cogitemus in medio terrarum Sicilia & Italia fuisse huiuscemodi monstri gentes Cyclopas & Lestrigones: & nuperrime trans alpes hominẽ immolari solitum: quod paulum a mãdendo abest. Hoc scelus vltum per diluuium: mox prohibitum fuit a Deo dicente: Carnem cũ sanguine non comedetis. Et vt intelligas de carne humana dictum: illico explanauit dicens Quicunq̧ enim fuderit humanum sanguinem: fundetur sanguis illius. Sed de hoc copiose tradidimus super Genesim. ix. ca. Hæc de peccato oppressionis ferinæ. Porro de peccatis Luxuriæ: nihil erat sceleris quod supreme non admitterent: incestum: sodomiam: & brutalitatem. Quod etiam Moyses non tacuit: dum asserit eas vxores accepisse quas eligerent: scilicet siue matres siue alias. Et item omnis caro corruperat viam suam: scilicet Sodomia & brutalitate. Quare ex his nati sunt Gigantes vt ibi ait Moyses: potentes viribus & viri famosi: scilicet vitæ q̃maxime infamis supradictis sceleribus. Per Gigantes enim intelligim⁹ homines vastos corpore: famosos: & deorum contemptores: & hominum similiter oppressores: vt Macrobius in primo Saturnalium: & Diodorus in sexto significant. Tria sunt nunc cognoscenda. Primum de Enos vrbe: quis eam cõdiderit: quando: & propter quid: & vbi. Secundo quando cœperunt hæ delitiæ & peccata. Tertio quare nunc deus non punit ea sicut tunc. Ad primum respondet Moyses Gen. ca. iiii. q̧ Caym dãnato & excõmunicato a cœtu iustorũ ob fratricidiũ: ꝓfugit a facie iustorum cum vxore: & habitauit ad oriẽtalem plagam Eden id est paradisi: & ibi ædificauit ciuitatem: & vocauit eã a nomĩe primogeniti sui Enos & vt aiunt tã Hebræi q̃ catholici ędificauit eam ad opprimendum & excurrẽdũ & prędãdũ iustos ex posteritate patris sui Adã & fratris sui iusti Seth. Aedificauit aũt eam ad orientalem plagam respectu regionis Eden hebraice dictam: siue latine locum & regionem delitiosam siue gręce paradisum. Est autem regio Damascena vt quidam suspicantur: quia ad orientalem plagam est mons Libanus: in quo est vrbs Enos diruta: cuius maxima & ingentis molis fundamenta visuntur: & vocatur ab incolis regionis ciuitas Caym: vt nostri mercatores & peregrini referunt: qui in Damasco & Libano sunt assueti. Aliis placet Eden siue locum delitiarum & paradisum dici: regionem Phœnicam Laodicinam dictam: probãtq̧ duobus argumentis. Primo quia ibi est vrbs Edẽ siue interpretatione græca paradisus: vt Ptolemęus notat in quarta Asię tabula. Secundo quia in ea vrbe existenti est mare ab occidente: & extremitas Libani & Antilibani ab ortu ęquinoctiali vel saltem hyberno: vt patet ibi.

Anthropophagi.

Enos vrbs.

dẽ. Ad primũ ergo dubiũ rñdet: q Enos vrbẽ condidit Caym: post excõicationẽ ꝓmulgatã: & eiectionẽ a cõione Adę atq iustorũ: vt sicut obstinati excõmunicati posset latrocinari & ꝓ dari iustos: & in loco orientali Libani vt ait Berosus in ea pte q ẽ magis oriẽtalis respectu vr bis & agri ei⁹: q a Moyse dicit Edẽ: & a Græcis paradisus. Ad secũdũ dubiũ dicit q pctã Caym & excõicatę atq impiæ posteritatis eius cœperũt sub fratricidio Caym: & adaucta sũt in septima generatione ab Adã: vt notat Moyses Genesis ca. iiii. q Iael: Tubal: & Tubalcaim fuerũt sexti a ꝓgenitore suo Caym: & septimi ab Adã: quorũ prim⁹ iuenit delitias i arte pastorali: papiliões: & tẽtoria: secũdus fistulã: cytharã: lyrã: & organũ: cũ voce chorea & modulatione musica: tertius vero arma & omne gen⁹ ferramenti: vt ibidẽ Moyses exprimit. Huc vsq i pia septima gñatio ab Adã excreuit p vniuersũ orbẽ. Sed in hac septima generatione ipia & excõicata: cœpit iusta posteritas Adæ cũ excõicatis participare cõiugio: & supradictis sceleribus ipiorũ: q teste Moyse videntes filii dei. s. iusti homines: filias hominum & Caymicæ posteritatis q essent pulchrę id est opulẽtæ & fortunatę: nõ obstãte excõmunicatione: ẽt ipsi acceperunt sibi vxores ex oĩb⁹ quas elegerant. Q vero etiam septima generatione iustorum ab Adã cœperint iusti effici ꝑticipes scelerum & vitiorum: est argumẽto q Enoch septimus ab Adã fuit trãslat⁹ ne malitia imutaret cor ei⁹: vt scribit Sapię. iiii. ca. Et ideo respondet ad secundũ dubiũ q impiæ posteritatis Caym pctã: sub Caym cœperũt: iustorũ vero sub sãcto Enoch propheta: quẽ ꝓpter bonã vitã deus cito trãstulit: ne cum aliis iustis iã ad impietatẽ iclinatis cõsentiret. Ad tertiũ vero dubiũ respõdet: q deus nõ punit vniuersaliter peccata: nisi cũ in vniuersis inueniunt: qđ nõ est nũc. Et ꝑterea etiã sũma peccata nõ statim punit: nisi addita obstinatione: sicut nũc Berosus ostendit ita dicens in secunda pte: in qua de ꝑcognito futuro diluuio sic scribit. Præcognita vero fuit prisca inundatio tũ spũ dei: vti sanct⁹ Enoch: tũ astrorũ obseruatiõe: vt q Babyloniæ iuẽta fuit: & Epigenes atq Plini⁹ notauerũt. Alibi scripsimus atq ꝓbauim⁹ hęc duo simũl stare: inũdationẽ terrarũ a causis naturalib⁹ ꝓcessisse: qs studiosi i monumẽtũ excidert: & a diuĩa ꝓuidẽtia simũl ab æterno ordinatã: vt quo potissimum tpe hoĩes demererẽt pirẽt. Deiñ Beros⁹ oñdit i tertia pte quo pacto gen⁹ hũanũ repatũ sit p arcę ꝑpationẽ dicẽs.

Iael.
Tubal.
Tubalcaim

Enoch.

Diluuii ꝑcognitio.

Tũ mlti ꝑdicabãt & vaticinabãt: & lapidib⁹ excidebãt: de ea q vẽtura erat orbis ꝑditiõe sed ei illi assueti corridebãt oĩa: cęlestiũ illos ira atq vltione purgente ꝑ impietate atq sceleribus.

Iosephus hoc loco vtit cõtra Appionẽ grãmaticũ: dicẽs Berosũ Caldęũ & historicos phœnicas noĩar noã & filios ei⁹ ꝓpriis noĩb⁹: & diluuiũ: & arcã. Et i prĩo de antiqtate Iudaica hũc locũ ad verbũ trãsumẽs in testimoniũ: eiusdẽ igt arcę noę atq diluuii mẽoriã faciũt oẽs q barbaras historias cõscripsert. quorũ vn⁹ Berosus Caldę⁹: q narrãs de hoc diluuio talit est affat⁹. Dr aũt nauis ei⁹ q i armẽiã vẽit circa mõtẽ Gordieũ aliq adhuc ps eẽ: & quosdã bitumẽ exinde tollere: quo maxĩe hoĩes ad expiationẽ vtunt. Et subdẽs de historicis ægyptiis & phœnicib⁹: meminit inquit etiã horũ Hieronym⁹ ęgypti⁹

Vn⁹ iter gigantes erat q deorũ veneratior & prudẽtior cũctis: reliqu⁹ ex ꝓbl erat i Syria. Huic nomẽ erat Noa: cũ trib⁹ filiis: Samo: Iapeto: chẽ & vxorib⁹ Tytea magna: Pãdora: noela: & Noegla: is timẽs quã ex astris futurã ꝓspectabat cladẽ: anno. lxxviii. añ inundationẽ: naui istar arcę cooptam fabricari cœpit. Anno septuagesimo octauo ab inchoata naui: ex improuiso exundauit oceanus & oĩa maria mediterranea. Flumiaq ac fõtes ab imo ebulliẽtes inũdauerũt supra oẽs mõtes: accedẽtibus: atq impetuosissime & supra naturã e cęlo copiosissimis hymbrib⁹

multis dieb9 corruētib9. Ita omne humanum genus aquis suffocatū: excepto Noa cū familia sua quę naui erepta est. Nā eleuata ab aqs in gordiei mōtis vertice quieuit: cui9 adhuc dicit aliqua pars esse: & homies ex illa bitumē tollere: quo maxie vtū tur ad expiationem.

qui antiquitatē phoenicā noscit conscripsisse: Sed & Maseas Damascen9 i nonagesimo sexto historiarū libro ita de eis dicit. Est sup Myriadam excelsus mons in Armenia: q Baris appellatur: in quo multos confugiētes sermo est diluuii tempore liberatos: & quēdam simul in arca deuectū in montis Ocilę summitate fuisse: lignorumq; reliquias multo tpe cōseruatas. Fuit aūt iste: quē etiā Moyses Iudęorū legislator scribit. Hæc Maseas. Nota qa dicit Ioseph9 ibi: q etiā Gręci qui barbaras historias transsumpserunt non solū diluuii & Noæ reminiscuntur: verū etiā et lōgitudinis annorū solariū: quibus mille ānis vixerūt. Sic em ad verbū dicit. Noa cū vixisset post diluuiū trecētis & quinquaginta annis: feliciter agens: mortuus est anno vitæ suæ quinquagesimo supra nongentos. Nullus aūt ad vitam modernam & breuitatem annorum quibus viuimus comparans antiquorū longitudinē putet falsa quæ de illis sunt dicta. Illi nāq; cum essent religiosi: & ab ipso deo facti: tantorū annorū curriculis rite viuebant. Deinde propter virtutes & gloriosas vtilitates quas iugiter perscrutabant. i. Astrologiā & Geometriā & Physicā: deus eis ampliora viuēdi spatia cōdonauit: quæ nō caute discere potuissent: nisi nōgētis viuerēt annis. Per tot enim annorū curricula: magn9 ann9 implet. Et subdit inducitq; testes dicens. Testes aūt dicti mei sunt oēs qui antiquitates apud Græcos & barbaros cōscripserūt. Nā & Manethon q descriptionē fecit ægyptiorum: & Berosus q Chaldaicā deflorauit: & Mochus: & Estyus: & Hieronym9 Aegyptius qui Phoenicā disposuerūt: cōcordāt cū dictis meis. Hesiodus quoq; & Eratheus: & Hellanicus & Agesilaus in historiis suis: memoriam faciunt antiquorū: ānis mille viuētiū. Hæc Iosephus. Quinetiā diluuii & temporis ei9 vsq; ad Ninū meminerūt Xenophon libro de æquiuocis: Archilochus in Epitheto tēporū: Fabius pictor de origine vrbis Romæ: & Cato i.ii. fragmento originū: sup quos oēs iam cōmētaria edidim9. Hacten9 in cōi pro Berosi litera dicta sunt: nunc in particulari pauca excurram9. Noam fuisse virū dei cultorem & iustū: & solū: vniuersis ad impietatem declinantibus: etiam Moyses scribit. Fuisse vero gigantē & astronomiæ peritū: etiā pitiores Talmudistę asserūt. Fuisse aūt Syrū phoenicam cognomina sua indicāt Ogygius Dysir: vti in sequēte cōmentario exponem9. Dubitat vero de eo q ait: coepisse fabricari arcā ante inundationē anno. lxxviii. cum centum viginti annos Moyses supputet Genesis. vi. ca. & Berosus alibi teste Plinio quadringentos octogita cū Critodemo assignet: vt in superioribus diximus. Ad primū respondet: q mandatū de fabricāda arca Noa accepit ante inūdationē annis centū vigiti vt Moyses significat. Quadraginta vero & duobus annis pparauit ligna ob imensitatē operis faciundi. Et ita anno sequente qui erat septuagesim9 octauus ante inundationē: coepit opificiū ingētis arcæ: vt Berosus supputat. Qd vero adducit de Plinio dicente ante Ninū fuisse supputatos a Beroso & Critodemo annos. cccc. lxxx. nō de arca dixerunt: sed de literis inscriptis & inuētis eo tempore: vt patet in. vii. naturalis historiæ ca. vltimo vbi de his loquitur Plinius. Rursus: quia dicit ex improuiso accidisse diluuiū: non refert ad Noā: & eos qui nouerūt & iscripserūt coctilib9 laterculis: & lapidib9: sed ad derisores: q illd neq; credebāt neq; spauerāt affuturū. Fuit aūt hoc primū diluuiū nouimestre: vt Solin9 asserit i Collectaneis: & Moyses Genesis. viii. ca. & Xenophō de æquocis. Excessit vero oēs altissimos orbis mōtes. xv. cubitis: vt testat Moyses Et vt ait: deleta ē oīs caro sub cęlo: excepto Noa cū sua familia. Ex quo patet Talmudistas cē falsiloquos: & mēdaces: cōtraq; diuias lrās ad morē suū exponētes: q diluuiū nō attigit mōtē

Baris.

Vitæ lōgitudo qb9 & cur data.

Noa gigas & astrolog9

Arca qñ facta.

Talmudistas carpit.

Syon: argumento vsi: quia inuentum est ibi post diluuiũ semen giganteum: non attendẽtes ꝙ Noa cum filiis fuerunt gigantes: & Titanes gigantes genuerunt; teste Beroso: qui teste Moyse posuerũt vrbem Titanum in ægypto: quã vocat Tanim dempta prima litera: vt patet Numeri capi. xiii. tam per textũ q̃ per expositores. Hæc de tẽporibus ante diluuiũ. Nũc ad sequentes libros præparans auditores: ita concludit.

Ergo superior narratio quasi q̃dã pfatio a Beroso pmissa est: vt quisq̧ cognosceret a quo pcipue ãno & tẽpore: suę gẽtis originẽ ĩchoare debeat: q̃a nõ añ diluuiũ primũ: q̃a nulla remansit origo nisi Noanica quę & ogygiana phœnica: neq̧ itẽ vt Græci faciũt: inchoanda est a Nino: quia lõge ante eũ coloniis opplet⁹ erat totus orbis: & origĩes sub Noa discretę. Et ideo q̄sq̧ dũ reqrit suę gẽtis & regni originẽ ĩcipiat ab hoc ãno salutiõis hoĩm a diluuio: & vdeat genealogias ducũ primarũ colõiarũ & inde originẽ suã ĩ cõi accipiat: & postea in particulari in quarto &. v. li. Verũ q̃a in bibliothecis Chaldæorũ annotabantur prolixe oĩm gẽtiũ & regnorũ origines: & antiqua gesta: quę fastidiũ generabãt: idcirco ipse deflorauit vt Ioseph⁹ loq̄tur: oẽm Chaldaicã historiã: & solũ de origine regnorũ ætate sua clarorũ loquit̃. Fuit aũt Berosus circa finẽ monarchiæ bipertitæ Persarum & Medorũ. Fuit eñ ante Alexandrũ q̃a Metasthenes qui floruit circa initiũ Alexãdri vsus est chronographia Berosiana p monarchia Assyriorũ: vt tã in ei⁹ litera: q̃ cõmẽtariis sup eũ explanauim⁹. Itẽ adhuc durabat bipertita monarchia Asiæ in qua pualebat Babylonica: vt hoc loci notat: vbi ętate sua Babylonicũ asserit pstãtissimũ esse oĩm. Quare p Asia babylonicã originẽ & ãtiq̄tatẽ tradet. Pro Aphrica vero ægypti & Libyæ originẽ exponet. Pro Europa vero ĩ qua nulla erat monarchia: exponet origines Italiæ: Hispaniæ: Germaniæ per Sarmatas vsq̧ Tanaim & Põtũ. Cur vero de Ionico nõ posuerit ad longũ originẽ: existimo id causæ esse: quia posita origine Græciæ a diluuio ad Ninũ: ipsi gręci deinceps inter se diffidebant in historia. Et qm̃ nullis displicere voluit: q̄b⁹ erat char⁹: & a q̄b⁹ donat⁹ fuit publica statua inaurata ligua: vt Plini⁹ asserit: idcirco a Nino deinceps raro tangit Græciã. Ceterũ quia origo haberi non potest nisi per genealogias: ob id hũc secũdũ librũ Genealogiarum pręmittit tribus sequentibus.

Ab hoc igit̃ anno salutis hũanæ ab aquis primordio sumpto: nostri maiores inumeros scripserunt. Nos vero tediosum illorũ sermonẽ abbreuiaturi referemus origĩes & tẽpora: & reges eorũ dũtaxat regnorũ: quę nunc magna habentur. In Asia quidẽ nostrum omnium celsissimum Babylonicũ

Aphrica ęgyptiũ & Libycum: q̃ vnũ primo fuerũt: & sub vno narrabim⁹. Postreo in Europa quatuor nostri enumerãt. Celtiberum: Celtę: Kytim: qđ illæ gentes Italicũ appellãt: & Tuysconum quod a Rheno fluuio per Sarmatas in Põtũ finit. Addũt quidam etiam quintum dictum Ionicum.

Expliciunt cõmẽtaria sup primum librũ Berosi de temporib⁹ ante diluuium.

Eiusdẽ fratris Ioannis Annii Viterbensis cõmentaria sup secũdũ librũ Berosi ĩcipiũt

Indigetes pro indagatores.



Vi primi fuerint in orbe reges post diluuiũ & ante Ninũ Græcis priorib⁹ nõdũ cõpertũ fuerat: sed solũ Barbaris: qui se primos rerũ vtilium indigetes asserũt atq̧ scriptores: & multorũ memoriã apđ se fuisse cõseruatam affirmãt: vt Diodor⁹ in primo libro author est. Igit̃ Berosus in hoc scđo libro de primis ducib⁹ & eorum Genealogia post diluuiũ ita tradit: vt nulli sit regno sua ignota origo. Et primo q̄dem ĩducit proœmiũ de Iano patre oĩm & Tytea magna. Deinde Genealogias describit. De primis sic dicit.


Ecesse est igit nos ex pręmissis confiteri: quod & Chaldæi & Scythæ scribunt: siccato ab aquis orbe non fuisse nisi dictos octo homines i Armenia Saga: & ab his omne hominum genus in terris seminatum: atq; ob id Scythas recte dicere & appellare Noam omnium deorum maiorum & minorum patrem: & humanę gẽtis authorem: & chaos & semen mundi. Tyteam vero Aretiam: id est terram in quam semẽ chaos posuit: & ex qua tanq̃ ex terra cuncti prodierunt.

Multa memoratu digna his verbis insinuat Berosus: quę apud poetas legebam⁹: & originẽ ignorabam⁹. Primũ igit nedũ apd Moysen & Berosum: sed etiã apud authores latinos legim⁹: quo scilicet primũ loco post diluuiũ & ante Ninũ cœpit humanũ gen⁹. Primi sũt Barbari historici: pcipue Hieronym⁹ ægyptius & Maseas Phœnix: qui (vt supra dixim⁹) testant Noam cũ archa saluatũ fuisse in Gordiei Armenię montis iugo Ocila altissimo. Est autẽ Gordieus mõs in Armenia nõ pcul ab Araxi fluuio: a quo Moyses vocat Armeniæ Caspios mõtes altissimos / Ararat p Araxat. Et ideo licet i Ptolemęo nõ cõtinuet a scriptorib⁹ mõs Gordieus & Caspi⁹ pxim⁹ amni Araxi: hoc tamẽ a vitio impssoris pcessit: quia debent cõtinuari: licet diuersis locis diuersa noīa sortiant. Est autẽ Ararat vt Hebręi pferunt: siue Araxat vt Aramei: siue Araxes vt gręci ac latini. fluuius Scythię in maiori Armenia. de quo Lucanus in. vii. Armeniũq; bibit romanus Araxem. Super hunc Augustus pontem: quẽ a magno Alexãdro factũ ruperat amnis impet⁹: firmiorẽ restituit: in cuius laudem Virgili⁹ in. viii. æneidos dixit. Et pontem indignat⁹ Araxes. Ex hoc tres amnes fluere: Phasim: Thermodõta & Tanaim: Orpheus mẽdax in Argonautica dixit. Nã vt gæographi cum Ptolemæo certissime notant: aliunde ortum habẽt. Hac itaq; regione circa Araxem consedit ab origine sui gens Scythica: a Scytha rege eorũ dicta: vt est author Diodor⁹ li. iiii. Et ideo locus prim⁹ quo cœpit humanũ genus post diluuiũ: fuit Scythia Araxea: vt Berosus Chaldęus: & Hieronym⁹ ægyptius: & Maseas Damascen⁹: atq; Moyses: ex Barbaris cõsentiunt: ex quib⁹ Archilochus gręcus in epitheto tẽporũ: sup quẽ iam cõfecim⁹ cõmẽtaria: ita dicit ad verbũ. Maseas Phœnix Damascen⁹ lib. xcvii. historiarũ asserit ante Ninũ ferme ducẽtis quiquaginta annis fuisse inundationẽ terrarũ: & quẽdã: cui Moyses antiqssimus historicus testimoniũ perhibet: liberatũ circa fluuiũ Araxem ad montes Caspios: tumq; recente cælo: & rudi humano genere vixisse aureã vitã: in qua nullo ferente leges natura ipsa viuebat: quousq; Ninus & Semiramis arma gentibus intulerunt: & aureã vitã vitiare cœperunt. Idẽ scribũt ex latinis Trogus & Iustin⁹ in primo epitomatũ de aurea vita ante Ninũ. Et in secũdo lib. asserũt ididẽ Scythas semp fuisse superiores de principatu humanę originis: sequuti Catonẽ de originib⁹: cuius cõmẽtaria exegimus. Is in. ii. fragmẽto hęc dicit. Chaldęi orbis sempiternitatẽ sibi psuadẽt. Phœnicibus vero ac Sagis magis placet origo. Inter vtrosq; cõuenit ante Ninũ circiter. ccl. annis quib⁹ durauit aureũ sæculũ terras fuisse inundatas: & in Scythia Saga renatũ mortale gen⁹. Siue em̃ ab ęterno mũdũ existimes: & ignis prĩcipio cũcta possederit: posteaq; sensim i sua loca elemẽta coeũtia hoĩes pduxerint: siue (vt fert) ante aureũ sęculũ terras subrutas inũdatio tenuerit: & exsiccata humo apparuerint hoĩes: equidẽ principat⁹ originis semp Scythis tribuit: a quib⁹ auctis / colonias per orbẽ missas ferũt: & ex his venisse Ianũ cũ Dyrim & Gallis pgenitoribus Vmbrorũ in Vaticanũ & Ianiculũ. Et in principio fragmẽti: Italię (inqt) splendidissima origo fuit: tũ tpe: tũ origine gẽtis. Cœpit em̃ aureo sęculo sub principib⁹ diis Iano: Camese: Saturno: gẽte Phœnicea & Saga. Igit oẽs historici: græci: latini: & barbari: q de priscis

Gordieus mons.
Araxes flu.
Scytharũ antiquitas.

ante Ninũ antiqtatibus cõscripserunt: vnanimi cõsensu affirmãt in prisca Armenia Araxea coepisse genus humanũ quacũq; via coeperit. Eadẽ regio prius Aramea Scythia Saga dicta fuit: a qua postea longe lateq; antiquitus oĩs septẽtrio a Tanai in Sarmatas: & in orientalem Imaum mõtẽ / Scythicũ Araxeũ siue Arameũ Saga nomẽ cõmunicatũ fuit: vt Plini⁹ in.vii. naturalis histo.cap.xvii.significat dicẽs. Scythas populos: Persæ vniuersos Sagas appellauere a ꝓxima Saga gẽte: antiqui vero Arameos. Cui argumẽto est pria vrbs pone Araxim amnẽ: vbi teste Diodoro gẽs Scythica parua numero: & ignobilis principio consedit. Nã ea Saga Albina: siue (vt Ptolemæus notat) per syncopatã cõpositionẽ Sagalbina dicit̃. Et hoc de loco: vbi coepit post diluuiũ genus humanũ tam secundũ diuinas literas q̃ gẽtiles dictũ sit. Secundo memoratu dignũ est nomen Saga: vt Aramei ꝓferunt: vt Sangni: & Etrusci: & Sabini: vel Sanct⁹ vt latini. Hęc nõ differũt significato: sed sola deriuatione ꝓlationis: quia a Saga Sangni: & a sangni sanct⁹ deriuat̃: mutata litera g.in.c. Est autẽ Sanct⁹ id quod purus: religiosus: sacerdos. Vnde Sagam Festus exponit sacerdotẽ expiatorem. Diuus vero Hieronymus in lib.de interꝑtationibus: sagã interpretat̃ immolatorẽ & sacrificulũ. Congruit ei qđ Moyses scribit Genesis ca.ix. vbi affirmat Noam cũ familia egressum ab arca primũ sacerdotio & religione functũ: mox sacra deo fecisse. Vnde & ipsa familia eius & posteritas Saga: & qui cũ Iano in Etruriã venerunt tusci: Sagi: & ostiũ Padi ab his sagũ dictũ referũt authores: pręcipue Cato & Plini⁹. Cato eñ in fragmẽto.xix.de originibus his verbis vtit̃. Sangni gentilẽ Sabi dicunt sabini: Sanctũ Romani: Sagã barbari: a quo primi Tusci: id est põtificii & sacri expiatores dicti fuerũt. Plini⁹ itẽ lib.iii.naturalis hist.ca.xvii.de Padi Ostiis circa quę Tusci venerũt: ita dicit. Proximũ inde Ostiũ Caprasię: deinde Sagus. Oĩa ea flumina fossasq; primi Sagi fecere Tusci egesto per trãsuersum amnis ĩpetu in Atrianorũ paludes: quę septẽ maria appellant̃: nobili portu tuscorũ Atriæ: a quo Atriaticũ mare ante appellatũ: qđ nunc Hadriaticũ. hæc Plini⁹. Locus igit̃ & gẽs Saga sic dicta fuit. Tertio memoratu dignũ est: ꝙ Noę siue Iani vbi cõsedit ad Araxim prima vrbs dicta Sagalbina: id est põtificia imperialis: qa saga pontificia est. Albina vero imperialis ab insigni ĩperii Alba id est fascib⁹. Est eñ fascis: fasciculus in quo virga sceptri & flagellũ cũ securi inclusa erãt. Et hoc latini fasces imperii: Aramei vero vocant Albã: vt demõstrauimus super.iiii.fragmẽtũ Catonis: vbi & redarguimus eos non exili argumento: qui Tyberim existimauerũt dictum Albulam a colore: aut albam virgã datã Cranę in.vi.de Fastis latinã habere originẽ. Rursus memoratu dignũ est ꝙ octo solũ aĩas saluatas a diluuio / tã Moyses q̃ Chaldęa historia tradit: cõtra fabulosos simul & hęreticos Talmudistas: qui (vt supra diximus) nullo certo authore dicũt multos gigãtes fuisse saluatos in monte Sion. Rursus de primis cognominibus Noę / cognomine Iani: vt in.iii.libro dicet Berosus: Primũ cognomen est chaos: vt supra dixit in prologo Hieronymus: idem est chaos & Hyle a quo hyleton. Est aũt chaos rudis & ĩdigesta moles ante oẽs & ex qua oẽs ꝓdeũt. vt Ouidi⁹ in primo Meta. docet. Ad hui⁹ similitudinẽ Ianus siue Noa dict⁹ est chaos & semen orbis: quia in ei⁹ renibus & semine informi ꝓdiit humanũ genus: & ipse oẽs pręcessit tempore: vt idẽ Ianus apud Ouidium loquit̃ in primo de Fastis. Et primo ꝙ omnes lõgo tempore pręcessit: ita aperit. Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant: Adspice q̃ lõgi temporis acta canam. Deinde ꝙ membra sua: id est filii fuerint in seminali sua ratione informi: ex qua successu formati fuerũt: sic Mythice loquitur. Tunc ego qui fueram globus & sine imagine moles In faciem redii: mẽbraq; digna deo. Membra digna patre deo dixit: quia oẽs filii eius pro diis ex magnitudine beneficiorum impẽsorum humano generi habiti sunt. Vnde & pater deorum maiorum: scilicet filiorum: & minorum scilicet nepotum & pronepotum dictus fuit: quia omnes fuerũt principes regnorum & coloniarum excellentissimi iudices & duces: qui quoniã in regimine orbis vices dei exequuntur: tam apud gentiles q̃ He-

Aramea. Saga. Scythia. Albina. Sangni. Sanctus. Sagus. Sagalbina. Alba. Fasces. Chaos.

brȩos & diuinas literas Heloím:id est dii & numina dicũtur:vt est illud psalmi.Ego dixi dii estis:& filii excelsi omnes.& in Exodo.Si inquit fur latuerit:causa referet ad deos.Et hoc pacto pro iustis iudicibus & principib⁹ deos & numina secũ regnasse Ianus dicit apud Ouidiũ in primo de Fastis his verbis. Tunc ego regnabã patiens quũ terra deorũ Esset: & humanis numina mixta locis. Aurea em̃ ætate iusti principes regnabant:& ideo iure dii a diuinis literis & gentilibus dicti:quo ad vices dei nõ diuinitatẽ substantialiter. Rursus illi cognomẽto fuit auctori hominũ:id est Cõsutio: quia eo auctore cõseritur humanũ genus:vt asserit Macrobius in primo Saturnaliũ.Ergo quia Ianus siue Noa post diluuiũ præcessit omnes tẽpore:dignitate:principatu:& effectiua origine: idcirco sibi iure vẽdicauit cognomina Chaos: Ileton:Semen mundi:patrẽ principũ:& deorum maiorũ ac minorum:& auctorẽ consutiũq; humanȩ gẽtis:qui semen iaciens in vxorẽ Titeam:vti cœlũ in terrã:seminauit omne mortale genus.Et ob id Titea terra:& Noa siue Ianus cælũ cognominat⁹ est:vt in tertio libro dicetur:quia sicut ex vi cęlesti & terra cuncta prodeunt:ita omnes geniti sunt authorib⁹ Iano & Titea.Vnde & Titanes dicũtur terra geniti:vt poetȩ mythice loquũtur.Hęc de principib⁹ mundi Noa & Titea:nũc ad genealogias Berosus se conuertit dicens.

Dei qui

Consutius. Noȩ cognomina.

Titanes.

Prȩter vero tres primores filios:Noa post diluuiũ gigantes plure sq; filios genuit.Quare ad abbreuiandum plurimũ conferet si omniũ posteritates figurabimus:ab ipso Noa sumpto exordio:dein de sigillatim a cæteris. Primũ itaq; dixerunt Ogygisan Sagam: id est illustrẽ sacrorum pontificem Noam Dysir.

Figuras Berosus appellat genealogiarũ arbores:a quo exẽplari morẽ legisperiti desumpserũt: qui gradus desanguinitatis instar arborum cõscribũt.Et per truncos & ramos & folia significãt ascẽdentes seniores patres & auos:& descẽdentes filios & nepotes & circunstantiũ consanguineorũ. Initium figurȩ primȩ erit Noȩ cõtinens omnes filios Noȩ ortos ante postq; diluuiũ. Secũda erit arbor posteritatis Sami.Tertia Iapeti.q̃rta Cham:qui & Cameses.Duo autẽ hoc loco Berosus tradit:quȩ conueniunt historiæ Moysaicæ.Primũ quia Noa gigas genuit post diluuium gigantes:vt supra diximus.Secundum quia etiã genuit alios filios:quos ĩ arbore ei⁹ scribet.Nã teste Moyse nono capitulo Genesis: mãdatum Noa sacrificãs a deo accepit cũ filiis:vt vacaret generationi: & solitariȩ terrȩ implendæ.Neq; tamen dicẽdum est q̃ illud neglexerit:aut q̃ illi tempus defuerit:aut q̃ illud prȩceptũ non obligaret oẽs terra iam multiplicata: q̃ erat intentio latoris dei expressa:quia erat vir iustus & perfectus:vt ait Moyses: & vixit post diluuiũ annis.cccl.vt tam Moyses q̃ Berosus scribũt:& terra funditus desolata:etiam ipsa lege naturȩ obligabatur ad generationem.Q; si Moyses non omnes posuit hoc fecit quia ad originem Hebræam festinabat:& solum tot ponere voluit:quot linguarum genera septuagintaduo discreuerãt. Neq; valet q̃d Talmudistȩ dicunt:quia ipsum Noa cognomento cælum:filius eius Cameses incantamento testes illi secuerit:quia vt testatur Berosus hoc egit iam genitis filiis complurib⁹:& iam in senium declinante Noa:vt narrabitur in.iii.lib.Et ideo vitatis fabulis & errorib⁹ Talmudistarum:q̃d præcepto naturæ:immo diuino cõgruit est tenẽdum: & q̃d Berosus exprimit certissimus & veracissimus author.De Ogyge vero id est illustri Noa: & Dysir:id est Ilice: vt interpretatur diuus Hieronymus:est sciẽdum q̃ ait Petrus Comestor Genesis capi.xiii. & Iosephus in primo de antiquitate Iudaica. Habitauit(inquit)Habram circa Hebron iuxta Ilicem quæ vocatur Ogygi. Et dicitur vt ait ciuitas quatuor patriarcharum: quia habitauerunt ibi & sepulti sunt: Adam: Habraam: & Isaac: & Iacob. Et ita Ogygi ante dilu-

Arbores cõsanguinitatis.

Hebron Ilex.

uium: & post fuit patria iustorũ etiã & ipsius Noę: qui a patria Ogysan: id est illustris sacer cognomen habuit. Vnde oẽs illũ cognominãt priscũ Ogygem: vti Xenophon de ęquiuocis & Metasthenes: quẽ pręfuisse prisco diluuio dicũt. Et ex latinis Solin⁹ dicens primũ diluuiũ fuisse notatũ sub Ogyge nouimestre: & ab eo ad Deucalionẽ septingẽtos supputari annos. Sed sub Ilice manebãt iusti: quia arbores pro tẽplis & numinib⁹ antiquis erant: vt etiã cõsentit Plinius in. xii. naturalis historię cap. primo. Et nota: quia Phœnicia est a Damasco vsq; ad Gazam. Quod patet: quia Ioppen Hierosolymę portum dicunt esse oppidum Phœnicũ: vti est illud Plinii in. v. naturalis historię cap. xiiii. Ioppe inquit oppidum Phœnicũ: inundatione terrarũ vt ferunt antiquius. Nota ꝙ Ioppe fuit ante inundationẽ terrarum in phœnicia: sed nõ primũ Phœnicię oppidũ: quia in principio Phœnicię mediterraneę antea Caim ędificauerat Enos vt diximus: & prius Adam cœperat Hebron: vt in sequentibus ostendemus. Nunc Genealogiarum figurę ponendæ sunt.

(Margin: Ogyges priscus. — Phœnicia. Ioppe.)

Prima figura Noę: quę & Iani patris.

Macrus — Iapetus iunior — Prome theus priscus — Tuys con gy gas — Noa cognoĩe Ianus Ogyges ante diluuium genuit Sem Cam & Iaphet. Post diluuium vero oẽs istos huic arbori annexos qui sunt — Crana — Cranus — Granaus

Decem & septẽ Titanes — Araxa prisca — Regina — Pandora iunior — Thetis — Oceanus — Typhoeus

Porro Tuyscon tam Beroso q̃ Cornelio Tacito testibus: fuit author Germanię: cuius hæc posteritas.

Tuyscon Germanorũ & Sarmatũ pater — Mãnus — Ingaeuon — Isteuon — Hermi non — Marsus — Gãbri uius — Sueuus — Vandalus.

Hunnus — Hercules — Teutanes

Araxa prisca genuit — Scytham priscum a quo — Napus & Prutus

Hac Genealogia & arbore prima notandum est ꝙ omnes hi reputati sunt filii Cæli ac terræ / siue Iani & Vestæ: siue mauis Noę atq; Titeę. Nam Noa: Ianus: & Cælum cognomenta habuit: vt in tertio libro Berosus commemorat. Diodorus vero Siculus in quarto libro refert ex historia Scythica & Aphricana: ꝙ Cælum qui primus omniũ regnauit apud eos habuit plures vxores: & ex Titea sustulit. xvii. quos a matre appellauit Titanas: fueruntq; oẽs filii Cæli numero quadragintaquinq;. Q; si in hac arbore Berosiana supputes filios tres priores ante diluuium: &. xvii. Titanas: & residuos. xiii. Et item. xi. successores posteritatis Tuysconis: erunt omnes numero quadragintaquatuor. Sed notãda sunt duo: ꝙ Noa sibi in filios adoptauit Tuysconis posteritatẽ: & ideo in ei⁹ arbore ponunt̃ & nõ aliorũ nepotes: in quo præcellunt Germani & Sarmatę: qui dicũtur nunc Tuysci a latinis & Gallis. Sarmatæ

(Margin: Germanorũ excellentia.)

autem populi sunt Poloni:Gothi:Russi:Prusiani & Daci:atq; huiuscemodi. Hæc secundũ descriptionem Berosianam. De pluralitate vero vxorum Noę siue Cœli:decipitur Diodorus pluralitate synonyma. Nam eadem vxor Iani fuit dicta Titea:Terra:& Vesta magna. Cum Beroso concordat de Tuyscone terra genito Cornelius Tacitus de situ & moribus Germanorum. Nunc sequitur arbor Sami.

Vxor Noæ Titea: Terra: Vesta.

Secunda arbor genealogiarum Sami.

Samus qui ponitur primus filius Noę: a quo geniti hi quinq;.	Arameus	Arpaxeus	Lugdus	Assyrius	Helameus.

Posteritas Aramei.

Arameus filius Sami genuit hos qnq; duces.	Getul	Alan	Vl siue Vol.	Mesa	Auson.

Posteritas Arpaxei.

Saus a quo	Epir⁹ a quo	Obulas a quo	Thyobum	Arpaxeus fi: li⁹ primogenit⁹ Sami genuit Salem	Sala a quo	Heber a quo	Ictan siue Ister a quo	Dalmadã a quo
Albanaes	Obalus a quo	Diclas a quo	Azalus a quo		Adulas a quo	Iader a quo	Saladeus a quo	Sarmates a quo

Posteritas Mesæ filii Aramei.

Mesa filius Aramei genuit qnq; hos duces.	Getum	Dacum	Bannonem	Brygum	Thynum.

Hęc supradicta secunda arbor est genealogia Sami filii Noę siue Iani. Hũc Samũ Moyses & hebręi vocant Sem. Moyses autẽ in.x.capitulo Genesis:huius arboris non oẽs duces nominat:sed solum eos quibus fuit diuersa lingua:quia Moyses non distinguit gentes nisi quatuor & septuaginta:quia non fuit distincta liugua nisi per septuagintaquatuor discretos sermones:licet in eadem lingua atq; sermone essent distincti modi loquendi:intelligibiles tamen sub eadẽ lingua. Quare tot duces describit Moyses quot linguę fuerunt. Caldæi vero tot duces quot regnorum & gentium conditores. Falso igitur de more suo delyrãtes nullo certo authore dicũt fuisse.lxx.linguas:ac propterea frater de Lyra falsissime atq; erronee exponit illud Deuteronomii.xxxii.qñ diuidebat altissim⁹ gẽtes:qñ sepabat filios Adã: cõstituit terminos populoꝝ iuxta numerũślioꝝ israel. Dicit eñ. Qñ diuidebat altissim⁹ gentes in cõfusiõe linguarũ cõstituit terminos populorũ.lxx.liguarũ iuxta numerũ filioꝝ Israel:qui fuerunt.lxx.quia dicit Gene.xlvi. Oẽs aię dom⁹ Iacob q̃ ingressæ sunt ægyptum fuerunt.lxx. Et non vidit de Lyra:sed ignorauit linguas fuisse.lxxiiii. Nã vt patet Genesis x.capitulo:quatuor fuere primi duces:scilicet Noa:Sem:Cam & Iaphet. Et ex Iaphet fuerunt duces linguarum.xiiii. Ex Cam.xxxi. Et ex Sem.xxv. Quod si volum⁹ strictius & exactissime videre:tempore diuisionis linguarum non fuerunt nisi sexaginta solum duces:qđ sic patet. Phalegh natus est tempore diuisionis linguarum:vt patet Genesis decimo &.xi. capitulo. Ergo ipse & qui post eum natus est frater eius Ictan:&.xii.posteri Ictan nondum loquentes vel nondũ nati:non fuerunt lingua cõfusi. Et ita amotis quatuordecim ducib⁹ a

Sam⁹ qui & Sem.

Linguarũ & gẽtiũ distinctio.

In Lyram.

ſeptuagintaquatuor: remanent ſolũ ſexaginta. Quocũqȝ igiť ſe vertat de Lyra inueniet falſo ſe exponere: non ſolum ipſe: ſed & oĩs gloſſa ei ſimilis: ꝙ in diuiſione linguarum numerꝰ eiuſdem ſpeciei ſeptuagenarię fuerit par filiorum iſrael: & terminoꝝ ſiue regnorum gẽtiũ. Fuit par numerꝰ Iacob quadriuxorii: & duodecim filioꝝ ac tribuũ iſrael: vti ꝓbauimꝰ in cõmentariis noſtris ſuper Deuteronomiũ: & ſuper Xenophõtem de ęquiuocis. Igiť ſiue Moyſes ad capita linguarũ genealogias referat: vt quidam exiſtimant: ſiue qđ veriꝰ exiſtimo: ꝓtermiſſis iunioribus coloniarũ ducibus ad ſuã originem feſtinaret: quam proſequi præcipue inſtituebat: neqȝ totidem quot Beroſus enumerauit primarũ coloniarũ duces: neqȝ ea dẽ ꝓlatione ꝓtulit: ſed hebraica. Sic enim vocat. Filii Sem fuerunt Elam: Aſſur: Arpaxat: Lud: & Aram. At vero Arpaxat genuit Sale: de quo ortꝰ eſt Heber. Nati autem ſunt Heber filii duo. Nomẽ vni Phalech: eo ꝙ in diebus eiꝰ diuiſa ſit terra: & nomẽ fratris eiꝰ Ioctan. Hic Ioctan genuit Almodat: Aſarmauet: Salep: Iadar: Aduram: Azal: Dicla: Obal: Abimael: Soba: Epir: Obula: & Iobab. Filii aũt Aram Hus: Vl: Gether: & Mes. Et hęc nomina corruptiſſime in latinis codicibus habentur. Nec mirum de Hebręis dictionibus: quum latina vocabula impſſores in immenſum corruperint: vt aliquantulum oſtẽdimꝰ queſtiõe Annia. xxi. Et nota hũc Aſſyrium filium Sami ducem fuiſſe coloniarũ poſt Cam in Aegypto: & a ſuo nomine vrbem ędificaſſe: de qua Eſaias propheta capitulo. lii. In Aegyptum (inquit) deſcẽdit populus meus a principio vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſqȝ cauſa calumniatꝰ eſt eum.

Aſſur. Porro fuit alter Aſſur filius Beli: & nepos Nymbroti: qui egreſſus de Babylonia ędificauit tetrapolim Niniuen ciuitatem magnã: vt Moyſes ſcribit Geneſis. x. capitulo. Vocauit autem eã Niniuen: id eſt Iouinã a ſuo cognomine. Teſte enim Xenophõte libro de ęquiuocis nomen proprium viro fuit Aſſyrius filius Beli: quem Aſſyrium ſui cognominauerũt Ninum: id eſt Iouẽ: quoniam Aſſyrius qui fuit Babylonius Hercules: idem fuit Aſſyriis Iuppiter. Hæc de ſecunda arbore: quæ eſt genealogia Samiticorum ducũ. Nunc de tertia ẽ dicendum: quæ eſt de priſco Iapeto filio Noę.

Tertia arbor poſteritatis Iapeti.

Iapetus q & Iopetus & Cephꝰ Atalus primꝰ genuit duces octo q ſũt.		Andromada					
	ij.	iij.	iiij	v.	vj.	vij.	viij.
	Medus	Magogus	Samothes Dis	Tubal & Iubal	Moſcus	Tyras	Ion
Ab hoc Iopen & Iaph & primogenitꝰ Comerus Gallus	j Comerus primogenitꝰ genuit tres hos duces.						

Aſcaniũ	Rypheũ	Tagũ orma	Kytin Italus Attalus	Dodoneus	Tarſũ	Heliſam

Poſteritas Itali

Italus cui nomẽ Kytin cognomẽ Atalaus: ſiue Athlas genuit	Hyam	Morgetẽ	Siculũ	Romã

Poſteritas Itali

Ex pleiade in Italia. vij. pleiades: Maiã: Celeno Ameroen &c.	Galathea pellex Hercolis	Galathes genuit

Poſteritas Samothis.

Samothes cognoie Dis cuius filius	Magus cuiꝰ filiꝰ	Sarron cuiꝰ filiꝰ	Namnes cuiꝰ fi.	Dryiudes cuiꝰ fi.	Bardus cuiꝰ fi.	Longo cuiꝰ fi.	Bardus iunior cuiꝰ filiꝰ	Celtes

In hac tertia genealogię Iapeticarum gentium arbore: Moyses non totidem ponit quot Berosus: sed hos tantum dicens. Filii Iapet fuerunt Gomer: Magog: Madai: Iauan: Tubal: Mosoch: Thyras. Filii Gomeri: Ascanez: Ryphat: Tagorma. Filii vero Iauan: Helisa: Tarsis: Dodonim & Kytyn. De nominibus vero Gomerus mutata g in c. fit Comerus. Hęc mutatio teste Varrone in primo de lingua latina sæpe fit: vt Geruus & ceruus. Magog prim⁹ Cęlosyriã coluit: vbi a suo nomine vrbem vocauit Magogibi: id est patria Magog. de qua Plinius in. v. naturalis historię cap. xxiiii. Cęle inquit Syria habet Bãbicem: q̃ alio noĩe Hierapolis dicitur: sed a Syris Magogibi prodigiosa. Ad hanc vrbẽ loquit̃ Ezechiel propheta cap. xxxviii. &. xxxix. Ecce inq̃t ego ad te Gog & Magog principem capitis Mosoch & Tubal. Quæ vero loca & gentes condiderint reliqui duces: locis suis dicem⁹. Nunc vltima arbor constituenda est: quam Berosus figurauit per has posteritates. Magog.

Quarta arbor continens posteritates Cam siue Camesis.

Chem ægyptij Cam hebręi vocant cognoĩe Camesem a quo geniti quinq; duces	Cur.	Osiris	Cana cognomine phœnix	Phaeton qui & pheriton.	Ochus.

Posteritas Curetum.

Cur pater Curetum genuit quinq; duces: q sunt.	Arabs	Saubecres	Saba thurifer	Sabatius Saga	Nymbrotus pater Beli prisci.

Posteritas Sabæ thuriferi.

Saba thurifer posteros sex dedit: q sunt.	Gogus pr̃ Gãgis & Indi	Triton a quo	Ammon a quo	Dionysi⁹ Libyc⁹: & Hiarba a quo	Deab⁹ cognoĩe Gera a quo	Lomnimi q & Geriones.

Posteritas Sabatii Sagæ.

Sabati⁹ Saga genuit hos Curetes q sunt	Sab⁹ pater Sabelli	Curitus	Curitis pater Anitini	Anitin⁹ a quo	Aruntius a quo	Pherentius

Posteritas Pheritonis siue Phutonis siue Phaetontis.

Pheriton siue Phaeton Moyses phut a quo genit⁹	Lygur a quo	Cydmus a quo	Eridanus a quo	Ventus a quo	Venetus a quo	Tyla

Posteritas Canę siue Phœnicis.

Cana cognomine Phœnix a quo	Sidon	Archadi⁹	Emathi⁹	Sini⁹	Moyses plures enumerat. q̃a illi impleuerũt phœniciæ portionẽ quã occupaturi erãt Hebræi: quã ipsi vocant terram Canaam.

Posteritas Osiridis: quem Moyses vocat Mizraim.

Osiris quẽ ęgyptij Osiri vocant: genuit hos	Lydum priscũ	Anameo nem siue Meonẽ	Casleum: a quo Syri & Cappadoces	Petreium a quo Palæstini	Libyũ cognoĩe Hercolẽ	Neptũnum patrẽ Lestrigonis.	Orum

Posteritas Libyi Aegyptii Herculis.

Hercoles cui nomen Liby[9] genuit. lvii. duces. | Scytha iunior ex Araxa | Tussus ex Araxa. | Agatyrsus ex Araxa | Peucinus ex Araxa | Gython ex Araxa. | Galathen ex Galathea. | Atho ex omphale | 50. Tospiades ex Armena.

Posteritas Tusci.

Tussus siue Tuscus ab Ato genitus | Alteus a quo genitus | Blascon a quo geniti | Dardanus | Armonia | Cambo Blascon a quo geniti | Erichthonius | Curis qui & Abotinus | Sypus | Tros | Iasius a quo | Ilus | Tile Ipiti Cybeles. | Coriban | Laumedon | Priamus

Posteritas Atus.

Ato ex progenatis Hercolis & Omphales | Mannus | Astan | Pipinus priscus | Tarcon priscus | Athoiunior | Trasimenus. | Turrhenus. | Lydus.

Legendum est capitulum decimum Geneseos: in quo complures omittit Moyses ob assignatas superi[9] causas. Porro vbi Arabs dicitur in Beroso: in Hebręo est Saba. Alio quoq; modo profert Moyses supradicta nomina: vt Ludim: Anamim: Luabin: pro Lydum: Ameõ Libyum. Similiter vt ait Iosephus in primo de antiqtate Iudaica Iauã pro Ion dicũt. Percurramus igitur nomina obscuriora omniũ arborũ. Tuyscon. Tacitus de situ & morib[9] Germanorum sic ait. Celebrant Germani carminibus antiquis: qđ vnũ apud illos memorię & annalium genus est: deum Tuysconẽ terra editũ: & filium Mannũ originem gentis conditorẽq; fuisse. Manno tris filios assignãt: e quorum nominibus proximi Oceano Inghaeuones: medii Herminones: cęteri Isteuones vocant. Quidã vero licẽtia vetustatis: pluris deo ortos: plurisq; genitos/ Marsos/ Gãbriuios/ Sueuos/ Vandalos affirmãt: eaq; vera & antiq noĩa. Fuisse apđ se Herculẽ quoq; memorãt: primũq; virorũ fortiũ oĩm ituri in pília canũt. Hęc Tacit[9]. ARAXA prisca fuit filia Iani siue Noę: mater prisci Scythę: a qua Araxis fluuius in Armenia: q̃ prisca Scythia dicta est: & Aramea Saga vt superius dixim[9]. Hęc Araxa comi hoĩe & ardẽti simul libidine simul mixta: fingit semiuipera. De qua Diodor[9] in. iii. lib. Dicũt (inqt) Scythę p modũ fabulę natã apđ se virginẽ ex terra scilicet Vesta: vmbilico ten[9] hoĩs forma: reliq̃ viperę: eãq; genuisse puerũ: cui[9] nomẽ fuit Scytha: a quo dicti sunt Scythæ. i. prim[9] & añ alios: q antecedẽtes pcesserit claritate. Sed hęc expositio Diodori nõ est illa pcipua: qa Scytha id est prim[9] & añ alios dict[9] est: qa apđ Araxim fluuiũ mater Araxa illũ genuit: vbi post diluuiũ prima gẽs & añ oẽs nata cõsedit parua numero: vt ipse Diodor[9] cũ Beroso & Archilocho & aliis cõsentit ibidẽ ex historia Scythica. Et subdit Diodorus. Scythæ filii fuerũt Prut[9] & Napis: a qb[9] diuiso impio/ ppl'is vterq; nomẽ dedit. Nota q in Scythia Europæ regnauit Prut[9] a quo Prutia magnũ regnũ. qđ nũc cõuersa lr̃a t. i. s. dicũt Prusiã. Araxa iunior ẽ in arbore Hercolis ægyptii: de q̃ Herodot[9] in. iiii. lib. Hercoles (inquit) in Scythia substrata sibi leonis pelle obdormiuit. Deprehẽderat enim eum vehemens pluuia & gelu. Et post quædam figmẽta & mendacia Græcanica: reuersus ad veritatem subdit de libidine hui[9]: vt primæ matris Araxæ imperiũ inquit tenebat virgo ancipi

Tuyscon.
Mannus.
Araxa prisca semiuipera.
Scytha.
Scythę filii. Prutus.
Araxa iunior.

tis naturę serpētinę ac humanę:q̄ cū Hercole cōgressa genuit tres filios/Agathyrsum Gelonum & Scytham iuniorē. Berosus vero plures alios ex Araxa enumerat in eiusdem Hercolis stipite. TITANES TERRA SIVE VESTA GENITOS. XVII. Hi ī ęgypto Titanī vrbē ædificauerūt: de qua Moses in libro nume. xiii. cap. Hebrō inquit septē annis ante Tanim vrbem ægypti cōdita est. Vbi diuus Hieronym⁹ & Petr⁹ comestor: & omnes expositores dicunt de more hebręo ac gentium truncata prima syllaba dici Tanim pro Titanim: sicut colaū: lyppū: gygianū: Rytlaū: Rysirim: apud Tuscos dicunt: ꝑ Nicolaum: Philippū: Ogygianum: Ry Atlaum: Ry Osirim: vt copiose ostendimus commentario. vii. super Xenophontem de ęquiuocis: vbi Phœnicam metropolim Arbanā cognomine Hebron fuisse conditam post diluuium primum: & septem annis ante Titanim vrbem titanum ęgypti ostendimus. Titanes Titanis.
Gręcia mendax ausa est ī historia fingere hos Titanes fuisse frēs Saturni Cretensis: cū Moses Saturno cretensi longe antiquior: & qui oriundus ęgypto: ꝓbe nouerat conditionem vrbis: fuisse conditam tanim asserat septennio post primā phœnicā metropolim harbanā Hebron In ea enim vrbe vetustissima Taneos siue titaneos: Moses signa corā Pharaone exegit dicente psal. lxxvii. Posuit in ægypto signa sua & prodigia sua in campo taneos. pro Titaneos. Et infra. Percussit inquit primitias eorum in tabernaculis Cam. Nam teste Beroso simul & Dauid terra ægypti fuit terra Cam. Vnde in psalmo. ciiii. Intrauit (inquit) Iacob in ęgyptum & Iacob accola fuit in terra Cam: quia (vt aiunt expositores) Cam fuit author & conditor ægyptiorum: Et vt ait Berosus fuit eorum Inuus Esen: id est Pan infamis. Hinc cognomento fuit Camesenu⁹: id est Cam infamis Pan. cui (teste Diodoro in primo lib.) Aegyptii dicarunt totam vrbem ab eius nomine dictam Chem Myn: id est Cam & Panos vrbē. Aegyptii enim Chem: hebræi Cam ꝓferunt. Porro municipium & colonias Hebræi Maon: Aegyptii Myn Etrusci Mon dicebāt in singulari. Mont vero in plurali: vt mon Taliano vulgo latine colonia Italiana. & mon Terano: Mont Arune: id est colonia Terani filii Neptuni & coloniæ Aruntes: vt Cato docet fragmento. xvi. vbi eos in Tuscia Aruntes veteres Camillarios dicit. Itaq̧ Cameses fuit filius Cæli prisci & Pan: atq̧ Saturnus primus ægyptiorum qui bellum habuit contra fratres suos Titanas: & regnauit in Italia: Sicilia atq̧ ægypti Libya: vt clarissime cum Beroso consentit Diodorus in primo & iiii. lib. Et ideo filii Cæli siue Iani siue Noę: silicet Cam siue Cameses: & Titanes: & Prometheus: & Oceanus: ac Tethys: simul post diluuium ī ægypto consederunt. Cam quidem in Chem Myn: Titanes vero in Tanim. Promotheus autem priscus in superioribus partibus Nili: cuius inundationem compescuit ægyptius Hercoles: ne se interimeret Prometheus: vt in primo libro Diodorus asserit: vbi affirmat & Nilum dictum fuisse antea Oceanum. Vnde quia circa Nilum Oceanus & Tethys regnauerūt: idcirco & Nilo siue Oceano atq̧ Tethyde omnem nympharū & deorū ꝓsapiam Hesiodus in Theogonia finxit: ex qua Saus princeps ostium Nili Sais tenuit: vbi orta est consobrina Osiridis Sais Xantho. Nam Xantho musa ægyptia fuit: filia Oceani ac Tethyos: vt asserit Hesiodus in Theogonia. Cæterū Oceanus & Cam Saturnus ægyptiorum fuerunt germani ex eodem patre Noa: vt patet in Genealogia eorum in prima arbore Ergo consobrini fuerunt Sais Xantho & Osiris: quoniam filii fuerunt duorum fratrum: Sais. Sais Xantho quidem Oceani: Osiris vero Saturni Camesis: vt inscriptio ægyptię columnæ īdicat quā Diodorus in prīo lib. ita legi dicit: Mihi pater Saturnus: inter deos iunior. Sum Xantho. vero Osiris rex: germē ex pulchro & generoso ortū: cui nō semē genus fuit. Quatuor enim Osiris primi dii fuerunt Noa: Sem: Cam & Iaphet: vt in precedētib⁹ est expositū. Porro Noa fuit non semen. i. eunuchatus a filio: vt in sequente lib. videbitur. Cam vero Saturnus ægyptiorū: fuit inter hos quatuor adolescentior: vt Moyses asserit Genesis. ix. caplo. Et iō Osiris dicit. Fui filius Saturni inter deos adolescentioris. Fui germē ortum ex ipso Saturno pulchro

Osiris. cui Saturno genus & pater fuit nõ semen:id est Cęlus castratus. OSIRIM ægyptii & Aramei proferunt Osiri:id est in granaria mittentem:qa docuit cũ sorore Iside serere:& granũ in futuros vsus seruare:qđ suo loco dicemus.Moyses vero vocat eũ Mizrain: & ab eo Aegyptum Mizraim:id est cõfinia facientem: vt Talmudistę exponũt.Teste eñ Diodoro Siculo in primo &.ii.&.vi.lib.hic Osiris fuit Iuppiter iustus: qui vniuerso imperauit orbi subactis oĩbus impiis & facinorosis:qbus in toto orbe bellũ indixit & intulit:singula regna liberãdo:

Brygus. & cõfines ac limites singulis pro cõmuni pace ac salute statuendo. BRYGVS MESA ET THYNVS in Europa cõsederũt: & ab his in Asiã minorem colonias missas cõstat:dicente Plinio in quinto naturalis historiæ.ca.xxxii.Sunt inquit authores:Mesos:Brygos:& Thynos ex Europa trãsisse in Asiã:a qb⁹ sũt Mysii:Phrygii:Bithyni.Ergo qđ nũc corrupte Bragianũ in Sabatia Etruriæ primũ Brygianum dictũ est:qđ aspirata prima litera Phrygianũ dici põt:postea Arcenũ nunc Barcenũ. PHAETON CYDNVS LYGVR ERIDANVS

Phaeton. Eridanus. De Phaetonte ꝙ abierit submersus Eridanũ in mentiunť Græci: sicut & de ipso fluuio.Positis eñ coloniis reuersus est ĩ Aethiopiã:vbi sepulchrũ ac delubrũ eius est. Quod profecto Plinius in.xxxvii.naturalis historiæ deridens:ꝙ inquit Aeschinus in Iberia hoc est Hispania Eridanũ esse dixit:eũdẽꝗ Rhodanũ appellari:& rursus Apollonius & Euripides in Hadriatico littore confluere Padum & Rhodanum:veniam facit ignoratio succini.Phaetontis enim fulmine icti sorores: fletu mutatas in arbores populos & lachrymas effundere iuxta

Electrum. Eridanum amnem quem Padum vocamus:& Electrum idcirco appellatum:quia sol electr⁹ sit:plurimi poetæ græci dixerunt:primiꝗ vt arbitror Aeschylus: Phyloxenus: Nicander: Euripides & Statius.Quod ꝑfecto esse falsum testimonio Italię patet.Et infra.Theophrast⁹ quidem in Lyguria succinum effodi ait: sed Phaetontem obiuisse in Aethiopia Hammonis asserit:& ibi delubrũ eius esse atꝗ oraculũ:& ibi Electrũ gigni. SAVBECRES.Sabataca Moyses hunc ex Curetibus vocat:qui existimatur Curetes Hispaniæ condidisse cognomi-

Tarcessii. ne Tarcessios:ad quos plures Titanes ab ęgypto fugatos:& iterato ibidé a diis bello lacessitos.de quibus Iustinus lib.vltimo. Saltus inquit Tarcessiorũ in quibus Titanas bellum ad

Curetes. uersus deos gessisse ꝓditur:incoluere Curetes.CVRETES DICTI A CVRE FRATRE OSIRIDIS.Nam & Sabatius Sangni Curetes fuit:vt patet in arbore Curis. Vnde & a Curetibus his & Lydis Tusci trahunt originem:vt Valerius maximus libro secundo insinuat

Anitinus. Abotynus Sypus. ANITINVS.a quo Anitiensis regio Tusca:de qua Vitruuius libro secũdo de architectura:& Plinius in.xxxvi.naturalis historiæ dicit:ꝙ in Tarquiniensi & Anitiensi agro circa lacum Volsiniensem est lapidicina optima. ABOTYNVS:SYPVS:TYLE CIBELES. Ab his prædia Cibelaria: & Abotynum deletũ oppidũ:& Sypalis regio & fons in Vetuloniẽsi agro & vrbe.LIBYVS HERCVLES GENVIT.L.TOSPIADES. De Hercule multa in

Hercules. Tospiades. cõsyderate atꝗ falsa scribunt Gręci:vt Herodotus in secundo libro:& Diodorus in primo & Eusebius de præparatione euangelica scribunt.In primis quia græco filio Alcmenæ nomen proprium fuit Alceus:& mater Alcmena:& pater Amphitryo:& cognomen græcum Heraclius:id est Iunonis gloria.At qui monstra perdomuit:illi fuit nomen proprium ægy-

Libyus Hercol. ptium Libyus: id est flãmiger:cognomẽ quoꝗ ægyptium Hercol.id est pellitus totus:quia ægyptius græcus:pellibus ferinis:teste Diodoro in primo lib. toto corpore tegebatur: non dum inuẽtis armis.Nec scitur quæ illi mater vt idem Diodorus dicit:sed scribitur quis illi pater fuerit:scilicet Osiris:quia vt ibidem Diodor⁹ dicit:Hercules erat Osiridi genere proximus:id est in primo gradu & filius:vt tam Berosus ꝗ̃ Moyses asserunt. Rursus ægyptius Hercules fuit Thebanus ægyptius priscis ortus temporibus:qui subacta maxima orbis parte columnam posuit in Libya:vt Diodorus dicit in fine quarti libri. Posuit autem in triumphum deuicti orbis:ac propterea vt diuus Hieronymus dicit super Genesim: hic Libyus

victor:victis Libyis nomen dedit:& Libyos a se vocauit:cũ antea Phutei.i. phaetõtei dicerẽtur. At vt author est in fine eiusdẽ quarti Diodorus: Alceus nouitiis paulo ante res Troianas tẽporib⁹ seruiuit Euristheo:& illi tribuerẽt Græci gesta supioris. Nã ꝙ subegisse Alceũ Europę patrem:& posuisse gades fingitur:apertũ mendaciũ est:quia idem ægyptius Geriones & Europam superauit:inde reuersus ad Gades ibi obiit: & templo donatus fuit ab Hispanis:vt ait Berosus:quem Pomponius Mela secutus:in gadibus inquit opulentum est tẽplũ:in quo Herculis ægyptii ossa esse creduntur. DEABVS COGNOMINE GERA ET LOMNIMI: Vt locis suis dicemus. Deabus a Mauris:idem per interpretationẽ a græcis dicitur Chryseus:& a latinis aureus ob diuitias. Cognomẽ illi fuit Gera id est aduena. Nã ex Aphrica (vt ait Berosus) aduenit:Hispaniãq; occupauit. Successerunt huic tres filii: quos Hercules Libyus deuicit:qui a cognomine paterno Geriones:& a præfectura militiæ Lomnimi dicebantur:id est Phylarchę siue tribuum & gentium principes:vt interpretatur diu⁹ Hierony. libro de interpretationib⁹. Vt em̃ aiũt piti Talmudistæ Lomnimi deriuant̃ a dictione Aramea Lonia: id est phylarchia vel phylarcha. Vnde Etrusci Sagi Aramei: vt expositum in præcedentibus:vbi vrbs principatũ tenet:cum Chaldæis Loniam addunt: vt Babylonia Vetulonia: Populonia: id est Babel Phylarcha: Vetuletum Phylarcha:& puppium phylarcha:vti ostendimus in Annia quæstione.xxv. Nec te moueat ꝙ litera e in Babel vocabulo non seruetur:vt dicatur Babelonia:sed babylonia:quia in compositione sępe e mutatur in i. vbi non sequitur i. & etiam aufertur si e sequitur i vt Veilumbros: Neilum: Veterbum:Babeloniam: proferimus Vilumbros:Vilum:viterbum:Babyloniam. De Deabo autem & Gerionibus Lomnimis sic ait Diodorus in quinto libro. Vulgata erat per orbem fama:Chryseum (hoc enim nomẽ a diuitiis traxerat) qui vniuersæ Iberię imperaret:tres habere propugnatores filios cum robore corporis:tum armis egregios: exercitum præterea cuilibet fortissimorum militum esse. Hos Hercules ad singulare certamen prouocans sustulit. Non solum vero Græci quæ fuerunt ab ægyptio gesta cõtra Geriones voluerunt furari:sed vt leuitas eorum fingere conata est Alceo fuisse quinquaginta filios ex Atheniensib⁹ Tespiadibus:quorum primogenitus Sardus cum cæteris fratribus missi fuerunt ad colendam Sardiniam cum Iolao duce ac nepote Herculis:vbi inuenerunt iam insulam habitatã a Tuscis:vt Strabo in.v.libro scribit. Et vt græci securius mentirentur:mutauerunt a Tospi literam o in e.& dixerunt Tespiades. Nã aliter in furto deprehensi fuissent: quia vt Ptolemæus describit: Tospis regio:& Tospis lacus est in maiore Armenia sub monte Gordieo vbi Libyus ex quinquaginta puellis Arameis sustulit quinquaginta filios: a patria Tospiades dictos/acsi diceremus Viterbiades/& Vetuloniades. Quod profecto scelus & mendacium Græcanicum non passus Silius Italicus: asserit Sardos Libyci Herculis sanguine cretos/& non Alcei. Sic enim in.xii.libro asserit. Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Hercolis. Quare in sequẽtibus nõ per e sed o. Tospiades proferas & scribas vbi prosequitur dicens. Nec paruum decus/aducto cũ classe paterna Agmine Tospiadum/terris Iolae dedisti. Quare non inerudite hunc locum quidam in commentariis super Silium exposuit:& plures Hercules cum Cicerone distinguens:de Hercule ægyptio hunc locum a Silio decantatum asseruit. Hactenus de genealogiis primorum Heroum orbis. Nũc quid gestum sit a Noa siue Iano patre post diluuium ante auctum genus humanum & colonias missas per orbem:in tertio libro sequente Berosus exequitur.

Deabus Gera.

Lonia.

Tospis.

Finiuntur commentaria secundi libri Berosi.

Eiusdē Fratris Ioannis Annii cōmentaria super tertium librum Berosi incipiunt.

SVperiore libro Genealogias Berosus exposuit: nūc quid gestū sit a diluuio vsq ad colonias missas per orbem: enarrat. Et facit duo. Primo pmittit exordiolū. Secundo narrat. De primo sic scribit.



HAs igit principū atq Heroū origies atq posteritates abbreuiamus ex nrīs Chaldęis atq Scythicis libris: quo ad satis sit. Nā & multos alios memorię mandāt: quos qa vel nihil ad nostrā intentā accurtationē aut parū afferunt: ob id dimittimus: resumpturi illos vbi opus fuerit.

Respondet tacitę quęstioni: cur nō oēs primos ī genealogiis posuerit: quos in scriptis redegerunt Scythæ & Chaldęi: antiqtatū seruatores. Quia inquit aut nihil aut parū afferrent ad institutam abbreuiationem antiqtatum. Sat erit si ptermissi adducanť: vbi op⁹ fuerit. Deinde narrat quo pacto & vbi creuerit humanum genus. Secundo quid pater oīm hos duces docuerit. Tertio quid Titea ageret: & quo pacto alia cū ea Noa cognomina promeruerit. Quarto de cognominibus Cam. De primo itaq sic narrat.

Quo pacto exinanitus orbis fuerit coloniis & hoībus opplet⁹ dicēdū est. Exsiccata humo & torrefacta terra: Noa cū familia de monte Gordieo: vt par erat: descēdit in subiacētē planitiē plenā cadauerū: quā vsq ad hāc ætatē appellāt Myri Adā. i. euisceratorū hoīm: & iscripsit i lapide ī monumentum rē gestā: & vocant incolę locū: egressoriū Noę. Cōgressi vero cōiugibus: ppetuo geminos edebant marem & fœminā: q adulti & cōiuges effecti & ipsi binos partu liberos semp edebāt. Neq ei vnq de⁹ vel natura defuit necessitati q̄ ad vniuersi orbis spectat opulētiā. Eo pacto breui i imēsū adaucto hūano genere: omniq Armenia cōpleta opus erat eos inde recedere: atq nouas sibi sedes cōquirere.

Si quęris vbi saluatum sit gen⁹ humanum: in primo libro demonstratū fuit q in Armenia maiore monte Gordieo summitate iugi ei⁹ Ocilę: ī regione Myri Adā: in cui⁹ planitiē descēdit Noa: vbi dr̄ egressoriū Noæ a cōprouīcialib⁹: vt tā Berosus q̄ Iosephus in prio de ātiqtate Iudaica dicūt. Frater aūt Matthias olim puīcialis Armeniæ ordinis nrī: quē existēs prior Genuæ illū comi hospitio excepi: & a cui⁹ socio magro Georgio similiter Armeno: hanc Berosi deflorationē dono habui: interrogatus cū de multis: tū de egressorio Noę respondit adhuc vocari Aramea līgua Sale Noa. Diuus aūt Hieronym⁹ libro de interpretationib⁹ noīm: ait Sale interpretari egressus. Vnde & Antonin⁹ in Itinerario: & Cato & Myrsilus: locū in tractu vmbrię in Tuscia: vbi Galli Ianigenę veteres genuerūt Vmbros vocant Sale vmbrona: vocabulo prisco: id est egressoriū Vmbrorū: vti in cōmētariis super eosdē authores tetigim⁹: & in. v. huius libro adducemus. Locus aūt proprius vbi cōsedit & vrbē metropolim tandē ædificauit: fuit iuxta fluuiū Araxis: vt in primo libro exposuimus Moyses autem scribit Noam egressum: mox sacra deo: cū p liberatione & expiatione: tū pro futuro vitando diluuio fecisse: & ibi mādatū de gnīs humani multiplicatione accepisse. Vacauerunt autem gnationi vsq ad Phalecchi natiuitatē: quando diuisa est terra: anno centesimo primo: vt patet computanti Genesis. xi. ca. Causę aūt tam velocis multiplicationis plures assignantur. Primā Moyses exprimit dicens: quia deus benedixit Noæ & filiis eius atq

Myri adam

Sale Noa.

vxoribus. Hęc benedictio est multiplicationis: qua etiã Christus duos pisces & quiq; panes benedicens multiplicauit in cibũ quinq; milium hoĩm. Secunda causa est natura: quæ sicut non abundat superfluis: ita non deest in necessariis: vt ait Aristoteles in secundo de anima. Et has duas causas tangit Berosus: deum scilicet & naturam. Addit & tertiã: quia semper gemino partu maritũ a natura oriebatur genus humanũ. Quarta causa erat: quia nemo interibat: & viuebant nongentis & sexcentis annis. Itaq; breui sæculo: tota armenia referta hominibus & iumentis: nouas perquirere sedes coegit homines. His expositis: qua primores disciplina erudiuerit Noa: ita Berosus subdit dicens.

Tunc senissimus oĩm pater Noa: iã antea edoctos theologiã & sacros rit⁹ cœpit etiã eos erudire hũanã sapiẽtiã. Et qdẽ multa naturaliũ rerũ secreta mãdauit literis: q̃ solis sacerdotib⁹ Scythæ armeni cõmẽdãt. Neq;.n. fas ẽ illa: vlli inspicere aut legere vel docere q̃ solis sacerdotib⁹ & iter sacerdotes dũtaxat: sicut & quos rituales libros reliquit: ex qb⁹ illis primũ saga nomẽ fuit inditum id est sacerdotes & sacrificulus & pontifex. Saga.

In primo libro demonstrauimus longe ante Ninũ & ipsum diluuium fuisse literas: disciplinas: ritus & artes: ipsumq; Noã fuisse literatissimum inter phœnicas: superi⁹ expressum est. Deĩn Berosus ꝓsequit̃ de causis aliorũ cognominũ Noæ ac Tyth eæ vxoris ei⁹ dicens.

Docuit itẽ illos astrorũ cursus & distixit annũ ad cursum solis: &.xii.mẽses ad motũ lunæ: qua scientia ꝓdicebat illis ab initio qd in ãno & cardinib⁹ eius futurũ cõtingeret: ob q̃ illũ existimauer̃t diuinę naturę eẽ ꝑticipẽ: ac ꝓpterea illũ Olybama & arsa id est cælũ & solẽ cognoĩauer̃t: & illi plures ciuitates dedicauerũt. Nã & ad hæc tꝑa scythę armeni vrbes habẽt Olybama & arsa ratha: & eiuscemodi. Cumq; iuisset ad regẽdũ Kitĩ: quã nũc Italiã nominãt: desyderiũ sui reliqt armenis: ac ꝓpterea post mortẽ illũ arbitrati sũt i aĩam cęlestiũ corporũ tralatũ: & illi diuinos honores ipẽder̃t. Et ob id solũ hęc duo regna armenũ qdẽ q a ibi cœpit: Italicũ vero q a ibi finiuit & docuit & regnauit naturaliũ q; atq; diuinorũ q̃ eos erudiuit libros plenissime illis cõscriptos reliqt: illũ venerãtur simĩq; cognoĩant cœlũ: solẽ: chaos: semẽ mũdi: patrẽq; deorũ maiorũ & minorum: animã mũdi mouẽtẽ cælos & mixta vegetabiliaq; & aĩalia & hominẽ: deũ pacis: iustitiæ: sanctimoniæ: expellẽtem noxia & custodientem bona. Et ob hoc illũ vtręq; gẽtes signãt i scriptis cursu solis & motu lunæ: & sceptro dñii quo malos &

Hoc vltimo loco Berosus de tribus cognominibus ratiões tradit: Noa: Cam & Tythea. De Noa dicit φ fuit illi tributum cognomen Ianus a iain: quod apud Arameos & Hebræos sonat vinum: a quo Ianus id est vinifer & vinosus: quia primus vinum inuenit & inebriatus est: vt dicit Berosus: & supra insinuauit Propertius: & item Moyses Genesis cap.ix. vbi etiam Iain vinum Iani nominat: vbi nos habemus: Cum Noa euigilasset a vino. Cato etiam in fragmentis originum: & Fabius Pictor in de origine vrbis Romę dicunt Ianum dictum priscum Oenotriũ: quia inuenit vinũ & far ad religionẽ magis q̃ ad vsũ. Vnde & ipsi hæc in sacrificio ꝑlibãtur: vt etiã cum eis in primo de Fastis cõsentit Ouidi⁹ Cui argumento est: φ vsq; ad Mezentium Larthem Thuscia vix nisi in sacris vsa est vino: quia primus oĩm ex regibus Thuscis vinum iduxit Mezẽtius: qui vt.M.Varro author est: & Plinius refert in.xiiii.lib.naturalis historiæ ca.xvi. cum Etruriæ rex esset tulit auxiliũ Rutulis contra latinos vini mercede: quod tum in latino agro fuisset. Itaq; simplicẽ vini a Iano œnotrio vinoso inuẽti vsum: ad religionem ms

Ianus.

Kitĩ Ital

Oenotrius.
Ian⁹ q; vinũ inuenit.

gis q̃ ad potulẽtiã: vsq; ad Mezentium Larthẽ fuisse apud Hetruscos: constat Nam postmodum in vineis excolendis præualuerunt Etrusci Vetulonienses: inter quos ætate Aphricani Scipionis eruditior cæteris fuit Egilaus Vetulonus ex vico Vetuloniæ Vetulo: de quo Plinius in supradicto libro ait: ꝙ magnam gloriam in vineis excolendis adepti sunt duo: alter libertinꝰ Ancilius Steneleus in vineis agri Nomentani: alter autem Egilaus Vetulonus q etiã ĩ cãpano agro & Veliterno ipm Aphricani colebat exilium. Itaq; Noa pater Iani cognomentum habuit a vino ĩuento. Porro & Cęlum castratum a filio Saturno dicitur: vt hic dicit Berosus: & Talmudistę consentiũt & vt ait Diodorus in prĩo lib. Osiris in colũna sic ĩscripsit. Sum Osiris rex cui pater Saturnus fuit inter deos iunior cui Saturno generoso & pulchro: genꝰ & pater fuit non semen id est castratũ Cœlũ. Quod Gręci cuculi falso transtulerũt ad Apteram cretẽsiũ saturnũ quẽ fabulãt̃ testes execuisse prĩ q tñ floruit ferme sexcẽtis ãnis post Ianũ Cęlũ regẽ oĩm sẽpiternũ: vt in nr̃a emẽdata Chronographia ꝓbat̃. Hæc de cognomẽtis Iani duobꝰ: scilicet Ianꝰ & Cælũ nõ semẽ siue castratũ cœlũ. Nũc de cognomẽtis Cã dicendũ est. Dictꝰ est Cã Cameses: Zoroastes: Saturnꝰ. Cam libidinosum & calidæ naturæ interp̃tant̃ Hebręi: Enuus vero ꝓpagator: & incubus dr̃. Vñ latini Enuum Inuũ dicunt teste Seruio sup. vi. ęneidos: ibi Vrbsq; Fidenę castrumq; Inui. Et ĩ aliis libris similiter. Ait. n. eũdẽ eẽ Syluanũ: Pana Inuũ: ab ineũdo: ĩcubũ dictũ: eo ꝙ passim cũ hoĩbꝰ & brutis cõgrederet̃. Verũ Esen infamis dr̃ triplici ĩfamia. Prĩa ꝙ Zoroast idẽ magus eẽt. Scd̃o qa patrẽ nõ semẽ reddidisset: q̃ duo ad ĩpietatẽ ptinẽt. Tertio: qa ĩfamis ꝑmiscua libidine esset. Addit & q̃rtũ scelꝰ Diodorus Siculus ĩ. iiii. lib. dicẽs: ꝙ primo Cælo regi oĩm sempiterno fuerũt duo

Cœlum.

Cam Cameses. &c.

Inuus.

Zoroast.

noxios expellebat a cœtu hoĩm: & castimonia corpis & sc̃timonia animi: duabꝰ clauibꝰ religiõis & felicitatis. Neq; minꝰ tytheam q̃ mr̃ oĩm erat: Aretiã. i. terrã vocabãt & Estã. i. ignẽ post mortẽ cognoĩauerũt: qa ipa regia sacroꝝ fuerat: & puellas docuerat sẽpiternũ ignẽ sacroꝝ ĩextictũ seruar̃. Cęteꝝ Noa anteq̃ discederet ab armenia docuit illos simplicem agriculturã: magis curãs religionẽ & mores q̃ opulẽtiã & delitias q̃ ad illicita & libidĩes ꝓuocãt & cęlestiũ irã nup ĩduxerãt. Primus tamen oĩm ĩuenit vites atq; plantauit & vinum conficere docuit: cuius vim inexptus & vaporẽ ebrĩꝰ effectꝰ minꝰ pudice ĩ terram cecidit. Erat illi vt diximꝰ filius ex tribꝰ p̃ris adolescẽtior chẽ: q sẽꝑ magicę & veneficę studẽs: Zoroast nomẽ cõsequutus erat. Is p̃rem Noã odio habebat: qa alios vltio genitos ardẽtiꝰ amabat: se vero despici videbat. Potissime vero idẽ ĩfensus erat p̃ri ob vitia. Itaq; nactꝰ opportũitatẽ cũ Noa p̃r madidꝰ iaceret: illiꝰ virilia cõphẽdẽs tacitẽq; submurmurãs: carmĩe magico p̃ri illusit: simĩ & illũ sterilẽ ꝑide atq; castratũ effecit: neq; deĩceps noa fœmellã aliquã fœcũdar̃ potuit. Ob bñficiũ ĩuẽtæ vitis & vini dignatꝰ ẽ cognomẽto Iano qd̃ arameis sonat vitifer & vinifer. At vero chẽ cũ publice corrũperet mortale genꝰ asserẽs & re ipa exequẽs cõgrediẽdũ eẽ vt añ ĩũdationẽ: cũ mr̃ibꝰ: sororibꝰ: filiabꝰ: mascul̃: brutis & quouis alio gñe: ob hoc eiectꝰ a iano piissimo & castimõia atq; pudicitia refertissimo: sortitꝰ ẽ cognomẽtũ Chẽ esenua. i. Chẽ infamis & impudicus: incubus: ꝓpagator. Est. n. Esen apud Scythas arameos infamis & impudicus. Enua vero tũ impudicꝰ: tũ ꝓpagator. Eũ iter homines huiꝰ dogmatis sequuti fuerũt ęgyptii: qui sibi illũ

suũ saturnũ iter deos adolescẽtiorẽ fecer̃t & ciuitatẽ illi posuerũt dictã Chẽ Myn: a q̃ ad hãc ętatẽ oẽs ciues illius appellamus Chẽmenitas. Verũ posteri hoc vitiosũ dogma neglexer̃t: retẽto qđ fuit primi moris vt iter fr̃es & sorores cõiugiũ iniri posset. primores filii: Atlas q in Mauritania periit: & Saturn⁹ q regnauit ĩ Libya Sicilia & Italia: suprema impietate & auaritia p̃dit⁹. Quare vere Cã Itali scriptores cognoĩant veteri ligua Cã Esem.i.Cã infamẽ: q p cõpositionem dr̃ ab Etruscis & latinis Cameses: ac pp̃terea corruptor hũani gñis: vt ait Berosus. ęgyptii pferũt Camesenuũ.i.Cã Syluanũ siue pana suũ ĩfamẽ. Vñ Diodor⁹ Sicul⁹ ĩ prio li.dicit φ ægyppii pani suo ędificauerũt totã vrbẽ: quã ab eo Chẽ Myn.i.panos vrbẽ dicunt. Est eñ apđ ægyptios Myn: mãsio siue tabernacula: & vrbs. Chẽ vero nomẽ ppriũ ẽ Cã. Eãdẽ Chã Myn Dauid ĩ psal.lxxvii.&.ciiii.interp̃tat̃ terrã Cã: & tabernacula Cam: qa vt exponũt hebręi & catholici primus coluit ęgyptũ: & ideo fuit eorũ Inu⁹ siue pan & ppagator. Et quia Cæli fili⁹: ideo Saturn⁹ ægyptiorũ: licet Diodorus in primo genealogiã Osiridis dicat fuisse: qa illi pr̃ Saturn⁹: Saturno vero pr̃ fuit Sol vel Vulcan⁹. Sed hoc nõ obstat: qa ibidẽ dicit: φ Saturno fuit pr̃: nõ semẽ.i.Cælũ castratum: & ĩ.iiii.φ Saturno ĩpio pater fuit Cœlũ: frater Atlas Maurus: qđ & Berosus exprimit Qui etiã Cælũ Ian⁹ dict⁹ est sol: vt in p̃missis oñdimus: & itẽ Vulcanus qa ignẽ primũ cęlestẽ collegit: vti Diodorus insinuat: & cũ eo holocausta obtulit: vt etiã Moyses cõsentit: & ipsum p memoria & sacris habendis ĩ ppetuũ ac iugẽ Ian⁹ & Tythea seruauit: & ob id prima & magna Cybeles.i.regina sacrorũ: & Vesta.i.cœlestis emissus & acceptus ac seruat⁹ ignis & flãma cognoĩata est: dicẽte Ouidio ĩ.vi.Fastorũ: & Beroso cõsentiente his verbis. Nec tu aliud Vestã q̃ purã intellige flãmã. Nataq; de flãma corpora nulla vides. Iure igitur virgo est q̃ semina nulla remittit: Nec capit: & comites virginitatibus habet. Et notandum est: vt aiunt periti Talmudistę: φ apud Arameos Esta a quo Vesta: significat ignẽ & flammã a quo græci ęstomæ verbũ habẽt: qa prius fuit illis ppago Barbara q̃ gręca. Græciam eñ incoluerũt prius Barbari: & ob id multa illis barbarorũ vocabula manẽt: vt significat Strabo ĩ Geographia Græcię. Hanc æstã.i.flãmã & ignẽ iugẽ atq; ppetuũ: quẽ Ian⁹ & Tythea voluerũt a virginib⁹ seruari: deus iussit Moysi vt sacerdotes hebræi nutrirẽt dicẽs: ignis ĩ altari meo semper ardebit: quẽ sacerdotes enutrirẽt iugiter. Christianis eadẽ religio est: q vti Noa/opposita cristallo/vel phiala aquę plena: radio solari ignẽ cœlestẽ ex parte opposita cõceptũ: vti sacrũ in sabbato sancto excipiũt: & ex eo ignẽ accẽdũt: quẽ sacrãt: & ex eo cęreos accẽdũt: & iugẽ p toto anno lampadẽ ante corpus sanctissimum Christi nutriũt. Quod iam ferme quĩquaginta annis in hoc templo sanctæ Mariæ ad Gradus: & cõuentu meo Viterbensi: obseruatum vidi: & a maioribus traditũ audiui. Hæc de cognoĩe Vesta. De Aretia vero: quia sicut terra cum cęlo cuncta gignit: ita Tythea cum cœlo Iano cunctos mortales ediderit: supra etiã exposuim⁹. Diodorus quoq; in.iiii.lib.sic habet. Cælum ex vxoribus ferunt filios suscepisse quinq; & quadraginta. Horũ decẽ & septem ex Tythea ortos: pprio noĩe singulos: communi aũt oẽs a matre appellauit Tythanas: Tytheã vero prudẽtia p̃ditam: cũ plurimũ mortalibus pfuisset: ab eis post obitũ deificatam terramq; fuisse cognoĩatam scribunt. Hæc Diodorus. Ouidius vero ĩ.vi.de Fastis dicit Vestam terram dictam a proprietate qua terra stat vi ppria mater oĩm. Sic eñ dicit. Stat vi terra sua: vi stando Vesta vocat̃. Aramee aũt terra/et similiter hebraice dicitur Aretia: a cuius nomine Ianus cõdidit Thusciæ Aretiũ: vnã ex primis.xii.vrbib⁹ ab eo cõditis: vt oñdim⁹ ĩ cõmẽtariis sup fragmẽta Catonis. De vrbe vero filiorũ Tytheæ.i.Tythanũ in ęgypto: in cõmentariis supra Xenophõtẽ de æquiuocis & in præcedentibus huius operis diximus.

Cam Cameses. Myn. Vesta. Hesta. Ignis e radiis. Aretia. Cæli filii.

Finiũt cõmentaria tertii libri super Berosum.

Eiusdẽ fratris Ioannis Annii cõmentaria super quartum Berosi incipiũt.

DE cognominibus & eorũ rationibus iam Berosus expediuit tertiũ librũ: in hoc q̃rto de antiq̃tatibus regnorũ in cõmuni tractat. Et primo dicit de diuisione principali totius orbis: q̃bus tres primores filios Ianus præfecit: dicens.



MVltiplicatũ est in imensum gen⁹ hũanũ: & ad cõpãdas nouas sedes necessitas cõpellebat. Tũ Ian⁹ p̃r adhortat⁹ ẽ hoĩes pricipes ad q̃rẽdas nouas sedes & cõem cœtũ iter hoĩes agẽdum: & ędificãdãs vrbes. Designauit itaq̃ illas tres p̃tes orbis Asiã Aphricã & Europã: vt añ diluuiũ viderat. Sigulis aũt his pricipib⁹ singłas p̃tes ad q̃s irẽt p̃tit⁹: ip̃e per totum orbem colonias se traducturũ pollicitus est.

Nõ capiebat igit̃ prisca Scythia viros adauctos: q post diluuiũ pauci numero p̃pter ignobilitatẽ cõsederãt iuxta fluuiũ Araxim: vt significat Diodor⁹ in. iii. lib. Et ĩ quarto scribit Cęlũ regẽ oĩm sempiternũ: hoĩes pridẽ p agros dispsos ab inculta & ferina vita: ad cætum cõmunẽ & mitiorẽ vitã: & vrbes cõdẽdas reuocasse. Hoc aũt egit vocatis ducibus & diuisa terra ĩ Asiam Aphricã: & Europã: vti añ inũdationẽ viderat. Quare inundatio nõ multum immutauerat faciẽ orbis: quã recognouit. Facta ẽ aũt hęc p̃ria diuisio in tres p̃tes ãno p̃rio natiuitatis ducis Phalech: vt sctũs Moyses scribit Geñ. x. &. xi. cap. vbi supputat a Sem post diluuium vsq̃ ad Phalech annos cẽtũ. Ergo centesimo anno post diluuiũ diuisit tribus filiis terrã. Et (vt aiunt Hebręi & Catholici authores) Sem pręfecit Asię: Cam ægypto & Aphricæ: cuius metropolis fuit Chẽ Myn: vt in p̃cedẽte libro exposuimus. Iapetũ vero q & Atlas Maurus dict⁹ est: q̃ obierit ĩ Mauritania: vt Diodorus in. iiii. insinuat pręfecit Europæ: ipse toti orbi p̃fuit: dicẽte eodẽ Iano apđ Ouidiũ. Me penes est vnũ vasti custodia mundi. Author ẽ Aristoteles: vsus Homeri testimonio in p̃rio Politicorũ p̃ricipio gẽtes & deos ab vno rege cœptos: regi: & in familiis senissimũ quęq̃ regem fuisse. Ergo docuit principes coloniarũ senissim⁹ cosmographiã: quam viderat ante diluuiũ: vt sciret quisq̃ in quem locum suas colonias ducturus esset. Eo tempore vt Phylo Hebræus de multiplicato humano genere tradit: ipse cum tribus filiis & multis coloniis in pontum venit: & ratibus circum lustrauit omne mare mediterraneum: ostendẽs primo Sem litus omne Asiaticum a Tanai per Bosphorũ vsq̃ ad Nilum Aegypti: & Camesi a Nilo littus Aphricæ vsq̃ in angustias oceani & Gadium. Iapeto autem omne littus Europę a Gadibus vsq̃ Tanaim. Et singulis prouinciis circa littus dimisit primas colonias. Et decennio postq̃ a Tanai discesserat in eundem locum rediit: lustrato mari: & primis coloniis positis: & reuersus in Scythiam: ordinabat alias colonias. Quæ dicit Phylo conueniunt ei: quod ait Cornelius Tacitus de situ & moribus Germanorum: dicens priscos cum nouas sedes quęrerent: non terrestri itinere: sed mari ratibus aduectos fuisse. Consentit & de aduentu primo Iani aduecti rate in Vaticanũ quod scribit Cato in secundo fragmento: dicens post opinionem de origine gentium. Siue inquit mundum existimes sempiternum: vt Chaldæi: siue initium ex tempore sortitum: vt Phœnices: siue ante Ninum annis circiter ducentis quinquaginta quibus durauit aureum sæculum: inundatas fuisse terras: semp Scythis tribuit̃ principatus originis. Ex his aiunt venisse Ianum cũ Dyrim & Gallis p̃genitoribus Vmbrorũ: & rate cũ coloniis per Tyberim vectũ: tenuisse ad læuũ lat⁹ Etruriã: primasq̃ in vaticanũ & Ianiculum exposuisse colonias Hæc a nobis copiose exposita fuerũt sup fragmenta eiusdem Catonis: Ex his patet primas

Diuisio terrę q̃ñ facta

Iapetus. Atlas Maurus.

colonias Italiæ in Hetruria positas: in primo aduẽtu Iani post diluuiũ anno ferme cẽtesimo octauo & aureo sæculo: vt oẽs canunt. Qđ & nos in chronographia Hetrusca signauimus. His expositis Berosus de prima antiquitate suę patrię incipit explanare sic dicens. Colonię primę Italię.

Itaq; Nymbrotũ creauit Babylonię saturnũ primũ: vt ibi primũ ædificaret cũ coloniis suis. Quare Nymbrotus assumpto filio Ioue Belo cũ coloniis furat9 est rituales iouis sagi: & cũ poplo venit ĩ cãpũ Sẽnaar vbi designauit vrbẽ & fundauit maximam turrim ãno salutis ab aquis cẽtesimo trigesimo primo: regnauitq; ãnis. lvi. & deduxit turrim ad altitudinẽ & magnitudinẽ montiũ: ĩ signũ atq; monumẽtũ: ꝙ prim9 in orbe terrarũ est popul9 babylonic9: & regnũ regnorũ dici debet. Ergo ab eo exordiemur: & per ipm mẽsurabimus oĩa regna & eorũ reges ac tpa: abbreuiãdo illa in hũc modũ.

Quęrũt plures an ante Babyloniã fuerint aliæ vrbes. & qđe ante diluuiũ fuerũt Enos: vt ĩ pricipio dixit Berosus: & itẽ Ioppe de qua Plini9 in. v. naturalis historiæ & Solinus in collectaneis aiũt ꝙ Ioppe est antiqssima ĩ toto orbe: vt quę ante diluuiũ fuit cõdita. Post diluuiũ vero ãno cẽtesimo ꝑ totũ sequẽs decẽniũ cõditę sunt primæ colonię singularũ ꝓuiciarũ littoreaꝝ vt dixim9. Babylonia vero cũ post diluuiũ designata fuerit anno. cxxxi. vt dicit: patet ꝙ nõ fuit pria quo ad tẽpus: sed dignitate ędificii & libidinis dominãdi. vt oẽs notãt. De ea narrãt oẽs historici nõ solum Moyses & Hebręi: sed etiã Gẽtiles: de quo Iosephus in primo de antiqtate iudaica: de turri (inqt) Babylonię & diuersis vocib9 hoĩm: etiã Sybilla meminit dicẽs. cũ oẽs hoĩes vni9 vocis existerẽt: qdã turrim ędificauerũt excelsam tanq̃ ascẽsiuã ꝑ eã ad cælũ. Dii vero vẽtos immittẽtes euerterũt turrẽ: & vocẽ ꝓpriã vnicuiq; partiti sunt: & ꝓpterea Babel cõtigit vocari ciuitatẽ. De cãpo vero Sennaar in religiõe Babylonis: meminit Hestius ita dicẽs. Qui vero de sacerdotib9 fuerũt erepti: Iouis sacra sumentes: in Sẽnaar Babylonis venerũt: diuisiq; post hęc diuersitate linguarũ ꝑ generatiões suas tenuerũt loca maritima simul & mediterranea. Hũc eũdẽ locũ Hestii ꝓducit Petr9 Comestor ĩ historiis scholasticis. Addit Berosus: se velle mẽsurare: id est quo tpe cœꝑerũt regna ab cõdita Babylonia: qa tẽpora Monarchię Assyriorũ certissima sunt & reges: q̃uis mẽtiatˀ Babyloniã fuisse primã post diluuiũ dicens. Ioppe. Babel.

Anno. c. xxxi. a salute ab aquis prima oĩm gẽtiũ & ciuitatũ fundata est a Saturno babylonico nostro vrbs & gẽs nostra Babylonica: mltiplicataq; est nimis numero posteritatis: magisq; studuit paci & religioni Saturnus deorũ q̃ opulẽtiis. Et turrim quidẽ ædificauit sed non cõpleuit: nec designatã vrbẽ fundauit quia post quinquaginta sex annos subito nõ cõparuit trãslatus a diis.

Dignitate nõ tẽpore prima fuit Babylonia. Saturn9 eius studuit paci & religioni: quia tũc florebat prima aurea ætas quę cũ primis hoĩb9 sata est: vt significat Ouidius in primo Metamorphoseos: & Fabius pictor: & Cato: in quorũ cõmẽtariis plura de aureo sęculo explanauim9. Admonitus quoq; diuina plaga in cõfusione turris substitit magis q̃ ab ĩpietate destitit: cũ aĩo esset sacrilegus & tyrãnus. Vñ dř subito nõ cõparuisse trãslat9 a diis: id est iustis principib9 clam discerptus. Nã & simile dicitˀ de Aenea & Romulo & aliis clam discerptis ꝙ subito non cõparuerint in deos relati. Prouĩcia Sennaar Chaldęa: est pars ꝓuincię Babylonię: quã Gręci & Latini vocãt Mesopotamiã. Hebręi vero Aram fluuiorum quia iacet media inter Tygrim & Euphratẽ. In ea regione nat9 est Habraam ducẽtesimo no Babyloniã Saturn9 ędificauit. Sennaar Mesopotamia.

nagesimosecũdo post diluuium anno: vt supputat Moyses Genes.xi.caplo. Ortus est autem
Vr coa. in ciuitate Vr Coa id est Chaldæa. Quã enim latini & Græci proferunt Vr Chaldæorum: eandem Aramei: Vr Coa /dicunt: & Hebręi Vr casdi. Vnde Ptolemæus in Geographia vocat eam Vr coa: & Moyses Vr Chaldęorum: dicẽs Genesis caplo.xi. Tare genuit Habraam & Aram qui mortuus est in terra natiuitatis suæ Vr Chaldęorum: Tulit autem Tare Habraam filium suũ & Loth & Sarai: & eduxit eos de Vr Chaldęorum. Qui ergo dicũt Vr ibi
Vr. accipi pro igne: & sine certo authore aut ratione dicũt Habraam fuisse proiectum in ignem hi profecto somniant: & eadem facilitate contemnit: quo profertur hęc fabula. Igitur Berosus posito fundamento regni Babyloniæ ac tempore: subinfert quas colonias in quas prouincias Ianus misit dicens in cõmuni.

Ab exordio huius Ianus pater misit in ęgyptũ cũ coloniis Chemesenuũ: in Libyã vero & Cyrenẽ: Tritonẽ: & in totã reliquam Aphricã Iapetũ priscum atalaa. In Asiam oriẽtalẽ misit Gãgẽ cũ aliquot ex filiis Comeri Galli. In Arabiam Felicẽ Sabum: cognomine Turiferũ. Arabũ pręfecit Arabię desertæ: & Petreium: Petreiæ. Canam posuit a damasco vsq in extima Palęstinæ. In Europa regem sarmatiæ fecit Tuysconem a Tanai ad Rhenũ: iunctiq sunt illi oẽs filii istri & Mesæ cum fratrib9 suis ab adula mõte vsq in Mesembericã põticã. Sub his tenuerũt Tyras: Arcadius: Emathi9. Italiã tenuit Comerus gallus. Samotes possedit Celtas: & Iubal occupauit celtiberos.

Ab exordio cõditę Babyloniæ cœpit ex Scythia mittere colonias scilicet nouas per alios duces. Nam ante Babyloniam p omnia littora ipse relique rat: vt supra dixim9. Et Camesem misit in Aegyptũ & Aphricã. Sed sedem regiã in Aegypto Cãmin habuit vt supra exposuimus. Substituit autẽ ei pro Aphrica duos duces: Tritonẽ &
Triton. Iapetũ. Triton tenuit Libyã & Cyrenẽ atq Numidiã: in qua vt Ptolemę9 describit & historici testant: est lacus & fluui9 Triton: ab eo dictus: & insula Tritonidis: vbi Dionysi9 Tritonis
Palatua Minerua. Nepos fuit clam nutrit9: & Palatua Minerua Tritonidis exposita: vt Diodorus in.iiii.memorat & alii consentiunt. Gręci vero vt nulla pars esset i orbe: a qua nõ subriperẽt: falso tamen alioꝝ gesta: etiã sibi Tritonida finxerunt & Dionysia. Libya autem olim pars Aegypti Marmaricę erat: licet Ptolemæus distin-
Ceres. guat. Cui argumẽto est: ꝙ Isis siue Ceres ægyptia frugifera legifera dicta fuit: vt Diodorus in primo scribit ex historia Aegyptia: & eã docuisse in Italia molere: ac panes cõficere cũ antea glande vescerent: etiã Plinius asserit in.vii.naturalis historię: ca. vltimo. Et tamẽ Festus eã in cãpũ Romę Argeũ aduexisse primũ fruges ex Libya dixit: quia est pars Aegypti. Similiter & Camesem siue Saturnũ filiũ regis sempiterni oĩm Cęli qui regnauit in Aegypto: eũdem etiã regnasse in Italia: Sicilia: & Libya scribit Diodor9 in.iiii.li. Sed difficile videt qd Berosus ait Iapetũ Atlantẽ substitutũ fuisse Camesi in Aphrica: cũ ei principat9 totius Europę obuenerit & maior natu q̃ Cameses fuerit. Sed dicendũ est ꝙ substitutũ hic appellauit Bero-
Iapetus. sus extraordinariũ ducẽ ad auxiliandũ in coloniis. Quare Iapet9 duxit colonias in Aphricã
Comeri. ex filiis primogeniti sui Comeri. Vnde ad hãc ętatẽ Hispani magnã partẽ ex pplis Aphricę
Ganges. vocãt Comeros. Hęc de origine Aphricæ in cõmuni. De Asia dicit: ꝙ Ianus misit Gangẽ cũ aliquot ex filiis Comeri in Asiã oriẽtalẽ. Ptolemęus quoq Comeros populos & Comeras vrbis in Bactris & India notat cũ aliis geographis. Ganges nomẽ suũ reliquit fluuio maximo: de quo Iuuenalis in Satyra. Omnibus in terris quę sunt a Gadibus vsq Aurorm & Gangẽ. Circa hũc fluuiũ Gangas colonias retinuisse nomen vsq ad magnũ Alexandrum: Curtius

libro nono indicat. De hoc fluuio Seneca de situ Indiæ. Ganges inquit per Indiã fluit nouem alueis: sicut Nilus septẽ: dicẽte Vergilio in nono æneid. Ceu nouẽ surgẽs sedatis amnibus altus per tacitũ Ganges. De Arabia sciendũ est vt Ptolemæus in Geographia & alii dicũt ꝙ tres sunt Arabiæ: Felix vnde thus venit: & ob id thurifera dicitur. Inde deserta. Tertia Petreia vbi metropolis Petra de qua Esaias. Emitte agnum domine dominatorẽ terrę de petra deserti ad montẽ filiæ Sion. Omnẽ aũt partẽ Phœniciæ a Damasco vsq̧ Gazã extremã vrbẽ Palęstinorũ: dedit Canę filio Camesis. Vnde diuinę literæ atq̧ Hebręi hanc phœniciã a primo coloniarũ duce vocant terrã Canaã: a repromissione vero facta Arabię: terrã promissionis. In qua prouincię sunt Damascena: Galilęa: Samaria: Iudęa: Palæstina & Idumęa. Hactenus de prisca antiquitate Asiæ. nũc de antiquitate Europę post cõditã Babyloniã, sequitur. Tuyscon inquit dux fuit Sarmatũ a Rheno ad Tanaim. Hi antea Scythæ reputati sunt: dicente Plinio in .iiii. naturalis hist. Scytharũ nomen vsq̧ in Sarmatas & Germanos transiit. Nam Germania dicta est sub Romanis: teste Cornelio Tacito de situ & moribus Germanorum. Est autẽ Germania ꝓprie a Rheno amne qui diuidit Gallos a germanis: vsq̧ ad sequẽtem Vistulã fluuiũ qui interfluit Cracouiã metropolim Polonię: quẽ ipsi vocant Visclam. Germania tota in quinq̧ genera diuidit̃: vt ait Plini⁹ in .iiii. naturalis historię. cap. xv. Genera inquit germanoꝝ sunt quinq̧. Primũ Vandali: quorũ partes sunt Burgũdiones: Varrinę: Catinni: Guttones. Secũdum genus Ingheuones: quorũ pars sunt Cymbri: & Teutoni a Caucoum gẽte. Proximi autẽ rheno Isteuones: quorũ pars sunt Cymbri mediterranei. Tertiũ genus hi sunt quib⁹ prope sunt quarti generis Herminones: quorũ pars sunt Sueui: Hermũduri: Catti: Cherusi. Quintũ genus sunt Peuccini: Basternę. Sed hęc diuisio Pliniana vera est de Germanię parte vicina gelido & glaciali oceano. Nã plures alias gentes cõtinet: vt patet in Ptolemęo. Porro a Vistula Cracouię vsq̧ Boriscũ fluuiũ & Ripheos mõtes: proprie Sarmatę in Europa sunt. Riphei montes dicti a duce Ripheo filio Comeri quem Moyses vocat Riphat. Sarmatæ vero a Sarmate filio Istri. Moyses vero vocat Ictan & asarmauet: quos Berosus dicit Istrum & Sarmatem. Hos græci vocant Sauromatas. Porro qui trãs Ripheos montes & amnẽ Boriscũ extẽduntur ad Tanaim: & paludẽ Męotidẽ: & Tauricã Chersonesum: vt patet in octaua Europę Ptolemęi tabula: his tantum remanet nomẽ Scythiæ in Europa: vti etiã significat Plinius lib. iiii. naturalis historiæ: ca. xiii. Scytharũ inquit nomẽ vsq̧ quaq̧ transit in Sarmatas atq̧ Germanos: nec aliis ista durauit prisca appellatio: q̃ qui sunt extremi harum gentiũ: & ignoti ꝓpe cęteris mortalib⁹ degũt. Qđ vero addit Berosus: ꝙ his iuncti sunt oẽs filii Istri ac Męsę ab Adula monte vsq̧ in Mesembriã Ponticam: etiã noĩa locis extantia indicãt: vt patet in Geographia Ptolemęi tabula. v. & . ix. Europę. Adula mons dicit̃ ab Adula duce filio Istri: quem Adurã Moyses vocat: & est mons supra Niceam: cuius terminus est inter Galliam & Germaniã nõ procul lacu cõstantiensi. In his viciniis sunt fontes Istri: qui teste Plinio in .iiii. naturalis histo. ca. xiii. oritur in Germanię iugis Norię ex aduerso oppidi Gallorũ Scanri: qui & Danubius dicit̃: & cũ primũ in Illyricũ venit dicit̃ Ister: ac per innumeras lapsus gẽtes sex ostiis in pontũ defluit. Est igitur binominis dicente etiam Ouidio in primo lib. de ponto. Ripæ vicina binominis Istri. Nomen Ister tenet a duce. Mons Adula immensa terrarum spatia in lõgitudine metitur: diuersisq̧ locis diuersa sortitur nomina. Trans montis ad superum septentrionem longitudinem in Ptolemęo adhuc inuenies Mœseos a Mœsa: q Mœsiis duabus ĩperauit superiori & inferiori: quas nũc vocãt Valachias alterã altam: alterã bassam. Quidã scribunt Mysiam: rectiusq̧ Plinius in .iii. naturalis historiæ Mœsiã. Inferior Valachia siue Mœsia pontica in Ptolemæo tenet Tyraspolim a Tyras filio Iapeti: & Istropolim ab Istro duce: & Tybiscã a Tybo filio Istri. Inferior Mœsia: cõtinet Bosinenses & Valachos bassos: & Dedanos a Dedano Curete: quã regionẽ Dedaniam posteri

Marginalia: Arabię tres (beside "tres sunt Arabiæ"); Promissionis terra. (beside "terrã promissionis"); Tuyscon. (beside "Tuyscon inquit"); Sarmatæ (beside "Sarmatę in Europa sunt"); Riphei. (beside "Riphat"); Adula. (beside "Adula mons"); Ister. (beside "fontes Istri"); Valachiæ Mœsię. (beside "Valachias")

Pannoniæ. corrupte Dardaniam protulerunt. Sequuntur duæ Bannonię: quas vulgo Vngarias: latine Pannonias dicimus mutata b in p. Phis ex filiis Istri & nepotibus scribit Ptolemęus nomina locorũ. Saum fluuium: Salinum a Sala: Azalos populos & a fratre eius Albine Albanũ montem. Porro cis longitudinem montis Adulę vsq; Mesembriam inuenies Meseos Lyburnos a

Dalmatia Salona. Mesa duce. Iader coloniam: ab Iader filio Istri. Cis montem Mesam inuenies Dalmatiam a Dalmatad filio Istri: & Dicliotæ a Dicla filio Istri. Salona a Sale filio Istri. Sequitur Emathia ab Emathio filio Camesis: de qua Lucanus in principio: Bella inquit per Emathios plusq̃ ci-

Macedonia Epirus. Thracia. uilia campos. Ea postea Macedonia dicta est a filio Osiridis: vt Diodorus author est in primo lib. Epirus a filio Istri dicitur. Inuenimus non solũ Istrum nomen Chaldęum: sed & Mosaicum Ictim: promontorium ab Ictam qui & Ister. Deinde sequitur Thracia quasi Tyracia a Tyras filio Iapeti: vsq; vrbem in fine montis: quam græci Mesembriã: Berosus Mœsemberiam: Philo Mese Sepharan: Moyses vero Sepharan vocat Geñ. decimo cap. De Comero in

Mesi. sequentibus dicetur cum ducibus Tubal & Samote. Hoc tamen velim admonitũ esse lectorem quosdam dicere Mesos esse: quos Bulgaros vulgus nuncupat. Quod profecto esse falsum testimonio Danubii cõprobatur. Ostia enim ei[9] sunt in Mœsia: vt Ptolemæus & alii do-

Valachi. cent. Cæterum Valachi & non Bulgari tenent Ostia Danubii. Sunt igitur Mœsii quos Valachos dicimus: & non Bulgari. Sed de his hactenus: dicturi de his & aliis qui mutauerunt nomina si tempus quãdoq; dabitur. Nunc de fine quarti libri Berosi prosequendum est: de quo ita dicit: atq; concludit.

Hi sunt qui egressi sunt post Nymbrotũ: singuli cũ familiis & coloniis suis: relinquẽtes noia sua locis in signũ expeditiõis a Iano patre cõmissę: & ad monumẽtum posteris vt scirẽt quis eorũ fuerit conditor. Hi iuxta mãdatũ Iani coloniis turri cõstructa ꝑ metropoli: ipsi in veiis & cauernis casas habebãt. Solus noster Saturn[9] idcirco excessit mandatũ: qa vrbẽ vrbiũ & regnũ regnorũ voluit eẽ Babyloniã. Rursus his tẽporib[9] Ianus cũ oẽs ĩ colonias missi abiuissent: eos q remãserãt bip̃titus est. Nã secũ retinuit filios plurimos quos post salutẽ ab aquis genuit: & itẽ maximã gẽtiũ multitudinẽ quũ secũ in colonias cõductur[9] erat. Scytha cũ matre sua Araxa & aliquot coloniis q Armeniã incolerẽt: rex prim[9] relict[9] est cõstituto sũmo põtifice Sabbatio saga ab Armenia vsq; in Bactrianos: quę lõgitudo a nobis ad hãc ætatẽ vocat̃ Scythia saga. Postremus oĩm ipse Ianus ab Armenia ꝑ orbẽ colonias seminaturus: egressus est. Hæc nr̃i maiores multis libris tradiderũt

Post Nymbrotũ dicit supradictos duces iuisse ad loca sibi assignata. Nã antea Ian[9] ipe loca exploratur[9] circũ litora mediterranea colonias posuerat vt supra exposuim[9]. Mẽoratu vero dignũ est: qđ subdit: singulos duces ĩpo suisse noia sua locis: q̃ tenuerũt: scilicet mõtibus: fluminib[9]: & vrbib[9]. Vnde Hieronymus in cõmẽtario sup Genesim: & Eusebius de vocabulis gentiũ Iapetus inquiũt tenuit in Asia & Europa. In Asia quidẽ tenuit ab Amano Tauroq; mõtib[9] Syrię ac Cilicię vsq; Tanaim. In Europa vero totũ tenuit a Tanai ad Gadirã: relinquẽs locis ac gẽtibus vocabula: ex q̃bus quędã mutata sunt a posteris: alia permanẽt vt

Tres causæ imponẽdorum noĩm. fuerũt. Hęc dicti authores. Trib[9] aũt ex causis ĩposuerũt noĩa gẽtibus & locis. Primã & secũdã ponit Berosus in litera. Et ideo argumẽtũ a nominib[9] vetustis gentiũ & locorũ: est validius quocũq; authore: quia authores quãdoq; fallunt & fallũt: nõ aũt nomẽ impositũ. Et ideo Liui[9] in quĩto ab vrbe cõdita: q̃q̃ multos haberet authores asserẽtes Thuscos ĩꝑasse toti italiæ

Nunc de temporibus eorum ac posteritatibus dicemus: iuxta id qđ in nostra chaldaica & primordiali scythica historia fideli memoria conseruatum est.

solo tamē nomine Turreno imposito toti circa Italiam mari: pro validiore authoribus argumēto vsus est dicēs. Mari supero & infero: quib9 Italia insulę modo cingit: terra mariq₃ Thusci quantū potuerint: nomina sunt argumento: ꝙ alterū Thuscum cōmuni vocabulo gētis: alterum Atriaticum ab Atria Thuscorū colonia vocauere Italicæ gentes. Gręci eadē Turrhenū atq₃ Atriaticū vocāt. Tertia ratio imponēdi nomina est: ad fulgorem & memoriā eorum & pręcedentiū maiorū: vti Lactātius in .xi. capitulo primi libri institutionū: arguēs cōtra Minutiū Felicē. Potest inquit etiā sic argumētari. Saturnus cū potētissimus esset rex: ad retinēdam parentū suorū memoriā: vtriusq₃ nomina cælo & terrę indidit: cū hęc prius aliis vocabulis appellarētur: qua etiā ratione mōtibus & fluminib9 nomina sunt imposita & mari: vt mare Icarium: ægęum: hellespontus: & in Italia Auētinus & Tyberis. Ita Saturnus natus est ex homine: cui nomē fuit Vrano siue Celo. Qđ esse verū Trimegistus author est: qui cum diceret admodū paucos extitisse in quibus fuisset perfecta doctrina: in his Celū: Saturnum & Mercuriū nominauit. Hęc Lactātius. Nota hoc loci lector hunc Trimegistū Aegyptium fuisse longe ante primū Saturnū: Gręcię antiquissimū Apterā. Et ideo de Aegyptiorum etiā orbis priscis deis Celo Saturno ac Mercurio dicit. Nā Mercurius perfecta prudentia extitit: vt Diodorus in primo libro docet. Saturnus vero pater Osiridis Cameses pfecta physica & Magica floruit: a quibus & Zoroast & magus appellat9 est: vti Berosus & Hebręi atq₃ Catholici tradūt. Celus vero omniū rex sempiternus Ianus docuit perfectam physicā: Theologiā & ritus atq₃ naturalē Magicam vt Berosus tradit: adeo vt teste Macrobio in primo Saturnalium: Eum physici miris efferant argumentis diuinitatis: & perpetuā promeruerit pręfationē in omni sacrificio: & Mythici pręd icent eo regnāte religione ac sanctimonia omniū domos fuisse munitas. Diodorus quoq₃ in .iiii. libro cū Beroso cōsentit etiā Astronomiā & alia plura: Cęlū regem docuisse. Rursus Ianus inquit mandatū dedit qđ præuaricatus fuit Nymbrotus: vt Turrim pro metropoli cōstruerent. Dionysius Halicarnasseus in primo scribit moris fuisse antiquis vt vrbes non magnas sed paruas & locis munitas conderent: non quidē labipibus: sed vt ait Berosus solū præter turres veiis & cauernis. Veias appellat currus & cauos truncos arborum & tuguria: vt de priscis aureo sęculo natis in Latio Aboriginibus: Virgilius insinuat in .viii. ęneidos dicens. Hęc nemora indigenę fauni Nymphęq₃ tenebant: Gensq₃ virū truncis & duro robore nata. Turris autē ab Hetruscis proferebatur Tursis: a quibus Tursena & Etursia: vt Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus in primo libro dicunt. Est autem Tursena & Etursia vrbs turritis ædibus constructa. Eas posteri mutata .s. in .r. protulerunt Turrenam Eturiam: Romani Etrurriam: vt probauimus in Annia quęstione .xvi. vsq₃ in .xx. & super Myrsilum atq₃ Xenophontē de ęquiuocis: vbi & omnē vrbem tetrapolim turritam fuisse probauimus. Ergo Ianus docuit humiles vrbes ad cœtū & cōmunionem politicam: non ad pompā & dominationis libidinē. Vnde omnes vrbes quę ante Romanorū imperium in Thuscia antiquissimę perseuerant: hæ paruę sunt. Quas vero magnas cernimus: aut nouas scim9: aut post destructionem Gothorum adauctas legimus. Qꝫ vero Berosus dicit Ianum postremū omniū colonias per orbem traduxisse: hoc intelligitur de secunda profectione ab Armenia post conditam Babyloniam: quia antea primus omnium exploraturus littora transportauit: vt in pręcedentibus ostensum est.

Noīm īponendorū ratio tertia.

Trimegist9 Mercurius Saturnus Cel9 hoīes.

Ianus.

Finitur Quartus liber commentariorum super Berosum.

Eiusdem fratris Ioannis Annii super Quintū librū Berosi cōmentaria incipiunt.



N precedēte libro: iā Berosus exposuit oīm regnorū & ꝓuinciarū antiquitates & origines in cōmuni: nūc in particulari eas diffinit: a Saturno primo Nymbroto rege Babyloniæ: vsq; ad decimū octauū regem Ascatadē. Vnde totus hic liber diuidit in decem & octo partes: quarū prima est quę antiquitates & origines fuerint sub Nymbroto primo Saturno atq; rege Babylonię dicēs. Babyloniā tetrapolim posuit Nymbrotus: quorū partes teste Moyse Genes. x. cap. dictę erant Babel: Arat: Acat: Calāne. Oīs em ciuitas regia: & caput regni tetrapolis condebat: vt in fine Xenophontis de æquiuocis ꝓbauim⁹. Babylonia vero fuit iitiū & caput sedesq; regni Nymbroti: vt ibidē scribit Moyses. Comerus fuit primogenit⁹ Iapeti post diluuiū: vt tā Berosus q̄ Moyses scribūt. Gallus Epitheto paterno dict⁹ est. Est autē Gall⁹ nomē: vt de ęquiuocis Xenophon docet: pluriū originū. Nā vt latinę originis: significat maritū gallinę: vt gręcæ: cādidū: vt Celticę Frācigenas a Galethe filio Herculis teste Diodoro in. vi. li. Vt phrygię castratū: vti Galli Cibelis: & gallus fluuius quia ad insaniā secādi testes inducit. Vt autē Arameę & Hebreę originis: significat inūdatū. Ergo Comer⁹ gallus inundat⁹ Epitheto paterno dicit. Vnde Ianigenę qui Vmbros vetustissimos Italię genuerunt. Gallos veteres ꝓgenitores Vmbrorū vocat Cato in. ii. fragmēto originū. Et Solinus in collectaneis. Veterū iquit Gallorū prolē Vmbros esse. M. Antonin⁹ asseuerat. Hos eosdē quia in clade aquosa imbrib⁹ supstites fuerūt: Gręce Vmbros dictos. scilicet epitheto paterno veterū Gallorū Ianigenorū. Comerus loca scilicet vbi Ianus auus ante colonias posuerat: a se cognoīauit. Nā in Vetuloniēsi agro est vallis Comera: & Ry Comeri⁹. In Phaliscis est regio Comersan: a qua oppidū Isola Comersana. Clusium quoq; antea Comersolum dicebat: vt author est Liui⁹ in. x. ab vrbe cōdita. Docuit autē Thuscos

Babylonia tetrapolis.

Gallus.



T supradixim⁹ anno a salute hūani gn̄is ab aquis centesimo trigesimo primo: cœpit regnū Babylonicū: sub nostro Saturno: patre iouis Beli: q impauit ānis. lvi. Anno huius. x. Comerus gall⁹ posuit colonias suas in regno: qđ post italia dicta ē. Et regionē suā a suo noīe cognoīauit: docuitq; illos legē & iustitiā. Anno eius. xii. Iubal condidit celtiberos: & paulo post samothes qui & Dis celtas colonias fundauit: neq; qs q̄ illa ætate isto sapiētior fuit: ac ꝓpterea samothes dict⁹ est. Anno Nymbroti. xv. Ocean⁹ ad Ninū ęgypti cōsedit: & mltos ex sorore tethyde edidit liberos. Inde supuenit ille corruptor hūani gn̄is Chemesenu⁹: vbi thelchines magicā docēs: maxia opiniōe celebrat. Anno. xviii eiusdē Babylonici regis: Gogus sabeā arabiā Felicē cū Sabo suo patre puer tenuit: & triton libyā & Iapet⁹ prisc⁹ atalaa aphricā: Cur ęthiopiā: & Getul⁹ Getu[illegible]. Anno eiusdē. xxv. thuyscō sarmatas maxios pplos fūdauit: & Mesa cū filiis istri priscos mesios posuit: vsq; pōticā mesembriā ab adula mōte. Anno. xxxviii. eiusdē regis sagę armeni mltiplicati possederūt oēm caspiā regionē: ab armenia vsq; i Bactrianos: & ian⁹ pr ianeos colonos traduxit i Hircaniā: & ianilos i mesopotamia versus mare sub Babylonia. Anno. xl. eiusdē regis aliquot coloni ex filiis comeri i Bactrianis sibi sedes q̄siuerūt. Et gāges i idia sedē sui nois. Anno. xlv. eiusdē re

gis aliqui ex filiis Mese ac Getuli iūcti si mul primi mesagetas in India ꝓpagaue rūt. Eadē tēpestate Saturn⁹ rex Babylo niẹ misit pricipes coloniarū assyriū: Me dū: moscū & magogū: qui regna cōdide rūt assyriū: medum: & magogū in Asia: Moscos vero & in Asia simul & Europa. Anameō quoq; adolescētulus męones a se dictos cōdidit: & regnauit. cl. annis.

legē atq; iura: quæ scilicet ante viginti annos: & amplius auus ei⁹ Ianus in scri ptis illis mādauerat licet breuibus abso lutas. Hispanos condidit Iubal. Hic fra ter Comeri ex Iapeto patre: a Moyse vo catur Tubal. Primū locū tenuit ī Betica a se dictū Tubal: quē mutata ob simili tudinē literarū in platiōe. T. i. D. poste ri dixerunt Dubal: vt scribit a Pōponio Mela: de vrbib⁹ Beticæ. Hūc eūdē Tu bal qdā noīauerūt Taracon a quo vrbs Taracona. Cū eo venisse Sagas: argumēto est vetustissimū Sagūtū: amicitia populi Romani illustre. Celtas siue gallos Frācigenas condidit Samothes. Samothes fuit frater Comeri atq; Tubalis ex iapeto patre: a quo primū Britones: īde Galli Samothei dicti fuerūt: & præcipue Philosophi atq; theologi sectatores ei⁹. Vñ Diogenes Laerti⁹ ī pricipio de vita philosophoꝝ: philosophiā inqt a Barbaris initia sūpsisse cōplures authores asserūt. Cōstat eñ apud Per sas claruisse Magos: apud Babylonios & Assyrios floruisse Chaldęos: apud Celtas & Gallos Dryudas & q Samothei dicunt: qui teste Aristotele ī Magico & Secione ī. xxiii. successionū libro: diuini atq; humani iuris fuere peritissimi: & ob id religioni deditissimi: Ac ꝓpterea sa mothei appellati sunt. Verū irat⁹ Diogenes gręcul⁹ subdit. Qui inqt hęc Barbaris tribuūt: hi ꝑfecto recta factaq; nesciūt. A Gręcis nēpe nō philosophia modo: verū etiā hoīm gen⁹ ini tio manauit. Nā Museo Athenę: Lino vero Thebę inclytę sunt. Horū prim⁹ inuenit de deoꝝ generatiōe & initio rerū tractasse: alterū de cursu dierū & syderū: deq; aīalibus: & mūdi ge neratiōe scripsisse affirmāt. Ita phīa initiū a gręcis habuit. Hæc ridicul⁹: & indoct⁹ arguēdi gręcul⁹ Diogenes. Sic eñ arguēdū est. Lin⁹: & Muse⁹: & Orpheus: ab ęgyptiis & ī ęgypto di dicerūt Orgia & theologiā: & rerū sciētiā: Et ea ī rudissimā & absq; literis gręciā retulerūt: vt ī prīo lib. & aliis testat Diodor⁹ ex ęgyptia historia. Quare phīa a Barbaris initiū sūpsit: nō a Gręcis. Præterea a septē sapiētib⁹ phīa gręcię cœpta est: q oēs ab ęgyptiis didicerūt: vti idē Diodor⁹ & alii asserūt. Quare a Barbar[nō a græcis: initiū habuit phīa. Rursus Orphe⁹: & Linus & Muse⁹: quos primos græciæ philosophātes & theologizātes faciūt: fuerūt paulo ante Troię excidiū: qa Orpheus cū Hercule & Argonautis nauigauit: & p̄ceptores herculis fuerūt socii Orphei Linus Theban⁹: & Museus Atheniēsis: vt oēs græci cōscribūt. Porro ab his ad antiqssimū regē Græciæ Phoroneū priscū: q primo āno Nini regnauit vt ī pricipio & ꝓœmio diximus: numerant in Eusebio de tpibus: āni ferme octogita supra septīgētos: & āte eūdē Phoroneū septingētis vigiti ānis inuēti sunt coctiles Laterculi inscripti astrorū obser uatiōe physica: vt Epigenes grauis author docet: & Plini⁹ in. vii. naturalis historiæ: ca. vlti mo refert. Ergo Phœnices atq; Assyrię lr̄æ: artes / & disciplinę: āte priscos Gręcię theologizā tes fuerūt annis nō min⁹ qngētis supra mille. Rursus Strabo q floruit Octauiani ætate: scri bit ī Geographia Iberica: hispanos circa Beticā eruditos ętate sua fuisse: & eos affirmare sex milib⁹ annis āte: se habuisse leges: & carmina: atq; lr̄as. Sūt aūt sex milia Iberorū anni: q teste Xenophonte vtunt quadrimestri anno: ex solarib⁹ duo milia. Qꝫ si ab Octauiano retro sup putes duo annoꝝ milia: ꝑuenies ad initia Nini: a quo vsq; ad Argonautas colligunt āni: nō min⁹ septingētis: tā secūdū Eusebiū de tēporib⁹ q̄ alios Chronographos. Quare philosophia & literæ nō minus septingētis annis fuere ante hispanis q̄ Gręcis. Initiū ergo Philosophię a Barbaris non a Græcis fuerit. Quadrant autem traditiones Hispanorum: & Berosi dicen tis: ꝙ Tubal Samothes: & Tuyscon anno quarto Nini formant legibus sua regna. Et vt ait

Iubal.
Saguntum
Samothes.
Britones.
Samothei.
In Diogenē Laertium.
Phīa a Bar baris orta.

Manethō ad ægyptios reges cōuersus ab ægypto rege nomē vltimū accepit.Nā teste Diodoro Siculo ī primo lib.prius oceana & Nilea: postq₃ aeria dicebať: vt memīt Eusebius de hui⁹ Aegypti tpibus.Quinetiam ab Osiris noīe & cognomīe Osiriana:ab ęgyptiis:& Mizreia ab Hebręis teste Moyse dicta fuit.Hic Aegyptus frater fuit Danai cognomēto Armei vt scribit Eusebius: q cū regnasset.v.ānis pulsus ē a fratre Aegypto.Cā vero ab historicis enarrať:q̄ ǫa celebrata etiā apud poetas est:idcirco ab ea supsedim⁹.De Pharaōis vocabulo:idē Eusebi⁹ paulo supius de regis ægyptii Amenophis tpib⁹ sic habet.Ex libris Manethonis sacerdotis ægyptioꝝ legimus hęc verba.Aegyptioꝝ reges oēs tūc Pharaones dicebanť:non hoc ꝓpriū habentes nomē sed ꝓ dignitate reges tunc vtebanť hoc noīe:sicut & apud nos Impatores Augusti ap

Aegypti nomina.

Aegyptus Pharao.

pellantur. Habebat ergo vnusquisque Pharao proprium nomē. Hæc Manethō. Ex hoc intelligimus hunc Manethonē fuisse Augustorum tēporibus & donatum ob lrās ciuitate fuisse Romanum accolam: quia scribit dicēs sicut apud nos Imperatores Augusti dicunt: ac propterea cū de aliis tum præcipue de antiquis Italię regibus potuisse scribere nō minus vere q̄ Berosus: cui etiā facit argumētū: quod Dynastias Aegyptias & reges scripsit ferme vsque ad ea tēpora. De Amynte Assyriorū rege & illius tēporibus Manethoni cōsentit Eusebius: similiterque de Dardano & Danao. Quare coætanei fuerāt Dardanus: Danaus: & Aegyptus: & secūdus Arcas filius Iouis ex Callistone: a quo secundo in Peloponesso Arcadiæ nomen fuit. Nam obliteratum fuit priscum ab Arcadio nomen: & Pelasgia ab accolis dicta est. Arcas vero iunior in ditionem redactis Pelasgis regionem eorum Arcadiam nuncupauit: anno primo Aegypti huius cui cognomentum fuit Ramesses: vt author est Eusebius. Pharao ægyptia lingua ferus & ferociæ plenus dicit teste Diuo Hieronymo: quem Etrusca lingua Eth: Græca vero Trossolum & Tromatoreū dicimus: quibus nominibus Mæones appellarunt Vetulonienses: vt in præcedentibus exposuimus multis locis.

Asterius.

Existimāt quidā hunc Asteriū Cretensem fuisse Iouem illorum cantatissimum. Nā Apteras qui & Saturnus Cretēsis regnauit annis. liii. Exorsus āno quarto Cranai regis Atheniēsis vsque ad annū. xxxvi. Erichthonii Atheniēsis: quo illi Apteritæ successit ī Creta filius eius Asterius vt cōputāt Chronographi græci quos sequitur Eusebius de tēporibus. Quare: quia Saturno Cretensi: quem Græci fingunt eunuchasse Cælum patrem & fugatū a Ioue successore: cōsequens est: vt nomen proprium Iouis magni Cretensis fuerit Asterius perinde ac Saturni patris Apterites. De Romo vero nil aliud cōptum mihi est q̄ quod hoc loci Manethon exponit. Nam in Ptolemæo legimus Romandissos in Gallia Belgica: & in decursu Rhodani sub Vienna oppida Romonū & Romā: quod postea per interpretationem dicunt Valentiam. Turrhenum vero nostrum authorem Turrheni nominis fuisse regum Aboriginum Fauni & eius filii Amni temporibus latini historici prodūt: quos secutus Sillius Italicus in. v. lib. asserit lacum Perusinum fuisse regnatū Amno Faunigena: cuius filiā Nymphā Agillam Turrhenus locari vxorem filio suo Trasimeno expostulabat: a quo Trasimenus lacus nomē accepit. Dicit autem Priscum Faunū patrem Amni: quia fuit alius iunior paulo ante æneę aduētū in Italiam: vt ex historicis patet: & Eusebio de temporibus: atque isto Manethone: & nos locis suis exponemus. Horū nominū pluralitate immo ęquocatione quidā capti: & ipsi aberrāt: & caliginem in historiis ante oculos ingerūt: & alios aberrare cōpellūt. Quare summopere cautos esse oportet ab ęquocatione nominū atque indigestione tēporū: qui veraces historias adipisci voluerint. De temporibus vero Pādionis & Belochi iunioris: eadē scribūt Manethon & Eusebius de temporibus hoc adiecto: quod anno. l. dicti ægypti regis quidam asserūt venisse primū Cadmū valde adolescētulū: priscū: ex cuius filia Semele natus est Dionysius liber pater. Nā qui ex Samothracia fuit Cadmus diu post extitit: vt Eusebius scribit: & nos super Xenophōtem & Archilochum & alios exposuimus.

Romādissi. Alii roman diorum. Amnus. Cadmus.

Anno. xviii. huius regnauit Turrhenus apud Ianigenas annis. li. Anno. xxxiii. in Creta regnauit Asterius. anno eiusdē. xxxv. apud Celtas Romus. a quo Romādi. & biennio post apud Aborigines Faunus Priscus. apud Atheniēses Pandion. anno. l. apud Assyrios Belochus iunior: & anno. lxvii. apud Aborigines imperabat Amnus Faunigena.

De tēporibus Menophis & Erichthonii Troiani cōuenit inter Eusebiū & Manethonē. Sed tu emēdatius narrātē le-

Secundus post hūc Pharao Menophis imperat apud ægyptios annis. xl. cuius secūdo an

no apud Troianos regnat Erichthoni⁹ ānis xlvi. Tarchon Priscus apud Razenuos Iani genas: qui nunc dicunt Turrheni & Tusci ob Turrhenum & peritiā diuinorū q̄ a Iano didicerunt: regnat annis.xi. Apud Celtas Paris. Apd̄ Celtiberos Testa Lybius Triton.

ge Archilochi epithetū de t̄poribus Verū aūt dicit ꝙ genuit Erichthonium Dardan⁹ ex Bathea filia Teucri: vt historici tradūt: & Diodor⁹ in.v.li. scribit. Nā vt historici ꝓhibent: & Eusebius de temporibus refert: quartus Atheniēsium rex dict⁹ est Erichthonius. Eodem noīe dict⁹ est Erichthoni⁹

Erichthonius.

Vulcani & Mineruę filius: & eisdem temporibus fuit: & ab Homero Erichthe⁹ nūcupat̄. Fuit & Erichtheus.vi.rex Atheniensium filius Pādionis & pater Cecropis iunioris.vii. Atheniensiū regis. Huius Erichthei filia fuit Orithyia: quā Astrei filius Boreas Thrax rapuit. Quare caue: qa ęquiuocū est Erichtheus siue Erichthonius: sicut & Tarchon: qm̄ tres fuere Tarchontes. Primus filius fuit nostri Turrheni circa Dardaniā cōditā: cui Turrhen⁹ pater condendarū.xii.vrbium ministeriū delegauit: vt Strabo in.v.cū cęteris scriptoribus asserit Alius Tarchon fuit rex Vetulonię post primū annis ferme centū octoginta: videlicet ætate Euādri & Herculis græci. Nā teste Solino ad hūc Tarchōtē legatus missus est Caccus: quē sub Euādro pemit Hercules. Tertius successit Mezētio post crematā Troiam: ad quem Aeneas veniens classem: atq; milites contra Turnū & Mezētiū ꝓcurauit: vt author est Virgilius in.x.æneidos. Ob hanc rē Manethon hūc appellauit priscū: de hisq; tribus etiā memoriā agit idem Manethon. Porro ꝙ Turrheni a Turrheno dicti sunt: nō cū verioribus scriptoribus tenet. Qꝫ vero ob peritiā diuinorū: & a sacrifico ritu a græcis Tusci dicti sunt: Plini⁹ in iii.naturalis historiæ: & alii cōsentiūt. Adiicit aūt Berosus & Festus: ꝙ a Tusco Herculis filio Tusci primū dicti sunt. Verū satis distat an per y psilon græcū scribas Tyscos: an per u latinū vel o Tuscos vel Toscos: vt idē Festus īsinuat: & nos in Anniis.q.satis explicauim⁹. Rursus Paris apud Celtas regnauit inq̄t: sub Menophi: & apud Celtiberos Testa. Paridē eū fuisse qui Parisios populos in Lugdunensi Gallia condiderit nulli dubium esse potest: quorum metropolis ad hanc ætatē Parisius dicit̄: sup̄marū omniū disciplinarū gymnasiis & beati Aquinatis nostri Thomę studiis & scholis inclyta. Horū populorū Ptolemęus & plures alii in geographia non obliuiscunt̄: quorū hac ætate prima est Parisius: inde oēs qui cōtinentur in longitudine quidē ab oppido nunc dicto Thedes vsq; ad Corpheū: in latitudine vero a Poysso vsq; Barum proximum vni ex ramis amnis Sequanæ. Testa vero Lybius Triton Mineruæ Palatuæ compatriota proximusq; Numidiæ. id verū esse coarguit: quod M. Varro & Plini⁹ in.iii.naturalis historiæ scribit etiam ex Pœnis Aphricaq; Hispanos habuisse originem. Ab eo positos fuisse Cōtestanos finitimos Beticæ: vt author est Ptolemęus: ipsum nomen accusat. Horum populi nimirū si militia valent: quandoquidem ex Tritonide Mineruaq; militię principe ortum habuere.

Erichtheus. Orithyia. Tarchōtes tres. Tusci vnde Paris. Parisii. Testa. Triton. Cōtestani.

Anno septimo eiusdē apud Assyrios regnat Belopares: & Minos regnat i Creta. āno vero decimonono Athenis regnat Erichtheus anno trigesimo quinto eius apd̄ Tuscos annis q̄ndecim regnat Abas: a quo positi sunt Abii Tusci: & āno eiusdem trigesimo tertio Argis regnat Abas Argus.

Duos fuisse Minoes legimus: quoq; Priscus hic est: quem Manethō anno vii. Menophis ait iniisse Cretense regnum. Eusebi⁹ vero anno octauo. Hic Priscus Minos fuit filius Xāti Cretēsium regis: vt periti græci scriptores conscribunt: qui cū Sarpedone Prisco fratre de regno dissentiēs illū fugauit & Cretā obtinuit. Post hunc annis viginti quatuor supra cētū fuit Iuppiter Cretēsis: q teste Eusebio eo āno rapuit Europā Age

Minoes duo

Minos. noris filiam: & ex ea vt oẽs historici & poetę asserũt: genuit Minoem iuniorẽ eodẽ anno: qui vt idem Eusebius de tẽporib9 notat: anno. xxxviii. ætatis suę vlturus mortẽ Androgei mare obtinuit: & Atheniẽsiũ regẽ & Thesei patrẽ Aegeũ ditioni pere coegit: Laumedontis anno nono. Cæterũ de tpibus Beloparis & Erichthei & Abãtis Argiui: discrimẽ non est inter Atalanta. Manethonẽ: atq; Eusebiũ. Fuit aũt Abãtis Argi neptis ex Iasio filio Atalanta venatrix: quã Abas tusc9. ardẽter Meleager adamauit: vt oẽs græci & latini scriptores referunt. At Abas Tusc9 is fuit teste Manethone q Tuscos Abantes populos fundauit circa maritimã orã a Grauiscis vsq; ad oppidũ quod ad hanc ætatẽ Cap Abiũ vernacula lingua: latina vero caput Abantũ di Toruus. cimus. Ex his maritimis Aeneæ ducem vnum classis assignauit Larthes Targon: qui Abas toruus a Virgilio dicit. x. æneidos. Abas tamen a patria toruus vero nomine non crudelitate dictus est.

Anno. xxx. Menophis Cadmus & Phœnix a mari rubro profecti: apud Sydonẽ regnauerũt. Post septenniũ Cadmus docuit rudem gręciã: & regnauit Thebis. Apud Assyrios regnauit Lãprides: & vltimo ei9 ãno zet9 & Amphion expulerunt Cadmum.

Gręci q oĩa ex opinione: vt libuit: de tpibus & genealogiis audacter mentiti fuerunt: nihil certi afferẽtes: vt author est Iosephus cõtra Appionẽ grãmaticum: & Eusebi9 de tpibus primæ Olympiadis: & alii clarissimi scriptores: etiã & ęquocatione nominũ sæpe capti sunt. Plures enim fuere Cadmi: vt Xenophõ tradit: plures Phœnices: plures Zeti: plures Amphiones: aliis & aliis tpibus sibi mutuo succedẽtes. Quo fit vt tanq̃ ritu distincta & a se mutuo lõge remota tempora tribuant. Sed qui fuerunt hi qui a mari rubro discesserunt: & qua ætate: soli Manethoni tanq̃ q patrias historias nouerit: & authori de rebus ęgyptiis certissimo: haud dubie credẽdũ est. Phœnix & Cadm9 primi. Fuere Phœnix & Cadmus primi Syria oriundi. Phœnix natu maior. xxi. anno in Sydone regnauit: & a se primus regionem Phœniciam de vetusto more nũcupauit cũ antea Canaã diceret: & fuit pater Agenoris Syri non ęgyptii: vt historici graues asserũt. Horum ęquiuocatione qdã illusi ascripserũt eos esse: q a Thebis ægypti pfecti sunt: vt p eis notat Eusebi9 de tẽporib9 Dardani: sed falsum esse cõstat: q; & Manethon ægypti9 patrię historiæ scientissi- Phœnix & Cadm9 græci. mus his aduersat: & Phœnix ægyptius filius fuit Agenoris nõ pater: & ægypto non Syria oriũdus. Fuerũt alii fratres Cadmus & Phœnix gręci: ferme annis octoginta ante Troianũ excidiũ: filii Amyntoris. Phœnix adolescẽs teste Homero in. viii. Iliados cũ suggestione matris fuisset cõgressus patris Amyntoris pellici: & pater id psensisset: ad aliũ adolescẽtem regem Peleum Achillis postea patrẽ Phœnix diffugit patris irã. Peleus illũ benignissime susceptum & vnice dilectũ militiæ ducẽ creauit: q Peleo referens vt potuit paria: Dolopes illi atq; plures populos subiecit. Quinetiã lõge post Peleo natũ Achillẽ: vt filiũ Phœnix aluit atq; nutriuit. Hæc de filio Amyntoris Phœnice Homerus retulit. At de illi9 fratre Cadmo q Armoniam sororẽ Dardani & Iasii Samothracis vxori primę supduxit: Spĩga & Palephatus scribũt: & Eusebius refert fuisse nõ minus triẽnio ante regnum Laumedõtis patris Priami: cum vxor prima ob zelotypiam Armonię recedens a Cadmo illi certamẽ intulit: vt etiam Xenophon & plures retulerũt. Quare Samothraces vt reliq græci falso aiunt hũc Cadmum fuisse filium Agenoris ęgyptii: cui9 cognatus fuit Dardan9 Dardaniæ conditor. Nã ante hunc annum condita erat Dardania nõ minus annis vno & viginti supra ducẽtos: neq; hac ætate alius Cadmus & Phœnix inueniant: q̃ Amyntoris non Agenoris ægyptii filii itaq; teste Manethone in Syros & Græcos Cadmum & Phœnicẽ: fuerunt ægyptii Agenoris filii Cadmus & Phœnix: qui a mari rubro iussu patris pfecti: alter apud Sydonem Phœnix: alter apud Græciæ Thebas regnauit anno. xxxvii. Amenophis: tertioq; post anno pul-

sus fuit: vt tam Manethon q̃ Eusebius de tẽporibus scribunt. Quare raptus Europæ paulo ante hunc annum obtigit: & non post exactos nonaginta annos: vt Eusebius de temporibus pro Græca incerta historia notat.

Post Menophi cœpta est Dynastia Larthũ vt in Italia: q̃ Dynastia durauit ãnis solari- b9.cxciiii. Horũ Larthũ in ęgypto primus fuit zetus: q regnauit ãnis.lv. cui9 ãno octa uo in Dardania regnauit Tros: i Tuscia vero anno hui9.xxxiii. regnauit annis.xxxviii. Veibennus ex familia Veituloniæ.

Hoc nomẽ Larthes nõ ꝓpriũ est: sed cõmune dignitatis vocabulum: sicut Augustus & Pharao. In triũphalibus Etruscis inuenimus p aspirationẽ scriptum: Larth: & Larthi. Erãt em̃ in Dynastia siue potẽtatu Etrurię.xii. Lucumones in Vetulonia residentes.xii. reges: qbus vnus p̃erat: vt Serui9 author est sup.viii. æneidos. Hic supm9 Larth vocabulo Etrusco: id est regũ maximus dicebat̃: nõ solũ quia cæteris p̃erat: verũ etiam quia anniuersarie cęteris duodecim reuocatis ipse p vitã totã perseuerabat. Hoc pacto potentatus & Dynastia pluriũ regũ in ægypto cœpit: qbus primus p̃fuit Zet9 Larthes. Nõ hic Zetus fuit q pepulit Cadmũ: vt supra retulit. Nam iste fuit ægyptius: ille vero Græc9. De horũ tẽporibus Eusebius & Manethon paria sentiũt. Tros iste fuit filius Erichthonii & nepos Dardani q in Dardania partem vrbis maximã fundauit: atq; a se Troiã dixit: vt Eusebi9 de temporibus & cæteri cõscribũt: sed de alio Larthe Magueo & temporib9 tã Larthũ Tusciæ q̃ Dardaniæ: in tpib9 Archilochi: & historiæ Etruscę supprimit Berosus: vt qui nouiti9 historicus & externus. Nomen vero Veibennũ: quod a latinis Vibennum p Synęresim in primo Varronis de ligua latina scriptũ repio: sicut & Veiturgiã & Veiterbum per synæresim dicimus Viturgiã & Viterbũ: pfecto Etruscũ est nomen qđ solũ Vetuloniatib9 conuenit. Nam Ben filius apud orientales: atq; Arameos: & Hebręos filius dicit̃. Hinc Veibennus siue Vebennus Veiorũ filius & conciuis dicitur. Verũ sæpe nomen cõmune gẽtis: die lustrico tanq̃ ꝓprium vni imponitur: vt Romanus: Florentin9: Senẽsis. Ita pari forma cũ omnes Veizi siue Vetuloni sint Vibenni: huic tamen proprium fuit nomen: qui post Abantẽ Larthem regnauit annis tot quot in Chronographia emendata Etrusca posuimus.

Larthes

Zetus.

Tros.

Vibennus.

Primo quoq; anno zeti regnauit apud Celtas Lemann9: &.xxxii. anno apud Aborigines Mars Ital9 cognomento Ianus iunior. Anno eiusdẽ.xxxv. apud Celtiberos Rom9 regnauit.

Lemãnus iste non dubiũ est qn is fuerit: q Lemannos posuit & a se nominauit simul cũ lacu Lemanno in ꝓuincia Narbonẽsi: quẽ Luxanæ lacum hodie incolæ nuncupant: quẽ Rhodanus ad pontem vrbis Gebennæ effluit. Idem enim Rhodanus prius in lacum influit q̃ effluat. De Marte Italo cognomento Iano iuniore hæc comperio. Eusebius de temporibus Aenęę sic scribit. Ante ingt Aeneam Ianus: Saturnus: Picus: Faun9: & Latinus in Italia regnauerunt annis circiter.cl. Cur vero circiter dicat: pfecto qa id nõ potuit habere ex certo latinæ historiæ. Nã plus annis.xii. cœpit dict9 Ianus. Quod pfecto ita patet. A.xxxii. anno Zeti ad excidium Troiæ: circa cuius tempora ad Latium venit Aeneas: supputantur ab eodem Eusebio anni duo & sexaginta supra centum At Ianus iunior Latin9 cœpit Aboriginibus imperare anno.xxxii. Zeti: vt Manethon asserit. Quare duodecim annis amplius q̃ centum & quinquaginta cœpit. Quia vero alii min9 duodecim cœpisse scribunt: idcirco Eusebius chronographus optimus: ne cui detraheret: aut certum tempus quod incertum erat exprimeret: medium inter hæc tempus & cum vocabulo circiter tradidit dicens: Regnauerũt in Italia annis circiter centum quinquaginta.

Lemẽnus.

Cæterum Italiam Tyberinam & Latium hoc loci accepit ab historicis: quoniam vt ex omnibus constat in tota Italia Larthes Turrheni imperabant: in Latio vero supradicti Latini subreguli Ianus iunior: Saturnus iunior: Picus iunior: Faunus iunior: & Latinus. Q; vero hic Latii subregulus cognomento Ianus fuerit Latinus Mars: ex primo libro Dionysii Halicarnassei conuincitur: qui sic ex latina historia scribens: Contigit inqt eo tempore quo venit Euáder: esse regẽ Aboriginum Faunum: pnepotem (vt aiũt) Martis: quem vt genium quẽdam siue indigetem: & sacrificiis atq; carminibus colunt Romani. Pronepos autem ad proauum refertur quoniã relatiua sunt. Porro Ianus iunior: vt Manethõ & Eusebius numerãt proauus fuit huius Fauni: vt patet numerãdo a Fauno filio p Picum patrem: Saturnũ auũ: & Ianum proauum. Quare idem fuit Mars Latinus & Ianus iunior: vt Manethon tradit. Ergo ęquiuocatio Iani & temporum ignoratio multos in his Latinos decepit. Nam si Tuscorum vetustas tanta est simul & illorum deorum & legum antiqtas: vt nullis hominum legibus: diis & moribus cõueniant: vt probabiliores græci conscribunt: & Dionysius Halicarnasse9 in primo retulit: porro antiqssimas leges atq; primos deos: arasq;: & religionem cana fides Ianusq; dedit: consequens necessario est: vt hic Ianus iunior nullas religiones docuerit: nec fuerit Priscus ille qui est pater omnium deorum: qui nouitius inuenitur: paulominus centum septuaginta annis ante Aeneam: & cuius ætate Turrheni florebant Ianigena lege: religione: studio: literis: & philosophia. Nunc de Romo apud Celtiberos rege dicendum est. Romus hic fuit: qui non procul Sagunto Romam in littore constituit: a posterioribus Romanis per interpretationem valentiã nuncupatam. Nã Romus dicit valens & robustus ferme ab omni lingua & historico. Quare per interptationem & locum a coniugatis: si Rom9 valens est: & item valens Romus: necessario consequens est: vt Roma sit Valentia & Valentia Roma. Cui argumento est Solinus: q in principio scribẽs Romę inqt vocabulum primo ab Euandro datum: cum oppidum ibi offendisset qđ Valẽtiã dicebat Latina iuuẽtus: quod Arcades habitantes: seruata nominis interptatione Romam dixerunt. Hæc Solinus. Verũ qđ dicit: vocabulum Roma primo ab Euandro est inditum: intelligendum est appellatione græca. Nam antea vocabulo barbaro etiam Roma dicta fuit a prima cõditrice filia Itali: vt Berosus & plures verissime scripserunt: & Plutarchus refert in vita Romuli. Est autẽ significatio Romæ apud Græcos solum robur & robusta: sed teste Hieronymo de interpretatione nominum Hebręorum & aliis Talmudistis sonat non solum robur: sed sublimitatẽ cum tonitruo augurio & imperio. Itaq; non exigua coniectura est Valentiam Hispaniæ primũ Romam a conditore Romo dictam. Cui argumento est q; eius liberi qui ei successerunt eisdem locis regnauerunt: vt paulo inferius locis suis videbimus. Vrbs itaq; Valentia ab origine vetustissima: etiam valentinis heroibus inclyta Borgiis: hac nostra ætate decorata & ornata est Borgianis pontificibus maximis: in primis beatissimo Calixto. iii. sub quo mira dei puidentia apud Pannones Turcus Mahumeth inimicissim9 Christiani noĩs: cladem exercitus passus: & a quo transfigurationis Christi celebritas ĩstituta est. Deinde & beatissimo Alexãdro. vi. in cuius põtificatus exordio: e cauernis & latebris terrę: vetustissimorum Italiæ regum triumphalia in hac sua vrbe Vetulonia: nunc Viterbo etiam lepores prodiderunt: videlicet futuræ sub eo pontifice felicissimo ppagationis ĩperii Christiani: & sedis apostolicæ illustrationis diuinum portẽtum. Eadem vrbs Valẽtia illustrissima effecta ortu beatissimi Laurentii martyris & diui Vincentii confessoris: atq; gloriosissimo martyrio beatorum Valerii episcopi Cæsa. augustani: & eius archileuitæ Vincentii.

Faunus.

Mars latin9 & Ian9 iunior idem.

Romus. Valentia.

Roma.

Va. Iaus.

Calixtus. III

Alexander VI.

Signa ĩuẽta

Secūdus Larthes ægyptius fuit Ranses annis.lxvi.Anno eius.xxiiii. Assyriis imperat Pānias.Eiusdē āno.xxviii.Athenis regnat Aegeus. Cadmus Armoniam sororem Iasii Samothracis ducit vxorē.Olbius regnat apud Celtas.Anno.lx.Cadmus ex zelotypia primę vxoris:ob Armoniā discrimen certamenq; patitur.

De tēporib⁹ Ransis: Pāniæ:& ægei cōueniunt Manethon & Eusebius de tēporibus dissident vero in tēporib⁹ certaminis vxoris Cadmi:q̄ Manethon id gestū esse anno Rāsis.lx.scribit.Eusebius vero.lviii.Ex quo patet Cererē magnā panificā nō potuisse adesse huius Cadmi & ei⁹ cognati Iasii Samothracis nuptiis:q̄ diu añ naturę cōcesserat vt in Anniis quęstionibus & aliis cōmētariis & institutionibus Etruscis exposuimus. Ranses.

Eiusdē anno.xxiii.Cęculus cognomēto Saturn⁹ iunior regnat apud Aborigines:& tertio anno post apud Turrhenos regnat Oscus:cuius insigne fuit serpēs.Hic ex Vetulonia multas colonias seminauit:apud quam erat oriūdus magna familia.

Inter oēs latinos authores hæc cōueniūt Primū quidē quia Cæculus Prænestinæ cōditor vrbis:fuit Aboriginum rex in Latio. Idē fuit Martis Latini filius.At vero q Marti patri successit in Latio:fuit cognominatus Saturn⁹ vt supra demōstrauim⁹. Quare Cæculus rex Martis Latini filius cognominatus fuit Saturnus. Ergo tres fuere in Italia Saturni.Primus fuit Sabatius:q fugiēs arma Iouis Nini ad Ianū priscū:exceptus fuit ab eo:& participata potētia illū illustrauit.Hic fuit pater Sabinorū & Sānitiū vt sępe ostēdimus.Alius fuit filius Romę Romanessus nepos Itali:q prim⁹ Aboriginū Saturn⁹ creat⁹ ē:vt in eisdē ostendimus.Tertius fuit Cæculus filius Iani Iunioris:noīati Martis:vt nūc explanauimus.Primus fuit priscis aureis sæculis.Secūdus tpe Iasii.Tertius tpe Ransis Aegyptii:& Osci Vetuloniēsis:vt ex his patet.Oscus vero Etruscū nomē est:a venenoso & terrifico serpente dictū:quē ad hāc ætatē Etrusci Oscorzonem dicimus.Quare rectius dicit Manethon Oscū & Oscos ab insigni principis serpēte dictos:q̄ Seruius sup.vii.æneidos:dicēs Oscos dici vbi plurimi abundant serpētes. Profecto & ab insigni duces vetusti appellari solebāt:ceu Macedon a lupo:& Anubis a cane:vt in primo li.Diodorus est author. Nā ægyptia lingua Macedon lupus:Anubis vero canis dicit.Quinetiā & Iuppiter in aquilam:& taurū:& aureum impluuiū versus a fabulosis græcis fingit:q̄ ad raptū stuprumq; Ganimedis:Europęq; ac Danaes vsus sit insigni Aquila:& tauro:& corruptore auro.Hic Oscus Vetuloniēsis adeptus imperiū Italiæ:plurimas colonias dedit:vt ait Manethon:& a se Oscas & Volscas:q̄si Voloscas:id est cōsulares Oscas cognominauit:quarū Volsci in Latio primi fuisse cōditi apparēt:q̄ vocabulo Turrheno eos Volscos.i.priscos Oscos(Osci eñ fuerūt Capuani.)appellauit:quos Virgilius adducit sexto æneidos illo versiculo:Oscorūq; manus.Quo loci Seruius ita scribens:Capuenses(inquit)dicit:qui ante Osci dicti sunt.Teste eodē Seruio etiā super.x.ęneidos:constat Capuā a Tuscis conditā fuisse:viso falconis augurio:qui Tusca ligua capis dicit.Et subdit.Tuscos aūt omnē pene Italiā subiugasse manifestū est.Vulturnumvero post dictam fuisse:& a campis Capuā Liuius author est in quarto ab vrbe condita dicens Vulturnum Etruscorum vrbem:quæ nunc Capua est:cepere Samnites.Eodem loci ait Capuam esse dictā a campestribus locis:in quib⁹ sita.Reassumpsisse quoq; Capuę nomen a Troiano duce Capy:equidē Virgili⁹ insinuat lib.x.æneidos vbi ait.Et Capys: hinc nomen Capuanæ dicitur vrbi.Vnde & Dardanos colonos illam habere dixit Lucanus in secundo quū ait.Moenia Dardanii tenuit Capuana coloni.

Cæculus. Saturni in Italia tres. Oscus. Volsci. Capua.

Tpa in Manethone inemẽdata / in Archilocho & nostra chronographia repies. Cæterũ nouimus ex præcedẽtib⁹ quũ varia origine reges Hispaniã regerẽt: eorum caput originis nominari: quorũ vltimus fuit Testa Libyus Triton: qui apud Carthagineã

Anno ei⁹. xiii. Ilus regnauit apud troianos. lii. ãnis: & Palatuus apud Celtiberos: apud Celtas Galathas iunior q vicit Sarmatas: & cõdidit Galathas Asiæ.

prouinciã regnauit. Quare quum non alii sed illius posteri a Carthaginea in Valentiam p rogassent imperiũ: consequens est vt Valentia ab ei⁹ filio Romo fuerit noĩata. Argumento quoq est: q circa ea loca fili⁹ Romi Palatuus: populos a se dictos Palatuos fundauit: quos & Ptolemęus supra Valentiã describit ad montes vicinos. Galathas vero iunior a quo deuicti sunt Sarmatę & Asiani: etiã a patre suo Olbio innumeras colonias denoĩauit: in Gallia: Sardinia: Sarmatia magna: Asia & Cilicia: vt in Ptolemæo & geographis noĩa descripta Olbia perseuerant. De victoria vero atq fortitudine exercitus hui⁹: quib⁹ oẽm Sarmatiam & Asię magnã partẽ ditioni parere coegit: Diodorus Sicul⁹ ample in. vi. lib. psequutus est. Cæterũ de Ilo id cõstat: eũ fuisse a quo Iliũ in Troia fuerit conditũ: & cuius fratrẽ Ganimedẽ Iuppiter rapuit in aquilam versus vt fabulant Græci: tametsi eorũ Chronographus Eusebius de temporib⁹ mendaces illos ostendat ex tẽporib⁹ patris eo dicẽs. Ob raptũ Ganimedis Trois patris Ganimedis & Tantali raptoris bellũ exortũ est: vt scribit Phãder poeta. Frustra igit Iouis famula: & raptrix Aquila cõfingit. Hęc Eusebi⁹ de tẽporibus Trois & Tantali.

Galathas.

Ilus.

Fuisse Picũ priscũ ex pcedẽtib⁹ colligit Hic Picus iunior pater fuit Fauni iunioris: cuius ætate regnauit Tarchon secundus in Italia. Nã etsi Tarchon iste cœpit regnare sub Pici temporibus: sub ei⁹ tñ filio vsq Euãdri & Herculis tpa pseuerauit: vt Solinus in principio insinuat cũ dicit. Caccus habitauit locũ cui Salene nomẽ est: vbi trigemina nunc porta. Hic & Gelli⁹ tradit: quũ a Tarchõte Turrheno ad quẽ legatus venerat iussu Marsiæ regis socio Megalę Phrygiæ custodię foret dat⁹: frustrat⁹ vincula & vnde venerat redux: psidiis amplioribus occupato circa Volturnũ & Cãpaniã regno dũ attrectare etiam ea audet q cõcesserãt in Archadũ iura: duce Hercule q tunc forte aderat oppressus est.

Pic⁹ iunior.

Tarchon.

Anno eiusdẽ. xlvii. Picus iunior fit rex Aboriginibus: & apud Tuscos regnat Tarchon secũdus annis. xliiii. Post Picũ anno penultimo Ranisis apud Celtas regnauit Namnes.

Namnes aũt quẽ Manethon ait regnasse apud Celtas: scriptus inueniẽ p lrãm m. & n. Namnes & Nannes: nec arbitror significatũ variari. Quare cõstat condidisse Nannetes pplos in Gallia Lugdunẽsi: iuxta descriptionẽ Ptolemęi. Supra Parisios interq Namnetes & Vessones diuidit Sequana fluuius. Vessonũ metropolis est olim Augusta Vessonũ nũc Demont: At Namnetũ Augusta olim Condeuincũ iuxta Ptolemęũ. nũc aũt Venecial est aut pximis locis. Ab his Nãtes per syncopã quasi Namnetes orti sunt: manetq illis nomẽ Anglię oppositis. Estq in Turonensi puincia ciuitas episcopalis in Britãnia citeriori: quę comitatus titulo illustratur ducis Britanniæ primogenito ascripto.

Namnes.

Nannetes i Britannia.

Satis cõgruũt mutuoq sibi consentiunt Manethõ & Eusebi⁹ de tpib⁹ Amenophis: & Sosarmi & Laumedõtis pris Priami. Cęterũ dissensio est quo tpe ort⁹ sit ex Ioue & Alcmena adulterin⁹ grec⁹ Hercules. Nam quũ omnes historici tradãt illum periisse qdragesimosecũdo ãno Priami. i. ãno deci-

Terti⁹ Larthes Aegypti⁹ Amenophis annis. xl. regnat & impat: cui⁹ anno prio Laumedõ impauit Troię. Anno vero tertio Sosarm⁹ regnat Assyriis. & Hercules Amphitryonis nascit ãno. vi. vixitq annis. lii. & periit igne: primus ex maximis piratis.

mofeptimo ante excifam Troiā:variant tamen quoto vixerit tempore:quū illum plerįq; an nis.xxx.plurimi vero.lii.vixiffe contendant.Quos Eufebius de temporibus Priami referens & ita fcribens:Hercules inquit cum in morbum peftilentem incidiffet:ob remedium dolorꝫ fe proiecit in flammas:& fic morte funct⁹ eft anno ætatis.lii.Quidā aūt illū.xxx.periiffe fcri bunt.Hęc Eufebius.Fuiffe autem illum cū Argonautis omnes fcribunt:ac propterea ꝓbabi lius dicunt qui illum.lii.annis vixiffe confcribunt.Nā fi.xlii.anno Priami id eft.xvii.añ Tro ianum excidium periit:fi folum.xxx.annis vixiffet:equidē ante Troię cineres fuiffet genitus anno.xlvii.a quibus fi quadraginta duos Priami fubtrahis:profecto remanent quinq; anni q bus ante Priami principatum natus fuit.Quare quoniam Priamus fucceffit Laumedōti pa tri ab eodē Hercule peremptо:cōfequēs neceffario eft:vt quinquennis Hercules cum Argo nautis nauigans Laumedontē peremerit:quod quidē nō tam falfum q̄ ridiculū eft.Ergo ve rius fcribunt qui illum occubuiffe aiunt anno ætatis fuæ.lii.Sic enim decennis fortis robo re:cū folo ictu pręceptorē fuū Linū Muficū peremerit puerulus tardiore ingenio:vt Diodo rus refert in.iiii.Neq; id facinus non potuit facile perpetrare:vt decennis robore incredibili: & auxilio Iafonis & Argonautarū:& dolo non bello:Laumedontem nil eiufmodi fufpicantē noctu confoderit:qm̄ id a Piratis & fępe factum vidimus & fæpius geftum legimus. Nā vt i aliis:Argonautę nil aliud q̄ Piraticam infidiofam gefferunt. Et idcirco recte Manethon di cit illum fuiffe primum ex maximis Piratis:q̄q̄ puer diuino quodā & admirabili robore res cū Argonautis gereret:omnia maris littora/vt infidiofus Pirata/latrociniis & ftupris collu ftrans magis q̄ illuftrans/luftrauerit:vt gręca fabula refert.

Herculis anni.

Hercules Linum occi dit.

Anno Amenophis.xiiii.apud Aborigi nes regnat Faunus iunior:&.xxix.anno Tufcis imperat Tyberinus ex familia Veia Vetuloniæ annis.xxxv.

De Fauno iuniore qui Euandrum excepit hofpitio:& oppidum Romā Valentiam di ctum illi conceffit:omnes latini & græci pa ria fcribunt.De Tyberino vero Veiorū Ve tuloniæ regulo:hæc comperio. Nomen illi fuit Tyberinus:cognomē Tyberis id eft in iuriator:idq; cognomen illi a Pelafgis quos pepulit a Tufcia impofitum fuit.Nam cum Pelafgi paulo ante ficulos pepuliffent cum par te Vmbrorum:cohabitauerunt Turrhenis pacifice vfq; ad Tyberinum iftum:qui per duas ætates id eft circa.l.annos regnauit ante Troianum excidium:vt paffim in primo libro fcri bit Diodorus Siculus.Origo belli inter eos fuit:ꝙ Minos iunior mifit in Italiam Glaucum filium:vt cū Pelafgis imperium teneret:exceptufq; fuit a Cęretanis:donatufq; Scylla puella ex oppido Cære:vt quidam tradiderunt.Quod quum Tyberinus ægro animo atq; iniquo perfpiceret:bellum intulit Cęretanis ad mare:& Phaleriis ad Tyberim:quo bello etfi ipe pe riit gigas validus:nomen tamen amni dedit:q prius Albula dicebatur:& Vetulonienfes vi ctoria potiti:Glaucum & Pelafgos tota Italia pepulerunt:& Enotum oppidum validiffimū non procul vrbe Roma quum cepiffent:fibi vrbem pofuerunt:quā a fui origine loci & gen tis Veientem appellauerūt:vt Epigenes refert. Vnde in vita Camilli Plutarchus illos Eno tanos ante fuiffe retulit : & a Romulo dictos Sardinianos : quia ab Veiis Etrufcis qui intra fines Etruriæ continentur originem habent. At vero Veii Etrufci Sardiniani coloni fue runt:vt idē Plutarchus refert in vita Romuli.Coloni autem Sardinię fuerunt: non ꝙ a Sar dinia in Etruriam venerint: fed ꝙ natione Etrufci Sardiniam primi cum rege illorū Phor co habitatam reddiderint:vt author eft Strabo in quinto:& nos ad longum explanauimus in aliis locis.Sed de his hactenus.Nunc quæ de Tyberino his conformia referātur:iure fub inferendum eft.Regnauit(inquit Manethon)Tyberinus anno vigefimotertio Amenophis

Faunus.

Tyberinus

Enotum.

In primis hoc tempus dubito quin maxime quadret. Nam vt historici consentiunt fatidica Manto electo ab Atheniensibus rege Theseo cui Manto seruierat: eadem venit ad Tyberinum Vetuloniæ regem: a quo fœcundata peperit Ocnum conditorem Mãtuæ. Hinc Ocn⁹ dictus fuit filius Tusci amnis: id est Tyberini: qui nomen amni Tyberi indidit: dicente Virgilio. x. æneidos. Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantus: & Tusci filius amnis. De Tyberi vero nomine quidam opinantur dictum ab Albanorum rege Tyberino: qui in eo submersus fuit: vt placet Liuio & Ouidio in. ii. Fastorum dicenti. Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in vndis reddidit: hybernis forte tumebat aqs. Sed huic respõdent Seruius: Virgilius: & Plinius: & alii qui scribunt diu ante Tyberinum Albanum fuisse Tyberinum tuscum: cui græci Tyberim cognomẽtum imposuere. Nam Festus recte ait Tyberim dictũ a Tyberi Tuscorũ rege: vel a Tyberino rege Albanorum. Plini⁹ in tertio naturalis historię capitulo. vi. dicit distinguens simul noĩa & verba. Tyberis inquit: añ Tybris dictus est: sed prius Albula. Et Virgilius in. viii. scribit dicens. Tum reges asperq; immani corpore Tybris: A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim diximus: amisit verum vetus Albula nomen. Seruius vero cũctas opiniones referens hæc in pluribus locis scribit: maxime super. viii. æneidos. Tyberim alii a rege Aboriginũ dictum putãt: q dimicans iuxta eũ occidit. Alii a quodam Aborigine: quem Glaucus Minois filius ĩ Italia interemit. Alii inter quos Liuius & Ouidius a rege Albanorum. Alii inter quos Virgilius & complures a Tyberino rege Tuscorum: qui ibi occubuit. Alii a regis Tuscorum iniuriis: qui circa ripas hui⁹ fluminis latrocinabatur: & a crebris iniuriis quib⁹ trãseũtes afficiebat: Tybrim cognominatũ fuisse. Nec Ouidii verba nos asserere cogũt añ Tyberinũ Albanũ non fuisse dictũ Tyberĩ Neq; etiam Liuius contradicit: quia etsi a Tyberino Albano dicĩ Tyberis: ante tamẽ illum inueniĩ nominat⁹ Tybris. Hæc Seruius. Verum has opiniones veras esse ex Manethone & historicis deprehendimus. Nam Tyberinus Tuscus fuit atq; Vetulonus. Dictus est aũt latrocinator: quia teste Seruio: latrocinari dicimus ducem: qui etiam cõductitiũ habet exercitum. Et quia cõduxit pximorũ Aboriginũ militẽ vltra Tuscos contra Glaucum & Pelasgos hinc dictus est latrocinator: & Aborigines: & rex Aboriginum: & Tuscus & rex Tuscorum: & Veitulonus & regulus Veientũ. De Glauco vero ita scribit Seruius libro. vii. æneidos super illud carmen. Picta scuta labici. Glaucus (inquit) Minois filius venit ad Italiã: & cum sibi imperium posceret nec reciperet: ideo q nihil prestabat sicut pater ei⁹ prestiterat mittendo illis zonam: cũ antehac discincti essent: ostendit scutum: a quo & ipse Labicus dictus est: & ex eo populi Labici. Tempora quoq; Herculis: Thelamonis: Iasonis: & Argonautarũ: Medeæq; & Cyrces illius sororis amantis Glaucum: q̃ verissime quadrant: si quę scribunĩ animaduertimus. Aiunt enim scriptores quorum sententiã Seruius refert super tertiũ ænei. illo carmine. Dextrũ Scylla latus lęuũ implacata charybdis. Duplex inquit est scylla: vna pꝑ charybdim Sicilię q̃ est saxũ simile formę celebratę procul visentib⁹: vt ait Sallustius: alia fuit filia Nisi vt insinuat Virgilius. vi. Aegloga. Fuit & tertia filia Phorci & Creteidos Nymphę. Hanc amabat Glaucus quẽ Cyrce diligebat: sed q̃ pronissimus in Scyllam fuerat. Irata Cyrce: fontem in quo illa corpus suũ lauare cõsueuerat infecit venenis: in quẽ Scylla quum descẽdisset: pubetenus in varias mutata est formas. Horrẽs itaq; suã deformitatẽ in mare se pręcipitauit. Hęc Seruius. Hãc tertiã Scyllã fuisse Tuscã Cęritem authores asserunt: inter quos Epigenes pręcipuus est in Apologetico contra Italos: quo Tyberini & Glauci bellũ refert: qui etiã ait terminũ Cęritis amnẽ a patris nomine Minoem appellasse: quẽ in Minoem trãsmutasse ex cõtemptu Tuscos asserit. Fontẽ vero & mare vbi se pręcipitauit mare Scyllanum dici. Nunc etiam ætate nostra sic appellatur: & Tusca vernacula lingua quæ synæresi vtitur Mar Scylliano vocamus. Est amnis iuxta Cærite oppidum ad mare vbi Scyl-

Ocnus.

Tyberis.

Tybris.

Glaucus.

Scyllæ.

lã se lauare cõsueuerat. Itaq; vt diximus: oĩa quadrant. Tpe eĩm quo regnabat Theseus erat Mãto & Tyberin⁹ Tuscus: Glauc⁹ quoq; fili⁹ iunioris Minois: Scylla & Cyrce: & Hercules & Thelamon. Nã Cyrce in Italiã venit cũ argonautis: q ab Hispaniis regrediẽtes in Thelamonis portũ: dictũ a duce: iuxta Turrheniã venerunt: vt asserit Diodorus in. v. Inde Hercules: a quo ad hãc ętatẽ dicĩt portus Herculis in Tuscia: in cõtinentẽ descendens: & ad fanum Volturnæ in subcyminiis radicib⁹ veniẽs: primo quidẽ vt suũ robur ostenderet: lacũ Cyminiũ nobis effecit: vt authores: & Seruius refert li. vii. æneidos. Lac⁹ Cyminius

Quartus ægyptiis impauit Ammenephus annis. xxvii. cui⁹ anno quarto apud Celtas regnat Rhem⁹: a quo Rhemi. Anno nono ei⁹ apd Assyrios regnauit Tautanes: & anno. xvi. apud Aborigines Latinus: apd Tuscos aũt regnat Mezẽtius.

Rhemus Celtarũ rex: a quo Rhemi: qs fuerit nondũ cõperi. Sat est ab eo Rhemẽses Gallos dictos: quos Lucanus in primo & in cõmentariis Cęsar cõmemorat: sunt q; inter Belgas proximi Celtis: & Suessonibus: cũ quib⁹ eodẽ iure ac iisdẽ legib⁹ olĩ vtebanẽ. Finitimi sũt Veromãdis: Treueris: Metẽsib⁹: Cathalensi quoq; & Laudunensi diœcesib⁹: ac syluæ Arduennę: a Cęsare celebratæ. Metropolis est Rhemi ipi i qua rex Gallię solebat magna põpa religiose inũgi: ac rex acclamari. Porro Latinũ fuisse filiũ Fauni qdã scribũt: alii vero adulterinũ Herculis Piratæ. Mezentiũ Agillinũ ciuẽ authores cõcelebrãt: quũ fuerit Tuscus: sed a capta Agillina dict⁹ est Agillinus: vt alibi scripsim⁹: quẽ Virgilius in ænei. li. viii. Larthẽ in luco ingẽti fanoq; Volturnę crudelia exercentẽ: a ciuib⁹ Vetulonię pulsum: asserit pfugisse in suũ Cęritẽ oppidum: moxq; inde militib⁹ sumptis: ad Turnũ cõtra æneã pfectus est: cõtra quos classem atq; terrestrẽ militiã æneæ ad se venienti Tarchon rex cõsignauit. Qui etiã Mezenti⁹ teste Macrobio in Saturnalibus: antea Rutulis impauit: vt sibi offerrẽt quas diis primitias offerebant. Tũ latinos oẽs similis imperii metu: ita vouisse. Iuppiter si magis tibi cordi est nos ea tibi dare potius q̃ Mezẽtio: vti nos victores facias. Et iccirco a Virgilio dict⁹ ẽ cõtemptor deorũ. Hinc pia illa insultatio sacerdotis. Hęc sunt spolia & de rege supbo primitiæ: raptas de eo notã s exuuias. Vñ cõtra Latinos postea Turnũ iuuit. Cętera in tẽporib⁹ Ammenephis & Tautanis: Eusebius & alii conueniunt. Rhemi. Mezẽtius.

Secut⁹ est vltim⁹ Larthes septẽ annis: post quẽ secuta est Dynastia sine Larthe annis centũ. lxxvii. per quã numerabim⁹ q Babylonii: ęgyptii: & Turrheni floruerunt. Anno Dynastię Diapolitanorũ primo Troia euersa fuit: & anno. iii. æneas venit ad Italiã: ad Latinũ: & Euandrũ: & Turrhenos: apd quos regnauit Tarchõ iunior annis. xx.

Dynastię ægyptiorũ primę a diluuio vsq; ad. xlii. annũ Nini. xv. fuere: vt Eusebius de tẽporib⁹ scribit. Pria oĩm iuxta Berosum fuit Camesi: quẽ inter prios deos iuniorẽ Saturnũ appellauerũt Aegyptii: vt in Berosianis explicauimus: durabatq; singula septem annis sub duodecim diis primis maioribus Aegyptiorũ hoc pacto Anno a diluuio. cxxxi. teste Beroso Chemesẽ prim⁹ tenuit Dynastiã ægypti septẽ annis cui Chem Min vrbẽ dedicauerunt: vt ostẽdimus. Huic successit Ocean⁹ cum Tethyde: qui Colonias posuit iuxta Nilũ: a quo & Nilus antea fuit dictus Oceanus: a quo innumeræ Nymphæ genitæ sunt: vt Hesiodus in Theogonia scribit: & Diodorus in primo libro de Nilo confirmat. Postq̃ vero septem annis Dynastia penes Nilum fuit: cessit tertio: & hoc ordine duodecim dii regnauerunt: singuli in suis vrbibus septem annis: qui summam annorum efficiunt quatuor & octoginta. Tres ex diis iunioribus secuti: coæ Dynastię ægyptiorũ.

perunt augere tps:quorũ prim⁹ principatũ tenuit annis.xiiii.secũd⁹.xxvi.postrem⁹.xxxvii qui simul sumpti efficiũt annos.vii.&.lxx.adiectiq; supioribus Dynastiis reddũt annos vnũ & sexaginta & cẽtũ:ad quos si addis cẽtũ & triginta vnũ:q a dilunio ad primã sub Chemese Dynastiã interfluxerunt:erũt anni duo & nonaginta supra ducentos:quo tpe ortus est Habraã anno.xliiii.Nini: vt Eusebius de tẽporib⁹:& Mosaicũ tps cõprobãt. Hoc anno cœpta ẽ xvi.Dynastia sub Osiride:q cõcessit Dynastiã Thebeis:durauitq; ista annis nonaginta & cẽtum:vt Aegyptii & Eusebius supputãt.Sequuta est pastoꝝ Dynastia.xvii.centũ & trib⁹ annis:vt iidẽ scribũt.Ab hac emersit.xviii.Dynastia Diapolitanorũ annis.xlviii.& trecẽtis: vt cõputãt.Hic in diuersis locis Aegypti lustrauit.xix. Dynastia sub diuersis Larthib⁹ : annis quatuor & nonaginta supra cẽtũ:vt ab eisdẽ asserit:q vt asserũt:iterato in Diapolitanos regressa est:&.xx.Dynastia dicta sine Larthibus:vt hic Manethon scribit: & Eusebius connotat.Itaq; per hãc Dynastiã ꝑgressus Manethon:ait eius primo anno Troiã ruisse. Eusebius vero vltimo anno præcedentis Aegyptiæ Dynastiæ illã notat euersam.Sed pleni⁹ Archilochus tradidit de aduentu Aeneę in Italiã.Quo anno in Italiã venerit post crematã Troiã diuersa opinio est.Hoc tñ cõstat Aeneã ꝓfugũ domo venisse ad Latinũ Aboriginũ regẽ:a quo primũ Aborigines latini dici cœperũt: a latinoq; comi hospitio exceptus Aeneas etiã Latini filiã coniugio accepit:ob qđ ortũ bellũ est inter troiugenas & aborigines & Rutulos.Nã teste Liuio in primo ab vrbe condita:Turnus rex Rutulorũ:cui pacta Lauinia añ aduẽtum Aeneę fuerat: prelatũ sibi aduenã ægre patiẽs simul æneæ Latinoq; bellũ intulerat.Neutra acies ex eo certamie lęta abiit:victi Rutuli:victores Aborigines Troianiq; ducẽ Latinũ amisere.Inde Turnus Rutuliq; diffisi rebus:ad florẽtes Hetruscorũ opes eorũq; regẽ Mezẽtium cõfugiũt.Qui nouę origine gẽtis & vrbis res Troianas crescere nõ tutũ esse ratus: socia arma Rutulis iũgit.Parata classe atq; militia ex.xii. populis teste Virgilio : dum plus nimio exercet crudelia:ad suppliciũ quęsitus Mezẽtius:a fano Volturrhnę inter cędes & ignes fuga elapsus:in Cæriteq; suum oppidũ quod non longe est profectus.

Aeneas in Italiam.

Turnus.

Mezentius

Anno.vii.Ascanius Latinis impat:anno vero sequẽte Teute⁹ Assyriis:& post Frãcus Celtis ex Hectoris filiis: & anno eodem Lydi mare obtinuerunt.

Lydos quos ait mare obtinuisse existimo non fuisse Tuscos: sed Męones in Asia:qq̃ & Tusci tũc mare inferũ ac superũ & omnes insulas circũ Italiã ea tẽpestate occuparent.Nã teste Liuio in primo ab vrbe cõdita:in aduẽtu Aeneę tanta opibus erat Hetruria:vt iã nõ terras solũ:sed mare etiã per totã Italię lõgitudinẽ ab Alpib⁹ ad fretũ Siculũ fama sui nois implesset.Porro quis Frãcus iste Hectore⁹ aut quo pacto rex a Celtis suscept⁹ fuerit:neminẽ legi.Vincẽtius tñ diligẽtissimus historiarũ scriptor:illũ cõmigrasse in Franciã asserit euersa Troia:& ob ingentẽ animi virtutẽ percharũ Celtis & regi acceptũ:etiã regis filię matrimonio iunctũ fuisse:ac post eũ regnũ in Gallia suscepisse.Par æneę suo cõciui fuit:qui pari modo regi Latino & affinitate:& successione regni latini iunctus fuit. asserunt eũ esse a quo primo Francię nomen.

Francus.

Anno.xlii.Amazões tẽplũ Dianę Ephesi succẽderũt:& anno.xlvii.Ocn⁹ imparuit Italiæ annis.xlvi. vixit annis. xcvi.Et xlix.Sylui⁹ Latinis:& Tymeus Assyriis.

Arbitror supputationẽ tẽporũ corruptã fuisse a scriptorib⁹.Nã Eusebi⁹ tẽporũ diligentissimus vestigator asserit Syluium regnasse apud Latinos anno huius Dynastię quadragesimoquinto.Hic Sylui⁹ Posthumus est. Syluius quidẽ quia ruri educatus fuerat:Posthumus vero quia fœcũdata Lauinia

Syluius Posthum⁹.

coniuge Aeneas obiit:postq̃ illius mortẽ partus fuit. Ab eo oẽs Albani reges Syluii vocati Syluij. fuerũt:successitq̃ fratri suo Ascanio. Ocnus quoq̃ iste posthumus fuit:q̃a Hetrurię rex Tyberinus quũ grauidã Manto fecisset:circa Tyberim cecidit in bello qđ cũ Pelasgis & Glauco gerebat:cui adolescenti oĩs Tusca militia credita fuit cũ Aenea:vt narrauimus:omẽ scilicet futuri imperii:& q̃ ipe Larthes a patriis oris Tyberinis duceret agmen in Transpadanã Galliã ad condendã a noĩe matris vrbẽ:de quo Virgilius in.x.æneidos. Syluij.

Anno.xlv.Dinastiæ regnauit Latinis Aeneas Syluius:& Assyriis Dercilus anno.xlvii. At.lxxii. Tuscis imperat Pypin⁹ annis quinquagintaduobus.

Diffidentiã comperio inter Manethonẽ & Eusebium de temporibus:q asserit Dercilũ regnasse anno Dinastię hui⁹. lxxviii. & Aeneã Syluiũ.lxxiiii.qđ pfecto arbitror euenisse:q̃ alii his paucis annis regnauerint:q nõ habent in pretio apud Chronographos:sed cũ succedente sæpe computãtur:quum etiã ante hũc Aeneã Syluiũ reperiam⁹ regnasse Latinũ fratrẽ Posthumi annis tribus. Vñ & ipe Eusebius quasi respõdens ad dictã diffensionẽ sic ait. In alia historia reperim⁹ quarto loco Latinũ Syluiũ regnasse: Lauiniæ & Melampodis filiũ: vterinũ fratrẽ Posthumi: & quinto qui nũc hic quartus ponitur Syluiũ Aeneã Posthumi filiũ. Porro Pypinus hic est: qui regiã Tuscanicę Cybelis reparauit in agro Cybelario Vetuloniæ:vt excisa triumphalia marmora memorię produnt. Nõ pcul quoq̃ Vetulonia est ager Pypiniẽsis: & Pypini regis balnea:cuius loci Liuius meminit:quũ in.ix.ab vrbe cõdita scribẽs: Vmbri inqt: cõcitata oĩ iuuentute sua:& magna parte Hetruscoꝝ ad rebellionẽ compulsa:tãtũ exercitũ fecerant:vt relicto post se in Hetruria Decio:ad oppugnãdũ ide Romã ituros:magnifice de se:ac cõtemptim de Romanis loqntes:iactarẽt. Qđ inceptũ eorũ vbi ad Deciũ cõsulẽ perlatũ est:ad vrbem ex Hetruria magnis itineribus pergit:& in agro Pypiniensi ad famam intentus hostiũ consedit. Pypinus.

Anno.vii.regnat Latinis Sylui⁹ latin⁹ &.cxxi.Eupales Assyriis. Anno.clviii. Alba latinis regnat:&.cxxviii.Nyci⁹ Fesulanus Tuscis annis.xlvii. Anno.clxvi. Pyseus Tusc⁹ pirata impat Italiæ annis.lii. Ita paulatim Assyrii: Aegyptii: Turreni delitiis eneruati decrescũt:econtra latini crescũt. Itaq̃ subiiciem⁹ breuiloquiũ:quo pacto reges Assyriorũ: Aegyptiorũ cœperũt eneruari: ecõtra grecorũ & latinorũ Abotiginũ. Apđ ei Tuscos Pyseo successit Tusc⁹ iunior annis.xxxix. huic Amnus annis.xxv.quẽ sequut⁹ est Felsin⁹ annis.xxxiii. Hinc Bon annis vigintiocto. Atrius.xxvii. Marsias decẽ & octo. Etal⁹ xxx. Cęlius vno & vigiti. Ex latinis aũt secuti sũt p quos ppagati Ro.iperiũ tenẽt.

Ergo dimissis cæteris pgit ad Romanũ Iperiũ:breuib⁹ absoluens alioꝝ diminutionẽ. Et Latin⁹ qđẽ Sylui⁹ añ Aeneã Syluiũ regnauit vt dixim⁹ annis trib⁹: & post eũ annis qnquagita:vt latina historia tradit & Eusebi⁹ notat. Eupales regnauit:vt hic Manethon ait: apud Assyrios anno Dinastię.cxxi. Iuxta vero Eusebiũ.cxviii. Similiter Alba Syluius quem ait regnasse Dinastiæ anno.clviii. Eusebi⁹ scribit impasse anno.clv. De Nycio Fesulano non est dubiũ quin is fuerit q a Corsica Phocenses expulerit. & a se dicta Nycea vrbe posita: Corsis tributa quotannis pendere Tuscis imperauit:vt historici quidã scribũt: & Diodorus refert in.vi.li. breuib⁹ dicẽs. Est insula trecẽtis stadiis distãs a Cercina & Ethalia:q̃ a gręcis Cyrnos:a Romanis Corsica appellat. Callirois in ea vrbs est a phocẽsibus condita:qui a Turrenis postmodũ insula pulsi sunt. Nycea quoq̃ a Turrhenis

Latinus. Nycius. Corsica. Nycea.

maritimis: qui reliquas etiam Turrheni maris insulas suę ditiōis fecerunt: condita fuit. Hi postea vrbibus quæ in Cyrno erant subactis: resinæ: cæræq; ac mellis: quorū ea fertilis est in-

Piseus tubę inuentor.

sula: tributa posuerūt. Cæterū Piseus is est: quē ad Piraticā exercendā inuenisse tubā: Plini⁹ in. vii. lib. naturalis historiæ ac cæteri scribunt. Cœpit aūt Piraticā teste in. v. lib. Strabone: quū ille Turrhenus ingenuus stat⁹ & cōcordia cœpit eneruari dissensionib⁹ duodecim populorū. Quibus & delitię & loci opulentia magno decidendi ab imperio: & paulatim cedendi locū Romanis adiumento & fomento fuerunt. Perseuerauit tamen in eis q̄ a Iano tradita fuit philosophia & interpretatio fulgurū & effectuū naturaliū: atq; theologia: vsq; ad ætatē Diodori Siculi sub Iulio Cæsare: q quū in libro quinto dixisset Turrhenos esse iuxta portū Thelamonis: mox in sexto libro a portu Thelamonis quo incipiūt: vsq; in Cyminia iuga: eorū tractū: opulētaq; arua: & diuitias: imperiū priscū: & peritiam breuibus describens: Turrheni inquit fortitudine egregii: magno potiti imperio: ciuitates cōdiderūt plures atq; opulentas. Classe quoq; potentes quū diutius mari imperitassent: Italū pelagus ab se Turrhenū denominauerūt. Pedestri quoq; exercitu pręualidi: tubā primi adinuenerunt: & bello admodum vtilē: & ab his vocatā Turrhenā. Duces exercitus plurib⁹ insignibus decorarūt: Lictores illis: eburneā sellā: togam purpuream adiicientes. Domib⁹ addiderūt porticus: in quas seruorum & concurrentiū turba diuerteret: quæ imitati postmodū Romani in quæ melius aucta: ad suā rempublicā transtulere. Literis quoq; & rerum naturaliū: ac theologię inuestigatione plurimo tpe impēso: præ cæteris in fulgurum interpretatione versati sunt: adeo, vt nostra quoq; ætate vniuersus ferme orbis cū admiret viros: tū præcipue fulgurū interpretibus vtatur. Patriā vberem incolunt: quā studio curaq; efficiunt fertiliorem. Mensa bis in die sumptuose præparata: omnia q̄ ad epularum delitias pertinent abunde subministrant. Stragulas insuper vestes floribus distinctas: poculaq; aurea varii generis ac ministrorū seruorumq; numerū permagnum in vsus habent multiplices: vbi non solum serui famulātur sed etiā liberi plures. Postremo priore virtute abiecta: potui se atq; ignauię tradentes: haud iniuria partam maiorum suorum in bellis gloriā amiserūt. Non autē eos parum ad delitias impulit patriæ fertilitas: quæ fructifera rerum copia ad ineptiam voluptatemq; traduxit. Sunt enim Turrheni campi lati: collibus distincti: cultiq; admodū: & solo fertili: vt q aquis non hyemis tantum: sed æstatis quoq; tempore abundent. Hæc Diodorus. Reliqua tractauimus in historia Hetrusca pontificia: quā iccirco pontificiā dicimus: q a pontifice maximo Noa qui & Ianus in Vaticano cœpta: iterato ad pontificem maximum: & sedem apostolicā subiecta rediit. Sic igitur in ea excurrimus omnia tempora simul & reges & gesta: vt quasi sub epitomate complexi simus.

Turrhenorum laus.

Explicita sunt commentaria super supplementa Manethonis.

FRATRIS Ioannis Viterbensis ordinis prædicatorũ Theologię pfessoris ad consobrinũ suum fratrem Thomam Annium: eiusdẽ disciplinæ atq; ordinis professorẽ epistola respon siua incipit: quam pro eius interrogatis rescripsit. Lib.XVII.



VAERIS innumera dulcissime frater: de limitib⁹: gẽtib⁹: & populis atq; nominibus vetustissimis Thusciæ: itemq; vt edã cõmentaria super Philonem: Xenophontẽ: Sempronium: Fabiũ pictorẽ: Fragmenta Catonis: & itinerarii Antonini: Metasthenẽ Archilochum: & Mirsilum: quorum dicta & scripta e Mãtua mecum retuli Viterbũ: cum regressus essem cum reuerẽdissimo domino meo: domino Paulo de Cãpo Fulgoso: Cardinali sãcti Sixti. Ingens opus mihi attulisti. Verũ quia ad pietatẽ & fulgorem patriæ atq; Italiæ cuncta spectant quæ nõ abest a theologiæ annexis: idcirco morem gessi: & vt expetis opus Anniæ Tuscæ familię nostrę dicaui: & vna min⁹.xl.quæstiones Annias nominaui. Vale felix. Explicit epistola.

Annia Quæstio Prima.

QVAERIS primo: q̃ sint præfiniti limites Thuscię? Responsio. In longitudine quidem sunt duo limites: quorum alter est Tyberis Vaticanus: alter vero amnis Macra principiũ Apuanæ Lyguriæ Thusciæ: quam longitudinẽ per mare discurrit Plinius in.iii. naturalis historię capitulo.vi. a Luna vrbe ad Ostiam. Latitudo vero ei⁹ a littore Thusco cõtẽto iter ostia Tyberis & ostia Macræ ad Apeninũ vsq;: cõcluso a fontib⁹ Tyberis vsq; ad fontes Macrę non procul oppido Apua: nunc Pontremuli. Et hi sunt veri limites: in quibus probatiores authores conueniunt. *Thuscię limites.*

Annia quæstio Secunda.

QVAERIS itẽ: quo pacto antiquitus diuidebat̃ Thuscia: & qui limites veri? Respõsio. In fragmentis Catonis ita dicitur. Etruria olim Italię prĩceps: a metropoli eorũ regia sic cognominata: a Tyberi in Macram diffunditur. Gens prima eorũ maritima ab Ostia ad finẽ Macrę. Mediterraneę duæ: altera a Tyberi ad iuga Cyminia: dicta Lartheniana q̃ & Veiẽs ab eorũ Metropoli: altera vero a Cyminiis iugis ad Stellam Fluentũ & Pistoriũ. De hac diuisione triplicis gentis: insinuat Virgilius in.x.ęneidos dicens. Mãtua diues auis: sed nõ genus omnib⁹ vnum. Gẽs illi triplex: populi sub gente quaterni: Ipsa caput populis: vires de sanguine Thusco. *Thuscię diuisio.*

Annia quęstio Tertia.

QVAERIS quomodo intelligũtur de Thuscia versus Virgilii: qui sunt de Mantua? Respõsio: vt Manethon: Acron: & qdã Virgilianistę: & nos in Etrusca historia explicauimus: Ocnus Larthes Etrurię transgressus Apeninum & Padum cum coloniis & exercitu: cõdidit a nomine matris Mantuã: & instituit politiam eius ad similitudinẽ Etrurię: in qua metropolis regia erat diues & p̃clara auito sanguine vno. Et in hoc solo differebat Mãtua ab Etruria: qa licet eẽt diues auis ĩdigenis: Venetis & Thuscis ex qb⁹ cõstitit: vt Serui⁹ & alii exponũt: nõ tñ his trib⁹ gẽtib⁹ fuit vnũ gen⁹: qa Venetis gen⁹ fuit Phaethõteũ ĩmixtũ Troiano: Thuscis vero solũ Ianigenũ: vt ĩ cõmẽtariis probabit̃. Similitudo vero: qa sicut Thuscia diuidit̃ in tres gẽtes: maritimã: trãscyminiã & Ciscyminiã: & ex singula eligebant̃ quatuor populi ita vt essent ex tota Etruria in fano Voluturnę.xii. populi regentes p singulo populo cõstituto singulo Lucumone: qa erant Thuscis.xii. Lucumones reges: qb⁹ vn⁹ erat *Virgilii versus expositi. Ocnus. Mantua. Lucumones.xii.*

Larthes antistes: ita Mātua diuidebatur in tres dictas gētes Thuscam: Venetam: īdigenā ꝙ priscam. Et singula tertia pars ciuitatis diuidebat̄ in quatuor curias ad similitudinē q̄tuor populorum: & ita erant. xii. curiæ quib⁹ vna princeps in palatio tāq̄ Larthes p̄erat ex solis Thuscis: quia teste Acrone nō permittebāt Thusci quospiam principari: nisi q de sanguine thusco esset: vel eorū vernæ: vt Fabius insinuat: & nos ibi explanabimus. Et sic exponitur metrum Virgilii. Sicut Etruria metropolis respectu totius Thusciæ: ita palatium Senatus Mantuani erat respectu totius ciuitatis: quia illi gens triplex: & sub qualibet gēte quatuor populi & curiæ distinctę. Sed ipsa Mantua pro Mantuę Senatorio palatio erat caput illis. xii. curiis & populis suis. Viri vero id est Senatores palatii qui & Lucumones Mātuani / eligebātur solū q essent de sanguine Thusco: aut vernaculo sanguine similiter Thusco: qđ Romanis ducib⁹ ac regib⁹ opposuit ꝑ ignominia Mitridates: ꝙ Thuscorū vernę fuissent: vt Fabi⁹ Pictor & Trogus & Iustinus asserunt.

Mantuę palatium.

Vernę etruscorum.

Annia quæstio Quarta.

QVAERIS quod sæpe dubitasti: quomodo sanguis Thuscus dicat̄ vnius generis & non Mātuan⁹? Nā & Thusca mixtio fuit ex Corito prisco & Lydis: & Atlāte Italo: dicente Sillio Italico in quinto libro.

Ergo agit arreptis p̄ceps exercitus armis: Lydorū populos sedēꝙ ab origine prisci Sacratā Coriti: iunctosꝙ a sanguine auorum Mæonios Italis permixta stirpe colonos. Respōsio Berosus in. ii. antiquitatū: hanc ex multis vnam ex Genealogiis scribit: vt super ipsum copiosi⁹ scribem⁹. Iano fuerūt duo filii: videlicet Iapetus Atlas maxim⁹: & Cameses. His alii fuerunt liberi. Atlāti qdem maximo Ion pater Itali: & Camesi Osiris pater Herculis ægyptii cui vnus ex prognatis fuit Atus: pater Turrheni ac Lydi. Rursus Atlāti maxīo fuit primo genitus Comerus cognomine Gallus: quē Ianus primū Thusciæ atꝙ Italiæ Coritum designauit. Itaꝙ prisci aui atꝙ illustres ꝓgenitores Thuscorū fuerūt Cameses atꝙ Comeri genitor Iapetus. Et his auis gen⁹ proximū fuit vn⁹ Ian⁹: qđ non facile assignat̄ Mantuæ. Et idcirco Sillius dicit Italos: priscos Coritos: & Męones fuisse colonos Thuscię ꝑmixta stirpe & iunctos a sanguine propinquo auorū: quibus proximum genus fuit vnum.

Atus.

Annia quæstio Quinta.

Coritus.

QVAERIS quid significet hoc nomē Coritus. & cui⁹ est originis: & quot fuerūt: & vbi sedē sacratam in Thuscia tenuit? Respōsio. Multa perquiris: sed ab origine nōis est inchoādum. Origo illi est Etrusca: & est pronomen dignitatis. Itum enim Etrusci Iouē & fiduciā Iouis intelligunt: vt in Saturnalibus Macrobius indicat. Porro Corim hastam vocāt: quā & Sabini Curim & latini Quirim proferebant. Nam veteres hasta p corona q̄si sceptro vtebantur: vt vltimo Epitomatū docet Iustinus. Hinc reges apud Etruscos Coriti: apđ Sabinos Curites: & apud Romanos Quirites: id est hastati & coronati Ioues dicebātur. Vn̄ patet eos errare: qui existimant Coritū atꝙ Iouem patrē Iasii atꝙ Dardani fuisse aliū & aliū. Quod & Lactantius in fine primi libri institutionum significat dum dicit. Authores qdā tradunt Iasium & Dardanum fuisse filios Coriti: nō Iouis: subaudi tanq̄ alterius viri a Corito. Priscus a Iano Italię designat⁹ Corit⁹: fuit teste Beroso Comer⁹ ipsi nepos ex filio Atlāte maximo: vltim⁹ vero Iasius. Penultimus autem Cābo Blascon: vt idē Berosus nominat qui dictus est Corit⁹ socer Atlātis Itali: ex Electra filia. Tot vero fuerūt Coriti: quot regni successores declarati. Sillius ergo loquitur de Prisco non aliis. Quare ab illo nominat̄ Tur

Comerus.

rhena antiqua quã vocabulo Etrusco dicũt Volturrenã.Nam Virgilius vocat eã Turrhenã sedem Coriti in.vii.Aeneidos dicens.Hinc illum Coriti Turrhena a sede profectum.Silius autem dicit illam sacratam a regio Fano & ingenti luco:sine quo antiqtus nõ poterant reges concilia & aucupationes reipublicæ habere.Qđ profecto Serui⁹ in.vii.&.viii.ęneidos significat vbi scribit.Virgilius inquit vbicunq; lucus dicit intelligit Fanum augurio consecratum:quia Senatus nisi inaugurato loco conciliũ habere non poterat.Et ideo non sacrabatur templum Vestę:ne illuc Senatus accederet vbi erant virgines.Ad fanum autem Volturrenę siue p syncopam Volturnę:indicebantur concilia imperii.xii.Lucumonib⁹ & populis Etruriæ:vt authores tradunt:pcipue Liui⁹ in plurib⁹ locis ab vrbe cõdita.Et ideo Volturna erat Sacrata sedes Prisci Coriti & omnium sequentium.

Annia Quęstio Sexta.

QVAERIS quo pacto Volturrena siue Volturna vrbs sit eadẽ & Turrena.Respõdet.Antea q̃ Myrsilũ & Dionysiũ Halicarnasseũ legerẽ:existimabã esse tã orthographię q̃ originis Græcę Volturrhenã & Turrhenam.Sed postq̃ eorum dictis atq; rationibus supior accessit ratio:equidem destiti.Neq; enim turpe est ad melius conuerti:sed in stultitia perseuerare postq̃ semel aberrat:vt ait Lactantius.Itaq; dicimus Volturrenam esse orthographię simul & Etruscę originis & cõpositũ nomẽ ab ol & Turrena.Est autem ol tam Aramee: q̃ Hebraice id quod latine priscum vel antiquissimũ:vt etiam Diu⁹ Hieronym⁹ exponit.Additur aũt cõsonãs de more vetusto:quo sępe noĩbus localib⁹ & gẽtilibus teste Dionysio in primo libro additur consonans.V.F.T.B.vt Helia:hęsta:heneti:Hibris:hœd⁹ dicit:Velia:Vesta:Veneti:Febris:Fœdus:vt ait Varro.Similiter in vsu vernaculo remanet:vt Anconam:Aratum:Annam:Annum:Annios:vulgo pronuntiem⁹ Nanconam:Baractũ:Nannã:Nannũ:Nannios.Ita olumnios:Olturrenam:Olsinios:Olaterras:Olce:Oloscos:pposita cõsonante proferunt:Volumnios:Tolumnios:Volsinios:Volaterras:Volce:Voloscos & per syncopã Volscos:id est antiquissimos Oscos.Similiter Volturnam aut sine syncopa Volturrenam ĩtelligunt antiquissimam Turrenam sacratam Luco ingenti fano sedẽ prisci Coriti.Et ideo recte dixi q; prisci Coriti sacrata sedes fuit Volturna id est antiquissima Turrena:ad cuius fanum indicebantur regia Etruriæ concilia.Valet enim hæc cõsequentra.Est Volturna id est antiquissima Turrena.Igitur Volturna est Turrena.

Annia Quæstio Septima.

Si hæc illatio valet:est Volturna ergo Turrena prisca per locũ ab interpretatione originis Etruscę Vol:cur apposuerũt Vol.Nonne satis erat dicere Turrenam?Responsio.Oportuit id fieri ad distinctionem nouarum Turrenarũ quas Mæon Turrenus postea condidit.Nam priscum & antiquissimum per distinctionem referunt ad posterius & iuni⁹ atq; recẽti⁹.Turrenæ autem vrbes & nomẽ erant in Thuscia:anteq̃ Turrenus Mæon esset nat⁹.Et ideo illę ad distinctionem Etrusca lingua dicũtur Volturrenę siue Volturnę:id est priscę & ante alias Turrenas Lydorum antiquissimæ. Vol cur pponatur.

Annia Quęstio Octaua.

VBI cõsedit Turren⁹ & quas vrbes & quot ædificauit?Respõsio.Dionysius in primo libro sequut⁹ Myrsilũ:refert Herodotũ & quosdã alios scribere:Turrenũ filiũ Atus venisse ĩ Thusciã:& consedisse atq; vrbes ędificasse in prima medietate Tyberis:quę ẽ septẽtrionalis Et vt in quinto ait Strabo:delegauit ministerium ędificãdarũ.xii.vrbium Tarconi filio.Fu Turreni sedes & vrbes.

it enim decoratus & donat⁹ ciuilitate Volturnę q̄ & Vetulonia est: vt suo loco probabitur. Vnde & Sillius in octauo libro sequutus Berosum Vetuloniam appellauit decus Męonum quia fuerunt ea decorati: illustrati: & donati: dicēs. Męonięq; decus/quondam Vetulonia gē tis. Et ob id ea decoratus posuit primas colonias in vrbe qua donatus fuit. Et ideo illas a nomine paterno: vt digniores: noīauit. Dicimus enim gręco vocabulo ad hanc ætatem/vicum Demi Atus: id ē populi Atus. Est iuxta vicū Lōghum. Desyderius vero rex in Alabastro excīso decreuit: vt Longholam non vocarent amplius Longobardulam: sed cognomēto ampliatoris sui Terobum. Secundas colonias Tarcō nomini suo dicauit: vt ait Strabo. Nā Tarconam dixit oppidum: de quo Sillius in octauo libro. Tarcona inqt Tarcontis superbi dom⁹. Erat oppidum paruum: quia teste Dionysio in primo libro. Mos condendarū vrbium antiquis fuit: vt eas non magnas: sed paruas & locis munitis crebrasq; cōderent. Verum postea plurib⁹ in locis adaucta vrbe/vt ruinę demonstrant: in plurali Romani Tarquinias dixerūt nunc vulgo dicimus Tarquene. Distat a Volturna nūc Viterbo. xv. milibus passuum. Tertias colonias posuit in iugis Etruscis siue Volturrenis/quia Volturreni in quorum parte sunt Volsiniēses cognoīe sunt Etrusci: vt asserit Plini⁹ in tertio naturalis historię cap. sexto. De his coloniis dicit Virgili⁹ in nono ęneidos.

Demi Atus vicus.

Tarcona.

Tarquiniæ

Aeneas: sociis: & classe: & vrbe relicta
Sceptra Palantei: vrbemq; petit Euandri.
Nec satis. Extremas Coriti penetrauit ad vrbes.
Lydorumq; manum collectos armat agrestes.

Hoc loci Virgilius Volturrenam regionem indicauit poetico more: quia extremas coriti vrbes dixit. Nā prisci atq; iunioris Coriti sedes erat Volturrena Lucumonia: sacra ingēte fano Lucumonum regū &. xii. populorū concilio: ad quas Euander misit Aeneam: vt patet in viii. lib. æneidos cum Euander ad Aeneam dixit se eum missurū ad ingentes populos & opima regna: id est. xii. populos &. xii. lucumones reges: quibus vnus tunc p̄erat Larthes Mezentius: vt Seruius & alii exponūt. Et mox eorum sedem esse in Etruscis id est Volturrenis iugis vbi donati ciuilitate Vetuloniæ fuerunt: ita Euander Aeneæ describit dicēs.

Larthes.

Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
Vrbis Agillinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit Etruscis. Sic enim cōstruitur. Vbi Lydia gens nunc bello præclara vt ait Seruius: insedit quondā & a principio iugis Etruscis id est Volturrenis: ibi est regia sedes vrbis Agillinæ id est Mezentii ciuis vrbis Agillæ: qa Virgilius ibi accepit vrbem Agillam pro ciue Agillino Mezentio: sicut & in primo libro. Ilium in Italiam portās. i. Illienses ciues. Igīt in iugis Etruscis: quæ & a monte proximo Cyminia dicunt: posuit colonias Lydos bello præclaros cognomine Agrestes. Nam ipsa regio adhuc Agresta & fontana ei⁹ agresta a vulgo dicīt: & regio Etruscorū Agrestiū antiquitus dicebatur. Qđ etiā expssit Liuius in nono ab vrbe cōdita: vbi refert q̄ Fabio consuli prædāti iuga cyminia occurrerūt cohortes Etruscorum Agrestiū/missę a principibus regionis illius. Caput horū erat mons Coriti & oppidū adhuc lingua Etrusca Corit Nyenta dictus: vt dicet infra. q. xxxvi. Et ideo Virgilius dixit ad Fanum & extremas vrbes Coriti Aeneam profectū armasse Lydos Agrestes cognomine & nō rudes militia vt male Seruius exposuit: quia in iugis Etruscis insedit gēs Lydia bello præclara non rudis vt Virgilius indicat. Itaq; tres Colonias posuit Tarcon iussu Turreni donati ciuitate Volturna. Tarconam primam. xv. lapide a Volturna distātē Secundam: in ipsa Volturna Demi Atum. Tertiā in Volturrenis iugis Etruscis: Lydorū cognomine Agrestium Etruscorum. Porro a fontibus Tyberis vsq; Orbitum posuit quatuor Colonias. Prima est Vicus adhuc in Crotoniensi agro dictus Turrenia: quam de more

Agilla.

Agrestes.

Turrenia.

incolę per syncopam vocant Turrhniam. Secunda est in agro Perusino a Trossula Męonica gẽte Trossanũ adhuc dictũ oppidum. Tertia est vna pars Perusię. Tripolis enim sicut Areti um: ita & Perusia est. Nam eius antiquã partẽ posuere Griphonii Armeni: vt author est Be rosus in.v.antiqtatũ. Vnde Aramea lingua /Perusia id est Griphonia dicit: qa Per⁹ Gripho nem vocant: vt periti Hebræi Talmudistæ interpretantur. Aliam partem posuere Pelasgi Achæi: vt Trogus & Iustinus memorant. Tertiam posuit Tarcõ: nomine patris Turrheniã dixit & per syncopam Turrhniam: cuius partis hodie porta Torrhnia dicit: q̃uis corrupte & rudi⁹ q̃ Cortonienses Perusini pro.T.ponentes.B.dicant Burrhniam ꝓ Turrhniam. Cui est argumento Appianus de bellis ciuilibus: q Perusiam dicit esse vnam ex primis.xii.vrbi bus Turrheni. Quarta est: circa Orbitum & Balneoregiũ a gẽte dicta Mæonũ: qđ corrupte proferunt Meanum. Porro in agro Volturreno in parte Tyberina est regio Trossana: quæ ẽ a limite dicto adhuc vado Trossano vſq; ad Tyberim. In hac Trossana & Tyberina regiõe/ sunt qnq; Colonię siue oppidula: quorũ duo interierũt: & trium ruinę visunt. Visũtur enim vestigia eius quã adhuc sine syncopa Turrhenam dicimus. Manẽt vestigia Mæoni oppidi: sancto Anselmo illustris: cuius planitiem Męoni oppidi /vulgus Meani planũ vocitat. Sunt & inde ruinę Ferentinę vrbis Metropolis Trossanorũ vrbis inclytæ Othone Cæsare: vt Sue tonius in eius vita prodit: & Sancto Bonifacio Episcopo: vt in Dialogis sanct⁹ Gregori⁹ scri bit. Eã solo ęquauerunt Volturreni nunc Viterbenses ob frequẽtes eorum stultitias: & Vol turnam cõmigrare iusserunt: Anno salutis.M.LXXIIII. vt Gottifredi annales memoria ser uant. Duo vero alia oppida Romani duces funditus deleuerũt. Horum primum dictũ erat Trossulum: de quo Plinius scribit in.xxxiii.naturalis historię ca.iii.dicẽs. Sepe variatum est equitum nomen. Nam sub Romulo & regibus appellati sunt celeres: deinde flexumines: post ea Trossuli: cũ in Thuscis citra Volsinos nono lapide oppidum eius nominis /siue pedite ce pissent. Aliud deletum est Męonia cuius ager adhuc Męonian⁹ dicitur: & vulgo planũ Mæ onianum. De hac Turrena Mæonia verba facit Ouidius in tertio Metamorphoseos in fabu la Turrenorũ Delphinorũ. Vnde Acetes ei⁹ incola: soci⁹ Lybacę Tuscaniensis: interrogatus vnde & quis esset: respondit. Sum patria Męonia: parentibus de vili plebe: qui harundine pi scabantur in scopulis. Nam Tyberinos scopulos frequentabant. Existimant quidam aut Mę oniam esse aut ei substitutum oppidum Tyberinum: qđ nunc Męonianum dicitur: & amo to æ vulgus dicit Monianum. Nam & ipsum continetur in prima medietate regionis septẽ trionalis Tyberis: quæ a fontibus ei⁹ vſq; ad Hortem oppidum profluit. Nam altera medie tas ab Horte in ostia Tyberina /in meridiem vt cernimus confluit. Et hoc argumẽto vtitur Herodot⁹ & alii vt referũt Dionysius Halicarnasseus in primo libro: & Myrsilus de origine Italiæ atq; Turrenorum: quia recitant vrbes eius dictas Mæonias: Turrenias: & Trossanas in prima medietate septentrionalis Tyberis. Has ergo duodecim colonias pro inita ciuilita te Tusca Turrenus dedit: quasi imitatus Ianum /qui teste Catone in fragmentis & Fabio pi ctore: condita Etruria Metropoli: illi duodecim primas colonias cum duodecĩ fascibus sub iecit. Perus.

Annia Quæstio Nona.

DVBITAS An in supradicto carmine Virgilii insinuetur Volturna: ad cuius ingẽtem lucum fanumq; mittebatur Aeneas ad Lucumones: an ipsa vrbs Agillina. Duo autẽ tibi ꝑ bent occasionẽ dubitandi. Primũ quia exprimit vrbem dicens. Vrbis Agillinæ sedes. Alteꝝ

quia Euander ad Aeneã dixit: ꝙ locus ad quem ipsum pro auxilio Thuſcorũ mittebat: erat propinquus: dicẽs Romæ haud procul hinc eſt vrbis Agillinæ ſedes. Qꝫ vero dicanť Etruſca iuga Volturrena: etiã nomen Etruriæ & Etruſcum accipiť quandoꝙ communicatiue pro tota Thuſcia. Hæc ſunt de quibus dubitas. Reſponſio. Nullo pacto vrbem Agillinam intellexit Virgilius: ſed ciuem vrbis Agillinæ Mezentium: qui clariſſime dicit eam ſedem curiãꝙ eſſe in iugis Etruſcis: vbi conſedit & habitauit a principio Lydia gens bello præclara. Cęterũ falſũ eſt: ꝙ principio cõſederit in regione proxima littori vbi Agilla eſt: ſed ĩ pte ſeptentrionali Tyberis (vt omnes authores aſſerũt) q de loco ſeſſionis Turreni ſcribũt. Quare nullo pacto ad vrbem & ſedem aliquam maritimam miſſum Aeneam intelligit Virgili⁹ ſed Tyberi propinquam Volturnam regiam: vbi & Demi At⁹: & Lydi Agreſtes: & Troſſuli & Troſſani: & Turrhena atꝙ Mæonia. Hoc idem patet ab interpretatione nominis. Nam Volturna eſt Aramęa lingua id quod latina / vrbs vetuſta. Porro Aeneam mittit Euander ad ſedem vetuſtam dicens. Vrbis Agillinæ ſedes ſaxo fundata vetuſto. Omnis enim vrbs vetuſta eſt ſedes lapide fundata vetuſto. Et idcirco Virgilius qui probe linguam Etruſcam nouerat: vt qui Etruſcorum vrbe Mantua natus: per interpretationem dixit latine ſedẽ lapide fundatam vetuſto: id eſt Aramęe Volturnam. Quod profecto repugnat Agillę vrbi: quę nouello lapide / necdum centeſimo ante anno a Pelaſgis cõdita fuerat: q̃ Aeneas veniſſet ad Lucumones. Nã victoria potiti ſunt Pelaſgi / & Siculos tota Italia ꝑpulerunt / ante res Troianas nõ amplius q̃ octoginta annis: vt Dionyſius in primo libro refert. Porro Turrheni Pelaſgos ꝑpulerunt ferme duabus ætatibus id eſt quinquaginta annis ante Troianũ excidium: vt ibidẽ Dionyſius ſcribit: & Xenophon ætates exponit. Et ideo Dionyſius ibi dicit: ꝙ Pelaſgi non diu felicitate atꝙ victoria vſi fuerunt: quia triginta annis Turrheni eos ꝑmiſerunt regnare: ſcilicet ab octogeſimo ãno ãte Troianum excidiũ: quo Siculos ab Italia ꝑpulerũt: vſꝙ ad quinquageſimum ante Troiæ interitum: quo a Turrhenis afflicti ſunt: vt Dionyſius ſcribit: & nos in Etruſca hiſtoria copioſe conſcripſimus. Eſto igitur decennio poſt victoriã cõdiderint (vt ait Dionyſius) vrbes Piſam: Alſium: & Agillã: ergo Agilla fundata erat nuperrimo & non vetuſto lapide in aduentu Aenęę / videlicet ante annos ſexaginta. Et ideo vrbis Agillinæ dixit ſedem vetuſtam: quia eam ſedem lõge ante florentem multos per annos: nuper regebat Agillinæ vrbis ciuis Mezentius: vt immediate ſubiunxit Virgilius. Itaꝙ hoc argumento galeato contra inermes oppoſitores vtimur: miſſum fuiſſe Aeneam ab Euandro ad lucum ingentem fanũꝙ Volturnæ: ſedem vetuſtam: & ante Mezentium atꝙ Agillam multos florentem per annos: quę non in iugis maritimis: & Tyberi vicinis vbi lydi conſederunt: & vrbes condiderunt Mæonias: Turrenas: Troſſanas: Agreſtes: & vbi ciuilitate Thuſca a Lucumonibus donati ſunt. Quæ cum oĩa ſimul collecta vera ſint de fano Volturnæ: & falſa de vrbe Agillina: vt experientia locorum comprobat: conſequens neceſſario eſt: vt nõ nouã ſedem Agillam: ſed vetuſtam Volturnam deſcripſerit Virgilius. Nec te moueat ꝙ vocauit ſedẽ vrbis Agillinę: quia vrbẽ ꝓ ciue tunc regente Volturnam accipit more poetico: vt ibi. Ilium in Italiam portans. Nec te item moueat: ꝙ eam ſedem in propĩquo vrbis Romæ dixit eſſe: quia Romani (vt Macrobius in Saturnalibus ſcribit) intelligunt vrbi Romæ propinquam Etruriam vſꝙ Coſas: vt Pyrgus: Grauiſcę. Remotam vero a Coſis & deinceps. Ex quo patet ꝙ haud procul ab vrbe intelligit Virgilius id quod eſt in propinqua Etruria ab vrbe ad Grauiſcas per maritimum iter: aut vſꝙ Volſinienſes terreſtri: & Caſſiana via. Ergo ab vrbe ad quinq̃gita miliaria / quæ equitando diurno itinere confici poſſunt: haud procul ab vrbe dici poteſt. Quali etiam modo loquendi vſus eſt Diodorus in quinto libro dicẽs: Argonautas ab Hiſpaniis veniſſe in portum Thelamonis a duce eorum dictũ: & eum eẽ iuxta Turrenã. Dixit iuxta & non procul: & tñ diſtat a Turrena ferme quĩquaginta miliariis

Vrbs agillina.

Q̃ꝑ si dicis:fessi erunt qui hoc iter conficiũt: vtiq̃ & Aeneã fessum dicit Virgilius: cũ trãs ito Minione in collẽ luco ingenti vicinũ successisse scribit dicẽs. Huc pater Aeneas:& bello delecta iuuẽtus Succedũt:& equos fessosq̃ & corpora curãt. Porro quoniã dicis Etruscũ nomen dici etiã de tota Etruria cõicato nomine:verũ dicis. Sed nosti ꝙ analoga ꝑ prius dicuntur de principali q̃ secũdario: vbi nihil additur quod a principali significato dirimat. Cæterũ & rustici proprio cognomine sũt Volturreni:in quorũ eadẽ parte sunt Volsinienses:vt Plinius docet. Quare Etrusca iuga quibus insedit Lydia gẽs bello præclara:sũt proprie Volturrena:pręcipue quia nõ solũ nõ additur aliquid qđ a principali significato adimat:sed qđ Vulturnã cõfirmet:vt ꝙ sit sedes vetusta : & multos florẽs ꝑ annos ante Agillam & Mezentiũ:& qđ ante dixit erãt ibi ingẽtes populi & opima regna:quæ teste Seruio non sine causa dixit: quippe ꝙ ibi erant duodecim ingẽtiũ populorũ totidẽ Lucumones reges:quibus vnus pręerat Larthes:& quibus erat cõmunis sedes ingẽs fanum Volturnę ad quod indicebantur concilia.xii.populis:vt indicat Liuius in pluribus locis ab vrbe condita:& Virgilius in eodem.viii.libro inferius exprimit dicens.

Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem:Relligione patrũ late sacer. Quare Etrusca iuga a Virgilio posita per proprietatem proprii cognominis intellexit Volturrena.

Annia Quæstio Decima.

QVAERIS quo pacto sedem Volturnam Virgilius per interpretationem dixerit vetusto lapide fundatam? Responsio. Quia Ol & Vol lingua Etrusca significat vetustũ:immo priscum & vetustissimum vt exposuimus supra quæstione.vi. Turrena autẽ Etrusca lingua a Tursibus deriuatur & vrbem fundatam & extructam crebris turritis ędibus significat: vt Myrsilus & Dionysius eum secutus in primo libro tradunt : & nos in cõmentariis Myrsilianis exposuimus. Quare Volturrena siue per syncopam Volturna:interpretatur sedes vetustis fundata turritis ędibus lapideis. OL ET VOL.

Annia Quæstio.xi.

DVBITAS de Volturna quæ sit regia:quæ nũc Viterbum:an quæ in Viterbẽsi agro & parte Trossana supra Ferentiam. Vtranq̃ enim ætas nostra vocat Volturnã:id est sedem fundatam turritis ędibus. Respõsio. Sola Volturna Viterbensis fuit regia regum & patrũ Lucumonum : & ei soli sunt cũcta quæ ex authoribus sumuntur argumenta. Primũ est a pręscriptis limitibus Volturnę duobus:quorum vnum pręscripsit Plinius dũ dicit. Volturreni cognomine Etrusci:in eadem parte Volsinienses. Alterum præfigit Virgilius:dũ describit quantum lucus ingens patrumq̃ fanum distabat a Minione in eodem octauo dicens. Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem: Relligione patrum late sacer. Hęc Acron & vtrunq̃ Seruius & alii Virgilianistæ interpretes ita exponũt. Ceritis amnis est Minio:cuius fontes nascũtur in fine agri Ceritis : paulo supra Blere oppidum:in via quæ postea Cassiana dicta fuit:ducens ad lucũ ingentem & fanum Volturnę. Hæc Acron. Cõgruit ei Seruius:qui Ceritis amnem pro Minione:in transitu Aeneę ad fanum Volturnæ acceptum fatetur. Verum videtur obuiare Antoninus in Itinerario:qui viam Cassiã scribit non ducere in Gallias per Volturnam. Sic enim ait. Cassianũ iter est Politorũ: Arcennum:Minio:Forum Cassii : Camillarii qui & Aruntes veteres:Turdeni: Varentani: Petiliani:Tunniates:Vmbro in monte:Sena colonia : Phocenses:Pistorium:& eius trãsitus in Galliam Cisalpinam. Porro iter in Volturrenam Tyberinum nominat:in quo nõ est Minio:sic dicens. Tyberinum iter in Gallias est:Gallera: Larthenianum siue Veiens : Rosulum:Sutrium:Ocilianum:Iuga Cyminia: Volturrena:cuius pręclaris gestis inuidit Liuius: Saleumbrone: Larthis: Volsinium:Clusium vetus: Aretium: Clusium nouum : a quo Clusentinus transitus Hannibalis:& Phesulæ transitus. Quare falsum est quod aiunt:ꝙ Viterbũ regia sedes.

via Cassia ducat ad Lucum ingẽtem & fanum Volturnę. Ad hoc respondebo: salua clariore sententia. Ante Aeneã & ante. Q. Fabiũ trãscyminiũ: nõ erat per iuga Cyminia trãsit⁹ ad fanum Volturnæ: nec aditus externis ad Lucomones: quia vt ait Liuius in nono ab vrbe condita: vsq; ad eum diem quo. Q. Fabius mouit a Sutrio ad pugnandam pugnã transcyminiam contra Etruscos ad lacum Vadimonis / fuit in via horrenda sylua cyminia: vt nuper fuerant Germanici saltus: cum ne mercatoribus quidem pateret is aditus: qui in fano Volturnę versabantur: & sæpe Romæ nuntiabant quæ in fano Volturnę agebãtur: vt insinuat idem Liuius li. iiii. ab vrbe condita. Quare transitus vetus ab vrbe Roma in Volturnam Lucumoniam erat per Minionis fontes / & Forum Cassii quod cognominatur Vetralla: & Camillarios: & ab his in Volturnam procedebant ad Lucumones: distantes paulo amplius vno miliari: vt cernimus. Sequamur igitur expositiones Virgiliani carminis. Prope Ceritis amnem est Lucus ingens patrum Lucumonum. Prope quidem tria sunt oppida & limites ęquidistantes a Fano Volturnę: a fronte quidem Volsinę a sinistris Tarquiniæ: & inter sinistram & tergum: transitus Minionis circa Blere. Distãt enim a Volturna paribus miliaribus. xv. vt author ipsa experientia est. Ceritis amnis est Minio: vt Seruius est author. Ingens dicitur Lucus / eo modo quo ingẽtes populos. xii. Lucumones exposuit idem Seruius. Hic ingens Lucus patrum. xii. Lucumonum est. Lucus vbicunq; in Virgilio reperitur locus augurio consecratus intelligitur: vt in pluribus locis eiusdem octaui æneidos Seruius docet. Et ideo dixit sacer. Addidit Virgilius dicens: sacer religione patrum: quia religionis erat: nõ auspicari concilia nisi in fano siue Luco. quia in eũdem librũ ait Seruius non nisi inaugurato loco Senatus concilium habere poterat; ac propterea templum Vestę non erat consecratum: ne Senatus illuc accederet: vbi erant virgines. Dicit etiã Virgilius ꝙ iste Lucus erat sacer late: quia nõ coĩcatus ciuibus ciuitatis Volturnę solum: sed regius & cõmunis omnibus duodecim populis & Lucumonibus. Et hoc est qđ Seruius exponit / late: quia non solum ciuibus incolis sed etiam accolis communis erat. Ergo sic legitur Virgilius. Prope Minionem. xv. lapide / est ingens Lucus fanumq; Volturnę: sacer & cõsecratus late pro imperio communi Thuscorum: religione patrum Lucumonũ: quæ erat vt non nisi inaugurato loco publica concilia auspicarẽtur. Etenim teste Liuio & aliis ad fanum Volturnę indicebantur concilia duodecim populis Etrurię. Ex his sumitur argumẽtum illud efficacissimum a pręscriptis limitibus hoc pacto. Lucus ingens & regia Volturna est propĩqua Minioni & Volsiniensibus simul. Cæterum siue in Samnio siue in Latio siue in Thuscia perquiras: nulla est Volturna propinquior Minioni simul & Volsiniensib⁹ q̃ Volturna Viterbensis. Quare necessario consẽquens est: vt sola Volturna Viterbensis sit olim regia communis sedes & fanum patrum Lucumonum Thusciæ. Secundum argumentum non minus efficax in historia est a monumentis fani Nam ibi necessario & in ea solum Volturna est Lucus vel fuit ingens & sacer: vbi semper remanserunt literæ sacræ fani: quia literis & mysteriis quibusdam sacrant Etrusci: vt Plutarchus meminit in vita Romuli. Ergo nõ Volturna Trossana: aut quæuis alia est vbi fuerit ingẽs & sacer regius Lucus q̃ Viterbensis: quia in nulla alia remanent vestigia sacri fani q̃ in Viterbẽsi. Locus enĩ ipse Luci sub Volturna: ad hanc ætatem dicitur quatuor sacris literis. F. A. V. L. id est Fanum Arbanę Volturnę Lucumonum. Hæc enim quatuor vocabula Aramea siue Etrusca sunt non latina: vt in aliis quæstionibus respondebo. Rursus ęra & priscę monetæ Viterbenses: excisæ literis sacris. F. A. V. L. quędam habent: & quędam F. A. V. P. quę idem vt supra exprimunt: excepta vltimis literis. L. & P. quia Aramee omnes primæ notant fanum Arbanę Volturnę Lucumonum: secũdę vero fanum Arbanę Volturnę Panos aut Pomoni. Et hoc est quod restituit Desyderius in decreto exciso literis Longobardicis. Et vt cu-

Lucus.

Faul.

cudant inquit in monetis suum F.A.V.L.excepto ꝙ amoueāt Herculē:& ponāt patronū suum sanctū Laurentium & reliqua. Nā vt patet in ęre quod in vinea sua repperit Bōbardarius cōmunitatis:ex vna parte erat.F.A.V.L.cum inscriptione Vetulonia.Ex altera Hercules cum leone:claua & Longhola:& inscriptione:Perpetua virtus.Igitur sola Viterbensis Volturna regia erat etiam fanum regium: tum ex limitibus præscriptis tum ab ingentis Luci monumentis extantib⁹.Additur & Volturnæ pomœrium quod vulgus porticellam:contractus vero a Visconte Gatto conuentui nostro datus portam quadrigram vocat:quia.F.A.V.L.quat uor literis æreis sacrū erat:more Thusco. Quod patet in ilice literis ęreis in Vaticano pro religione posita: longe ante vrbem Romam conditam:cuius meminit Plinius in libro.xvi.naturalis historiæ:capitulo.lxi.Vetustior inquit vrbe ī Vaticano ilex:in qua titulus æreis Etruscis litteris:religione arborem iam tum dignam fuisse signat.Nam arbores fuerunt numinum templa:priscoꝗ ritu simplicia: vt libro.xii.capitulo primo.idem Plinius scribit.

Moneta Vetulonia.

Annia Quæstio.xii.

DVBITABAS etiam cum tibi hæc adducebā:Virgilianum Carmen idcirco non intelligi de Fano Volturnę Viterbensis:quia partes descriptionis Luci non videntur ipsi cōuenire.Sic enim sequitur.Quē Lucū vndiꝗ colles Inclusere caui:& nigra nemus abiete cingunt.Syluano(fama est)veteres sacrasse pelasgos:Aruorum pecorisꝗ deo lucūꝗ diemꝗ. Quomodo hæc verificantur de FAVL?Responsio. Vtiꝗ videbis ea ad vnguem verificari.Si ad distinctionem vrbis & collium eius atꝗ vocabulorum te conferas.Nam non crederemus Romam esse: si Tyberis & collium & partium locorūꝗ Romæ nulla vetusta essent nomina:quippe quia hęc sunt viua Topographię atꝗ historię argumenta: vt in Topica historiali probauimus.Ponas igitur hæc fūdamenta tibi:vt viuam Viterbensem antiquitatem teneas.Vocabulo Arameo pont: aquam distinctiuā agrorū a qua transitur ab vno in alterū significat:a cuius origine existimo pontum & pontē habuisse latinos. Vnde confluxum trium fluminum Blerani scilicet & Larthis vbi cum Veiis amnibus cōfluxerūt tripōtium vulgo adhuc dicimus.Et hi tres populos distinguunt.Nam Bleranus amnis distinguit nos Volturrenos cognomine Etruscos:a Tarquiniēsib⁹:vt patet.Larthes vero a Tuscis Nanis.Bleranus dicitur:quia oritur circa Blere.Larthem vocat Antoninus in Itinerario:nos corrupte dicim⁹ Marthem.Oritur a lacu Volsiniēsi:& dicitur Larthes:quia limes est inter Etruscos Larthialis atꝗ metropolis Thuscię vrbis ciues:& Thuscos Nanos.Itaꝗ pont:aqua distinctiua proprie Etrusca & Aramea lingua dicitur.Cui etiam alius argumēto est amnis Macra:quē quia distinguit totam Thusciam a Lyguribus & Gallis: cognominant Thusci pont Remoli:& ab eo vrbem vicinam olim Apuam: nunc pont Remoli id est fluentum distinguens celsitudinem antiquā. Distinguit enim celsitudinem antiquissimā Thuscię ab antiquis Lyguribus & Gallis.Est enim Rem celsitudo vt Thalmudistę cum diuo Hieronymo consentiunt:& ol antiquissimum & priscum significat:vt.vi.quæstio indicauit.Hinc pont Remoli:significat fluentum distinguens celsitudines antiquas. Viterbi autem pont:sunt quattuor:quorum duo adhuc sunt in vsu loquentium:pont Remolum:& pont para Thussum:vulgo pont para Thossum:quia.u.in.o.cōuertit vernacula ligua. Duo alia pont ceciderunt ab vsu: & manent scriptis antiquis:alterum quidem in conuentus nostri contractu vetustę donationis quo domus in pont Arbano circa sanctum Laurētium donatur:Alterum in annalibus Gottifredi:quibus dicitur:antiquā carbonariam pōtis Vetuleti inter sanctum Blasium & sāctam Mariam nouam fuisse oppletam vsꝗ plateā nouam.Itaꝗ ponas te in medio Faulis:& verte faciem ad palatiū:&videbis cauitates aquarum antiquarum inter quatuor colles: de quibus dicit Virgilius:Quē vndiꝗ colles Inclu

Pons vnde Tripontiū.

Larthes.

sere caui. Nam ad sinistrã vt cernim⁹: primũ Pont Remulũ id est fluentum distinguẽs priscas celsitudines: diuidit celsitudinẽ Volturni collis a Vetuleto: a quo Vetulonia. Sequitur hunc collẽ Volturnę Vetuletus: a pont Remulo ad pont Vuletũ: id est fluentum diuidens Vetuloniã a para Tussa. Et ex eo qđ dicit Gottifredus cuius tẽpore oppleta est cauitas: coniicitur fluentũ Vetuletũ fuisse qđ nunc Sipalis: quia illa portio vsq₃ portã nunc Salcicchiã dicitur Vetuletum: Et amnis Vetuletus a Vetuleto per sanctã Mariã nouã & sanctum Blasium: influebat Faulem circa plateã nouã: & eius cauitas diuidebat Vetuloniam a para Tussa. Falsa est igitur opinio eorũ qui aiũt amnẽ Alcionis & pont Remuli influxisse olim plateam nouã: quia aqua nõ ascẽdit: & Alcion est humillim⁹ respectu altitudinis plateę nouę: cuius collẽ etiã fuisse altiorem palatio dominorꝫ videm⁹. Et ideo Gottifredus rem aperit: dũ ait sua ętate fuisse opplerã carbonariam id est fossam & cauitatẽ pontis Vetuleti id est fluenti Vetuleti: a sancta Maria noua ad sanctũ Blasium: circa plateã nouam. Itaq₃ stãti in medio Faulis ad lęuam ẽ Volturnæ collis: cauus fluenti Alcionis. Ad genam sinistram est collis Vetuletus: ab Alcione ad sanctũ Blasium: vbi iam reuersus amnis Vetulet⁹ influebat. Ad faciem vero occurrit platea noua: & est collis para Tussus: quia limitem habet ad dextrã genã: pont para Tussum: id est fluentũ para Tussum: dictum quia est finis Tussę: & est aqua Apæia. Et cernimus ciuitatem magnã huius collis a põte sancti Laurentii inter totũ planũ Ascreani & Gaiolas. Porro a dextris occurrit pont Arbanũ ciuitas magna quæ est a ponte sancti Laurentii in planum Ascreanum. Ergo quatuor colles caui vndiq₃ Faul cingunt: Volturrenus: Vetuloniensis: para Tussus id est coronatæ Tuscæ: vt exponem⁹: & Arban⁹. Ex his patet distinctio prisca Viterbẽsis in quatuor vrbes. Prima est Volturrena aut per syncopam Volturna a plano Tromete vulgo Trometorum ad pont Remulum per latitudinem oppidi: & per longitudinem a Parazolo Faulis ad Capitoliũ & sanctũ Franciscum. quod oppidum in quinq₃ regiones diuiditur: videlicet ĩ Parazolũ: Porticellam quadriẽram: Seuaston pana: & Capitolium atq₃ Stic Kity Aryn. Sequitur secũdi collis secunda vrbs Vetulonia constans in longitudine circa Faul quidem vbi angustatur ab Alcione vsq₃ sanctum Blasiũ: & vbi dilataẽ a sancta Rosa & Alcionis fluẽto vsq₃ ad portam Salcicchiam vbi Vetuletum. Latitudo eius occidentalis est a sancta Rosa per põt Remulum vsq₃ Faul. & ab oriente a porta Salcicchia per sanctam Mariam nouam & sanctum Blasium vsq₃ Faul: per alueũ priscę aquę Vuletę quę & Sipalis. In ea hæ sunt regiões. Susa: quã corrupte Sumsa proferunt. Ciochola: Lambyrinthus: Sipalis: Veiuzũ: Vetuletum: Seddie carri: siue curules: Spurinella: Metalliæ: Cercinæ: Vallis Py Atta: & aliæ. Tertius collis para Tussus a sancto Blasio ad ciuitatem pontpara Tussi sub sancto Thoma: continet longitudinem angustã circa Faul totam plateam nouam vrbis para Tussę. Cõtinetur tota para Tussa inter Vetuletum olim amnẽ & Gaiolas vbi fluentũ & cauitas para Tussa diuidit Gaiolas & Ascreanũ. In hac vrbe cõtinẽtur hę regiones: Cranisa a porta Salcicchia ad macellum maius. Itẽ Demi Atus a macello maiore ad sanctum Saluatorem. Rursus vicus Para id est Longhus græco vocabulo vsq₃ ad pontẽ sancti Laurentii Gaiolę proprie appellaẽ longitudo quę ĩminet longę cauitati ĩter eos & ascreanos. Quarta vrbs Arbanũ diuidiẽ etiam ab authoribus ĩ regiões Ascreanam: Calumbam: Musarnam. Ergo ab ĩpis nominibus Etruscis: adhuc locis & quadriurbi Viterbo extantibus: & distinctione colliũ circũ Faul: carmẽ Virgilii ad vnguem verificatur. Nã prima pars descriptiõis: Quẽ vndiq₃ colles inclusere caui: idest cauitatib⁹ riuorũ: & vis⁹ simul: & nomĩa: & traditiones annaliũ probant. Verum quod additur: & nigra nemus abiete cingunt: non potuit seruari sub fide Christi sicut nec Romæ vel alibi: quia pręcepit deus Deuteronomii. xii. vt Lucos deorum succiderent atq₃ cremarent. Rursus cum dicit Syluano (fama est) veteres sacrasse

Vetuletũ.

Vetulonia.

Paratussa.

Arbanum.

Pelasgos:duo argumenta manent:quia regionē quandam Volturnæ proximam: Campū Pelasgi:& vulgo:ore pingui ac geminato.ll.adhuc Pellasgi vocitamus:& sacrū augustūq; Volturnę Syluanū: etiam vocabulo pelasgico ętas nostra vocat Seuaston pana.Nam Syluanus augustus latine:& Seuastos pan gręce/sunt eadem:vt in sequentibus quęstionibus exponemus. Ergo fama est cū per historicos tū per irreuincibilia nomina & locorū & deorum veteres pelasgos cum Italiam subiugassent:sacrasse fanum Volturnę Augusto Syluano siue Seuasto pani:a quo regionē Volturnę adhuc dicim9 Seuaston Pana.& ita Virgili9 de fano volturnę solius Viterbēsis loquitur:de qua sola & nulla alia cunctę partes descriptionis ad vnguem verificantur.

Annia quęstio.xiii.

QVAERIS quoq; quid fanū & Lucus? Responsio.Beatus Thomas Aquinas noster in prima parte:quæstionibus:quas de diuinis nominibus facit:docet q aliquādo aliud est a quo nomen imponitur:& aliud ad quod significandum imponitur: sicut lapis a lædendo pedē imponitur:& significat substantiā duram.Si ergo quęris: quid lucus & fanum significent equidem significant id idem:scilicet locum deo sacrum:quod est senioribus curia simul & templum:vt significat Virgili9 in.viii.Aeneidos de fano & luco Latini dicens.Templum augustū ingens centū sublime columnis:Horrēdum syluis:& relligione parentum. Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces Regibus omen erat:hoc illis curia templum. Ergo quia Virgilius eandem descriptionem ponit fani & Luci:equidem significāt id idem:locum scilicet sacrum. Vnde augustum dixit: id est augurio consecratū:vt exponit Serui9. Ingēs id est nobile dixit:quia regius lucus:quo pacto de luco Volturnę in octauo dixit.Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem:Relligione patrū late sacer.Centum sublime columnis:id est arboribus. Vnde subdit:horrēdum:id est venerandū syluis vt exponit Seruius.Prisci enim arbores pro numinum templis habebāt:vt author est Plini9.Qđ & de fano Volturnę significauit cum dixit:Et nigra nemus abiete cingunt.Qꝫ vero ait:Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces regibus omen erat: vtiq; Virgilius minus dixit: & plus significauit subdēs: hoc illis curia templū.Curia inquit Seruius erat fanum & lucus quia nisi inaugurato loco Senatus consilium non habebat. Vnde templum vestę non erat cōsecratum:ne illuc Senatus accederet:vbi erant virgines.Rursus vtebātur pro curia nō solū ad cōsultandū de dubiis tempore fluctuantis imperii: verum etiam ad consecrandos reges:regulos & duces:quia omen erat regibus inde primas coronas & fasces attollere: vt ait Virgilius.Ad duo vero alia Luco & fano vtebantur pro templo:videlicet ad expiationem criminum ne dii irascerentur & ad sacrificia & aruspicia:ad habendum gratias & explorandum gloriosa fata.Verum Aramei teste Talmudista nostro Samuele: vnico verbo hæc prædicta quatuor cōcludūt qđ est Attan.Vnde si ab eis quæritur:quid est lucus & fanum? respondebunt. Attan id est tempus fluctuans qđ ad consilium mouet.Item crimina commouent scilicet ad expiationem & lustrationē:Item coronæ ac fascium donatio.Item exploratio fatorū.Quæ omnia conueniūt his quæ diuus Hieronym9 iuterp̄tatur vocabulo Attan.Vnde ad hanc ætatem a pont Remulo vsq; ad sanctum Blasium incolentes Alcionē Vetuloniæ:vocamus vallem Py Attan:equidem vocabulo Arameo. Py enim vt tā Hebręi q̄ diuus Hieronym9 cōsentiūt:significat os:& ostiū:& omnē introitū.Hinc vallem Py Attan dicim9 orā Vetulonię qua itur in Attan:hoc est Lucū & Faul Volturnæ. Itaq; si quid significent nomina fanum & Lucus quæris:vtiq; Attan significant: vti exposuim9 Si vero quæris:cuius linguę sint:& a qua origine nomina hæc sint posita? respōdeo ab origine Aramea priusq̄ latina vel Græca.Nam fano lingua Aramea:& Hebræa anteq̄ Gręca appareo:& video significat:a quo fanū dicitur locus vbi videntur fata & auspicantur diuina.Et produxit mihi Samuel locum Genesis.xxxii.ca.vbi scribitur q Iacob auspicatus vē-

Lucus.Fanum.

Arbores p̄ templis.

Attan.

Py.

turam victoriam & fatum ac cõmutationem nominis per angelum: vocauit nomen loci illius lingua Hebræa Fanuel: id est fanum dei: dicens: Vidi dominũ facie ad faciem: & salua facta est anima mea. Latina vero origine vt ait Varro: impositum est nomen ab eo ꝙ Antistes prius effatur locum postea affatur. Græca vero origine: a faneo: id est appareo / vti Aramea / dicitur. Et quoniã lingua Barbara præcessit latinam & Græcam: consequens est: vt fanum originem ab Aramea desumpserit: & similiter lucus. Nam quod latini dicũt: lucum a luceo dictum: quia obumbrãtibus arboribus luce caret: & luce aliena indigeat: vtiqꝫ violenta & quasi inuolucra expositio est: per antiphrasim dicta. At lucus Aramea expositione facilis & intellectu prona: & lepida. Luca enim vltima syllaba acuta: vt ait Samuel: apud Arameos idem est quod apud latinos vetus & senex & Senat⁹. Et ideo a Luca Aramea deriuatione Lucus dicitur locus Senatorius: vbi scilicet Senatus supradicta quatuor exequebatur: consilia: fasces: lustrationes: & auspicia. Hinc Lucumones Aramea Hetruscaqꝫ origine nomen est Senatoriæ dignitatis.

Fanum. Lucus.

Annia Quæstio. xiiii.

Lucumo. QVAERIS item cuius originis sit: & quid significet Lucumo? Respõsio. Est originis Hetruscæ: quæ & Arameæ. Significat autẽ vt quidã dixit hominẽ insanum. Sed cum. xii. Lucumones reges Hetruriæ sapientissimi fuerint: constat eum insanũ esse qui quã ignorauit originem significationẽqꝫ nominis non latini: præsumpsit per insaniã exponere. Præbuit huic insaniendi licentiam Festus & quidam alii: qui dicunt Lucenses a Lucumone conditos: qui ob id insanus fuerit existimatus: ꝙ vbicũqꝫ ibat saltationes agebat. Sed nõ dicunt hi ꝙ Lucumo significet insanum: cum omnes consentiant fuisse nomẽ dignitatis apud Herruscos sed ꝙ ob saltationes idẽ Lucensiũ conditor fuerit existimatus insanus: tunc ab Lyguribus Apuanis Thuscis: rudibus & inexpertibus religionis: qua præcellebant Lucumones Thusciæ prĩcipes. ad quos causa religionis percipendæ mittebant suos liberos vetusti Romani: vt in primo libro & ca. de religione author est Valerius maximus. Vtebãtur autem saltatione in religionibus: teste Seruio in Buccolicorũ Aegloga. v. ibi pastor quidã: quia inquit nullam partem corporis maiores nostri voluerunt esse: quæ non sentiret religionem. Nam cantus ad animum: saltatio ad mobilitatem corporis pertinet. Hæc Seruius. Nec mirum: si Lucumo paganus a rudibus paganis insanus sit ob religionis feruorem habit⁹: cũ rex Dauid fidelis Thusco more vsus: cantans & saltãs ante Archam dei: a fideli sua vxore Michol regina fuerit scurra & insanus habitus: vt secũdus liber regum retulit. Igitur Lucumo cũ sit nomẽ dignitatis pertinẽtis ad principatũ simul & religionẽ: dicimus ꝙ lingua Hetrusca Lucumo est nomẽ compositum & significat idem quod in compositione græca Paleologus: & latina Viterbus: & eadem sunt Lucumonium: Paleologum: Viterbum. Nam vt diximus Luca significat apud Arameos vetus: senem: Senatũ. Apud græcos Paleos: vetus & senescens dicitur. Apud Latinos quoqꝫ vetus senẽ & seniũ significat. Moni vero apud Arameos significat supputatorem & qui præest cõsiliorum reipublicæ suffragiis: aut verbistã: prout verbum imperium significat: vt periti Talmudistæ dicunt. Vnde verbo domini cæli firmati sunt: id est dicto & imperio domini. Similiter Hester septimo cap. Nec dum inquit exierat ex ore Artaxerxis verbum: id est imperiũ & dictum: & serui operuerũt faciem Amã. Et frequẽtissimus vsus Hebrææ & Arameæ linguæ habet verbum pro imperio & dicto prout dictũ a dicendo imperatiue sumitur: a quo & dictator apud Romanos habuit originem Et vtrũqꝫ officium præsidendi suffragiis & dicendi siue imperandi vrbibus & populis: Lucumonibus erat. Vnde Dionysius Halicarnasseus officium Lucumonum & habitum describens lib. iiii. Aderant inquit ex tota ciuitate Hetruriæ ii qui suffragiis præerãt: & velati infulis a Tullo deprecabãtur iram. Qꝫ autẽ imperarent patet ex Virgilio in. viii. Aenei-

Saltatio religiosa. Paleologus Viterbus. Verbum. Dictum.

dos:qui.xii.populos vocauit ingentes id est regios:& Lucumones regna opima: id est reges opimos:vt ibi exponit Seruius dicens. Non sine causa Virgilius dixit ingentes populos & regna opima: quia Thuscis erant duodecim Lucumones id est duodecim reges:quibus vnus præerat scilicet Larthes. Igitur Lucumo idem est quod vetus verbista id est Senex dictator. Et hoc proprie significat. Verbista.

Annia Quæstio.xv.

QVAERIS de eo quod sępe tibi dixi:eadem esse Lucumonium:Paleologum:& Viterbũ. Viterbum. Mouent te multa:quæ varia expositione a doctis iam diu relata fuerunt. Primus: Fati⁹ de Vbertinis Florentinus/optimus atq; eruditissimus cosmograph⁹:qui in sua Geographia antiquitatem Viterbensem exploratissimam habẽs: ait eam tribus nominibus dictã: Thuscam: Veiusam immo Veiuzã:& Viterbum. Thuscam quidẽ:quia pars eius dicitur Para Thussa:quam ipse existimauit dictam a Thure. Veiuzam vero cum quia Veia est insigne partis Vetuloniæ:tum vel maxime:ꝙ a cunctis finitimis:& in contractibus vetustis: Viterbenses dicuntur Veiuzi. Cui etiam est argumento inuincibili: ꝙ in subscriptione Cybelis: literis Etruscis: Veiuzum appellatur:quod postea Veitulonia: & nunc Viterbum. Vnde & Iuzos ad hæc tempora nos vocant:truncata prima syllaba. Est enim mos non modo Thuscorum:sed Hebręorum & Barbararũ gẽtium:vernacula cuiusq; lingua demere primam syllabam nominum propriorum:localium:& gentilium:vt Iuzus: Ry tlaus:Ry Siris:Syricella:mõs talianus: Gygianum:Lippus:Tulomnius:Colaus:& eiusmodi plura:ꝓ Veiuzus:Ry Atlaus: Ry Osiris:mons Italianus:Ogygianũ:Philippus: Veitulomnius & corruptius Tholumnius: Nicolaus. Itaq; is Fatius qui tam probe de Viterbi nominibus duobus dixit:etiam id addidit: Viterbum a Romanis dictum Vita Herbũ: quasi vita hęrbida vbere glebæ:& fertilis ac deliciosa. Non igitur a Lucumonio interpretationem habet. Responsio. Fatius Florentinus:illustrior Blondo fuit:vt qui ingenio Thusco excelluerit:& explorata loca melius & certius tenuerit. Verum qđ ait Veiuzum Viterbum antea dictum:negari non potest ob argumenta quæ supra dicta sunt. Caue tamen a corruptione scriptorum: qui in Cosmographia Fatii Veiensam pro Veiuza scripserũt. Verũ quod de Thussa putat dictam a Thure:non conceditur:quia Thusca a Thure toti prouincię conuenit:sed Tusca a Tusso rege filio Herculis soli⁹ Viterbi antiquum nomen est:vt suo loco dicetur. Rursus Viterbum dictum quasi vita Herbũ a deliciis naturalibus: vtiq; verũ est quantum ad proprietatem/a qua nomen imponitur:quia vera est hæc proprietas: sed nõ quantũ ad id quod significandũ imponitur:quia omnes subscriptiones & tituli & opiniones quas etiã puer ab antiquissimis ciuibus/& subscriptionibus vetustissimis/accepi: Viterbum quasi veterum verbum interpretãtur. Vnde subscriptio Leonis longuli habet. Non timeo verbum: Leo sum qui signo Viterbum. Non ergo Herbum sed verbũ vltima pars compositionis significat:sicut prima pro Vit vet⁹. Vnde longe anteq̃ vel nomen vel res Viterbenses mihi essent ab origine cognitę: cũ Genuæ essem:& præsens esset conciuis noster Cornelius Benignus Cercina: occurrit libellus vetustissimus in publica conuent⁹ nostri bibliotheca:in cuius fine multa de regione hac continebantur:in qua dicit Viterbũ dictum Veterbum grammatice: & veterum verbum: a quo plures Constantinus duxit in Byzantium:inter quos Paleologi per interpretationem dicti fuerunt. Nam sicut græcis Paleos:ita latinis vetus:& Arameis Luca. Et vt græcis logos: sic verbum & dictum est latinis:& ita Arameis Moni:vt in pręcedente quæstione exposuimus. Quare quos per cõpositionem Lucumones Aramei dicũt:eosdem Cõstantinopolitani gręci:Paleologos inter

Veiuzum. Thussa. Alphetesis nominum. Paleologi. Lucumones.

pretatione grȩca vocauerunt: & rex Desyderius interpretatione latina Viterbos: id est veteres verbistas siue dictatores. Ergo quoniam locus ab interpretatione nominum: est inuictus & inexpugnabilis: consequens necessario est: vt latine Viterbum: sit idem quod grȩce paleologum: & Etrusce Lucumoniũ. Nec iuuat ꝙ Viterbum non habeat finem huius vocabuli vetus nec principium nominis Verbum: quia ob vetustatem: compositio syneraica sȩpe adimit finem primæ dictionis & principium secũdæ vt patet in cõposito nomine Macto id est magis aucto. Nec item moueat te ꝙ prima syllaba est Vit: & non Vet pro vetus: quia vt diximus vetustissimi codices habent Veterbum: & interpretatio vetustissima vetus verbum. Sed quod grãmatice scribebatur Veterbum & ita scribendũ est: a proprietate vernaculȩ linguæ Viterbum profertur: quia. e. sæpe. i. profert vulgus: vt in Veiano limite vltimo circa Minionẽ Veianum oppidum: vulgo dicimus Vianũ. Porro quoniã notarii loca scribunt plurimum vt vulgus profert: idcirco vsus obtinuit: vt Viterbũ ꝑ Veterbo scribatur: & dicatur: quod profecto a loquendi modo proprio Longobardico processit: qui etiam Viterbum pro Veterbo: in exciso alabastro / Lõgobardicis literis & prolatione posuerunt.

Veterbum dicendum.

Annia Quæstio. xvi.

Opiniones de Viterbi interpretatione.

QVAERIS: vt aliorũ opiniones: quas sȩpe simul cõparabam⁹ quȩ magis ad significationẽ accederet: denuo tibi repetã. Respõsio. Prima funditus falsa est: ꝙ dicit Viterbũ dici quasi vitybur quasi paruũ Tybur: ꝙ a Tyburtinis sit cõditũ. Nam ratione vtriusꝙ partis falsũ est: quia quo ad significatũ ad quod significãdũ imponit̃ nihil habet cũ Tybure: neꝙ quo ad proprietatẽ cõditionis a qua nomen imponitur: a Tyburtinis cõditũ est tetrapolis Viterbum: ꝙ omni vrbe Italiȩ prima & antiquior inuenitur: vt probabit̃ in cõmentariis sup Myrsilum & alios authores. Huic proxima est ferme quædã nouella opinio quæ dicit: Viterbum esse Vithebum: quia ipsum Thebanus Hercules fundauerit. Vnde & castrũ Herculis dicitur. Est ergo Viterbum quasi Vithebe & paruȩ thebȩ. Sed fata hȩc non currunt: quia de antiquitatibus antiquiorib⁹ statur vocabulis: libris: authoribus & interpretationibus: quȩ vt ostendimus docẽt quo ad significatũ nominis definiri vetus verbistã: & veterũ verbũ ac dictaturam. Quo ad proprietatẽ vero: a qua videtur nomen desumi: vt ait ab ȩdificatore Thebano: similiter falsum est: quia vt in eisdẽ cõmẽtariis videbitur anteꝙ Hercules Thebanus esset siue grȩcus siue Aegypti⁹: erat vrbs regia Tetrapolis ædificata Viterbum. Et ideo nõ dicitur a conditore Vi Thebe. Nec iuuerit ꝙ lapis excisus effossus Cybelarius dicat: ꝙ proximo loco Vetuloniȩ fũdauerit Migdala id est turrim & ob id illud paruum spatium dicatur castrum Herculis. Qui enim ædificat vnam turrim in magna ciuitate Tetrapoli: & eam a se denominat: neꝙ totam ciuitatem a se denominare potest: neꝙ asserere illam a se ædificatam. Vt tamen ne somniasse hæc opinãs videatur: potest concedi illud paruum spatium Herculeũ posse dici paruũ Thebe: sed nõ tota Tetrapolis: quia vna hirũdo nõ facit ver: neꝙ vna dies felicem: vt Aristoteles ait in primo ethicorũ: & ita vna domus turrita nõ facit Tetrapolim. Tertia opinio est viri eruditissimi Fatii: quȩ vt diximus vera est quo ad ꝓprietatẽ a qua nomẽ imponitur: sed falsa quo ad significatũ. Quarta opinio est literati viri Raimundi: qui in vocabulis sup cõmẽtaria Iulii Cȩsaris: dicit Viterbũ dici quasi vita inermiũ: quia emeriti militia veteres Romani eã vrbẽ sibi ꝓ deliciis deligebãt. Et hȩc vera est opinio / quo ad ꝓprietatẽ a qua etymologiã nõis desumit: sed falsa quo ad prĩcipale significatũ nõis. Quĩta etiã opinio a ꝓprietate Thermaꝝ exponit Viterbũ quasi vi Thermulũ. Sũt eĩ ibi Thermȩ Etruscȩ: id est Volturrenȩ vt exposuim⁹ quȩstiõe

octaua:nona:decima & deinceps.His calidanis aquis earumque Fluento adhuc calidano dicto innascitur piscatura:tum copiosa:tum salubris:de qua Plinius in.iii.naturalis historię cap.de miraculis fontium & aquarum. Pisæ inquit aquis calidis innascũtur ranæ. Ad Vetulonos vero in Hetruria non procul mari:pisces. Sunt & saluberrimæ Thermę Caię adhuc cognomine: quarum meminit Strabo in.v.libro comparãs eis Sabatias vicinas Romę. Sic enim ait. Vbi Hetruria magis appropinquat Romæ abundat aquis calidis:& non minus abundãtes q̃ Caię:quę nobilitate sui cęteras excellũt. Sed copiosius de Volturrenis Thermis disseruimus:in cõmentariis supra Sempronium. Ab his igitur Thermis per Etymologiam concedi potest Viterbũ dictum quasi Vithermulum. sed falsum est per definitionẽ nominis. Verum sexta opinio est Blondi: dictũ esse Viterbũ vi turrium:quia est vrbs turritis ędibus extructa: præcipue ętate sua qua ferme septuaginta iam annis lustrauit Italiã a quo ad hanc ętatem ferme.xv.maximę altitudinis turres ruerunt:& tamen adhuc remanet q̃ maxime turrita. Hęc autem opinio eius dicto cõtrariatur dicẽti. Viterbum est parũ vetusta ciuitas. Nam si vrbem:densis & crebris turritis ædibus extructam confitetur:ergo necesse est/confiteatur illam esse Turrenam & Hetruriam vrbẽ omnium antiquissimã quã Hetrusci a Tursibus id est turribus proferebant Tursenam & Etursiam: vt probant Myrsilus:& Dionysius Halicarnasseus in primo libro:& nos vberrime in cõmentariis nostris ostendimus. Ergo Blondo subrepsit cõtra se ratio:conuicto iam veritate: quod verissima Viterbi Etymologia est vi turrium: & Turrena atque vetustissima: Etruria siue Eturria: sed nõ est ea definitio nominis vt patuit. Sequitur septima opinio olim bonæ memorię eruditissimi Hermolai Veneti & patriarchę Aquilegiensis: qui existimabat Viterbũ Vitherorũ siue vita Heroum dictum: & id aucupabatur ex quatuor sacris literis. F.A. V. L. & subscriptione lapidis Libyscilli vbi in fine excisum est. Hetrusco quaterno populo. Dicebatur igitur. F.A.V.L. significare quatuor populos Faluceres id est Volturrenos in Volturna: & Agillinos vel Arbanos: Vetulonienses: & Lõgholos Para Tussę. Etenim vt arguebat: & quidem diuine: Viterbenses sunt Volturreni iuxta Minionem & Volsinios: Et ipsi sũt proprio cognomine Hetrusci: vt docet Plinius:& tunc erat Tetrapolis regia: vt ab eius quaterno populo dicatur FAVL Faluceres vt excisus lapis indicat. Quare F.A.V.L. quatuor eius tetrapolis circum. F.A.V.L. populos tũc Heroes Hetrurię denotat. videlicet Volturrenos: Arbanos: Vetulionenses: ac Lõgholanos. Quare Viterbum significat quasi vita Heroum quatuor populorũ eius. Verum tanto ingenio & viro non audeo contraire. Sed mihi duo dubia restant: quibus non video posse cõmode respõderi. Primum quidem: quia si Agillinos per. A. intelligit: equidẽ non sunt Hetrusci: sed per se populus est maritimus Agillinus & princeps Ceritis regionis. Si vero Arbanum intelligit vt postea retulit: non est ad intentionem Desyderii imponẽtis nomen Viterbum: quia ipse hoc cõmune nomen imposuit solum tribus oppidis: quę intra mœnia clausit: Longholę: Vetuloniæ: atque Volturnę. Nam Arbanum cuius pars est Ascreanum: fuisse absque mœnibus vt antea: vsque ferme ad nostra tempora: annales indicãt. Vnde in decreto Desyderii dicitur. Tria oppida: Longholã: Vetuloniam: & Volturnã dictam Hetruriam sub vno muro cingant: totamque vrbem adiectione nostra Viterbum pronuntient. Secundum dubium est: quia. F.A.V.L. est dicatum nomen Luco intermedio his quatuor populis: & non ipsis populis: a quo est porta quadriæra: vt exposuimus quæstione.xi. Et item cum solis antiquioribus de antiquitatibus certissime credatur: & Veterbum: & vetus verbum dici ac definiri dicant: vtique nullo pacto videtur diffinitiue Viterbũ significare vitam Heroum. sed solum per Etymologiam & proprietatem: a qua nomen imponitur. Eius opinionem esse hoc modo existimo & lepi-

dam & veram. Hac controuersia accepta eruditissimus noster episcopus Arcadiæ: ait dictum Viterbium Vi trium vrbium: Et id probat: quia ipse nominis impositor Desyderius dicit: vt totam vrbẽ cinctam vno muro dicant Viterbum. Ergo vi trium vrbiũ: quæ sub vno muro cingebantur. Hæc octaua opinio satis ligat quo ad etymologiam propinquissimam definitioni: quia hæ tres vrbes veteres verbistæ atq; paleologæ Lucumoneq; fuerũt Et ab hac vicina proprietate tracta est definitio & nomen Viterbum. Noster autem clar9 ciuis dominus Michael Archangelus Caprinus Razẽuus ab alia proprietate nouam opinionẽ & quidẽ veram exposuit dicens: nomen Viterbum dictum a cognomine ampliatoris Longholæ Turreni: qui Demi Atum vicũ posuit: & Torebus cognominatus est: vt Xãthus Lydus significat & Desyderi9 rex exposuit Terobus: cõmutatis & transpositis vocalibus: vt Plinius insinuat de promontorio Hispanię: quod a quibusdam Arrotũ: & ab aliis Orratum trãspositis vocalibus dicitur. Porro Vi pro Vei positum per etymologiam placet. Ergo Longholam a cognomine ampliatoris Terobum voluit dici: & adiecta vi: totam vrbem Viterbum quasi Veiterbũ id est curule Terbum. Vtiq; lepida & vera Etymologia est. Vltima opinio est veterũ titulorum & memoriarũ quib9 necesse est credi tanq̃ quę tẽpore Desyderii per expositionem dicta & scripta fuerint: vt diffinitio Viterbi sit vet9 verbum siue Senatoria Lucumonum dictatura. Famę enim fundit9 stãdum est: vbi vetustas derogat certam fidem: vt ait Liuius in. vii. ab vrbe condita. Fama autẽ & inscriptiones docuerunt semper Viterbum dici vetus verbum. Et ideo huic standũ videtur funditus. Deniq; vt decidam9 Grãmatice: Dialectice: atq; vtcũq; Metaphysice: quo pacto sint verę aut falsæ supradictę opiniones decem: assumenda est diffinitio noĩs data ab eruditissimo Donato dicẽte. Nomẽ est: quod significat substantiam cum qualitate ꝓpria vel cõmuni. Omne em̃ nomen significat substantiam: id est diffinitionẽ substantialẽ: quoniã teste Aristotele in metaphysica: ratio & substantia: quã significat nomen: est diffinitio. Qualitates vero cõmunes & proprię: sunt proprietates: a quibus per etymologiam nomẽ imponitur. quia a proprietatibus rei nomẽ imponitur: vt ait author modorũ significãdi: & ex his venamur rei substantiam: & nominis propriam diffinitionem: quoniam accidẽtia magnam partem conferunt ad cognoscendum: quod quid est: vt author est Aristoteles in primo de anima. Ergo prima opinio & secunda falsa est: quia in ea non ponitur substantia nominis Viterbi: nec aliqua propria vel cõmunis etymologię qualitas. Vltima est vera opinio: qa significat substantiam & diffinitionem veram. Reliquæ significant veras nominis qualitates: cõmunes quidem: vt vita hęrbida: vita inermium: & Vitermulũ: qualitates vero proprias significant residuę quatuor: vt Blondi: Hermolai: Arcadis: & nostri Michaelis archangeli. Q3 si grãmatice veram diffinitionẽ quęrim9: vtiq; iuxta Donatum debet complecti substantiam cum qualitate propria & cõmuni: vt si dicamus lapis est substantia corporea: ex genere mineralium: lęsiua pedis offendẽtis ad eam. Quare grãmatica diffinitio nominis Viterbi: hęc est. Viterbum est veterum Lucumonũ verbum: & dictatura: tetrapolisq; hærbida inermib9 deliciosa: Thermula: turritis crebrisq; ędibus extructa: quatuor Heroum populorum Volturreni: Vetuloni: Thusci cognomine para id est Lõgholi & Arbani Tetrapolis viuida: viceq; trium vrbium solũ a Desyderio mœnibus cincta: & a curuli Terobi ampliatoris sui nominata: & vltima Desyderii adiecta interpretatione latina: per syneraicam compositionẽ a vetus & verbo dicta Viterbũ sicut antea Constãtinopolitani prima interpretatione dixerunt Paleologum: quod ipsi Hetrusci dicebant Lucumonium.

Viterbum.

Annia quæstio. xvii.

QVAEREBAS quomodo Volturna: Turrena & Hetruria sint eadem? Responsio. Primo probatur ex origine & deriuatione nominis: per eruditos grammaticos speculatiuos/ pręcipue authorem modorũ significandi. Quęcunq; enim nomina ab eadem origine proficiscuntur sunt eadem significato licet differant in modo significãdi: vt flumen/fluentũ/fluuius: a fluere deriuata. Porro vt author est Myrsilus cuius cõmentaria fecimus: Turrenam & Hetruriam: Hetrusci ab eadem re deriuant scilicet a Tursibus: & proferunt Tursenam: & Etursiam: Voltursenam. Quare significato sunt eadem licet forte differãt in modo significandi. Rursus quęcũq; habẽt eandem diffinitionem: illa sunt synonyma & idem significant: vt inter philosophos & grammaticos conuenit: quale est Marcus: Tullius: Cicero. Cæterum Tursena: Etursia: Voltursena: a Tursibus dicta eandem habent significationem teste Myrsilo dicente: ꝙ sicut in Asia Mossinę dicuntur ędes turritę crebrę extructæ: ita Turses ab Hetruscis. Et sicut Mossineca ab Mossinis deriuata: significat vrbẽ turritis crebris ędibus extructam: & ciues eius dicũtur Mossineci: ita Etursia: Tursena: Voltursena: a Tursibus deriuata: significant vrbem crebris & turritis ædibus extructam: & ciues eius dicuntur Etursi: Turseni: & Volturseni. Et hoc ipsum cum Myrsilo docet Dionysius Halicarnasseus in primo libro.

Turrena & Hetruria eadem.

Annia quæstio.xviii.

QVAERIS vnde fit mutatio.s.in.r.vt dicatur Tursena & Turrena: quomodo supradicta differãt in modo significandi. Responsio. Teste Quintiliano fit a proprietate linguę siue eiusdẽ siue diuersæ: vt quæ antiquitus proferebant Cameses: Camesena: Fusii: Valesii: Phalesii: honos: decus: Tursis: Tursena: Voltursena: Etursia: Etursi: eadem posteri permutato.s.in.r.pronuntiant Camers: Camerena: Furii: Valerii: Phalerii: honor: decor: Turris: Turrena: Volturrena: Hetruria: Hetrusci. Differũt vero in modo significandi propter appositionem.e.& Vol.hetrusca additamenta. Turrena enim vt diximus significat vrbẽ turritis extructã ædibus. Si vero a Tursibus siue turribus deriuas cum.e.& dicas Hetruria: principatũ notat: & significat eam vrbem esse metropolim aliarum. Qz si addis ad Turrenam Vol: significat eandem vrbem esse priscam & omnium antiquissimã. Et ideo significant eandem rem: & deriuationem: & vrbem: sed diuerso modo significandi.

S in R

E ET VOL

Annia quæstio.xix.

QVAERIS item quomodo Romani addãt.c.dicẽtes Hetruscos & nõ Heturros? Respondetur. Quia ob proprietatem linguæ Romani transponunt vnum.r.in vocabulo Heturria (nam dicunt Hetruria) qđ non faciunt in vocabulis Turrena & Volturrena: licet syncopent Volturnam. Vnde transposito vno.r.dimiserunt in deriuatione vnum.s.& dixerunt Hetrusi: & non Heturri. Nam Romani dicũt Hetruscos deriuatiue a loco primo ab eis habitato dicto Hetruria: vt Myrsilus author est & post eum Dionysius Halicarnasseus in primo lib. Sed quare Romani nõ deriuent ab Hetruria Hetrusos: sed addita.c.dicũt Hetruscos: notandum est ꝙ est proprietas linguæ Romanæ in nominibus localibus & gentilibus post literam.s.in penultima syllaba: si ipsa.s.mediat inter duas vocales: postponere.c.gratia Euphonię: vt Cilissam: a cilicia: ciliscam Propertius ĩ Elegia dixit. Terq; (inquit) lauet nostras spica cilisca comas. Ita phœnissam & Libyssam: Romana lingua profert Phœniscam & Libyscã. Similiter vt author est Festus: & item Seruius: Thusia deriuatur a Thuso futuro Gręco hui9 verbi Thuo: qđ est sacrifico & aruspicor. Et tamẽ Romani addito.c.

Hetrusci c addito.

dicunt Thusciam: id est sacrificolã & aruspicatricem. Pari forma Berosus in quinto antiquitatum scribit Herculem ægyptium præfecisse Vetuloniæ regem filium suũ Thussum: a quo hæc ætas para Thussam profert: & Thussam Nanam. Et tamen Romani proferunt Thuscam: Thuscanellam: & Tuscum. Vnde Festus: Thuscia inquit dicta a Thusco rege filio Herculis. Pari forma Hetrusos: Hetruscos cum. c. pronuntiant.

Annia quæstio. xx.

Hetruria vrbs & prouincia.

QVAERIS item: si Hetruria est vrbs: ergo nõ prouincia. Respõsio. Sicut Babylonia: Persia: Samniũ: significãt principaliter vrbem metropolitem: & ab ea cõmunicato nomine secundario totam prouinciam: ita Turrena: Hetruria: secũdario & cõmunicatitio nomine significãt totã Thusciam: sed primaria significatione vrbẽ regiam atq; metropolim Thusciæ. Vnde & primario significato Veientes populi Ciscyminii non sunt intra Hetruriã: sed finitimi: dicẽte Liuio ĩ primo ab vrbe condita. Erat Sabinis vicina Hetruria: ꝓximi Hetruriæ Veientes. Similiter primario significato Vetulones sunt in Hetruria vrbe: qa pars eius: & Pisa nõ est in Hetruria: vt per distinctiouẽ Plinius loquitur in. ii. naturalis historiæ dicens. Aquis calidis Pisæ innascũtur ranæ: ad Vetulonos vero in Hetruria nõ ꝓcul mari pisces. Sed in secũdario significato Veientes populi & vrbs Veiens sunt intra limites Hetruriæ: vt ait Plutarchus in vita Romuli: & Alpheæ ab origine Pisæ est vrbs Hetrusca solo: vt ait Virgili⁹ in. x. æneidos. Similiter. Q. Fabi⁹ cõsul in pugna trãscyminia: a Sutrio vsq; Lacũ Vadimonis ante Volsiniẽses: egregie perdomuit Hetruriã: vt in nono ab vrbe condita scribit Liuius: si pro vrbe finitima Veientibus & primario significato accipiatur. Falsum vero est si pro secũdario & prouincia: quia non perdomuit prouinciã: teste eodẽ Liuio quia anno sequẽte Decius cõsul ꝓsecutus est bellũ Hetruscũ: vbi dimisit Fabius: a sinistris Hetruriæ cõtra Tarquinienses: & a fronte cõtra Volsinienses. Nã a tergo Cyminia vsq; lacum Vadimonis Fabius ceperat. Nec obuiat: quia dicit Liuius ꝙ eodem anno Fabius Perusiam subegit. Nam per opinionem aliorum refert dicens paulo superius: Quidã tradũt hanc pugnam transcyminiam pugnatam fuisse vsq; Perusiam. Nam per annales duorum consulum quibus solis statur: scribit anno suo Fabium triumphasse ob egregie perdomitã Hetruriã a iugis Cyminiis vsq; lacum Vadimonis: ante oram Volsiniensem: & anno sequẽte Decium & alios sibi mutuo annuos succedentes cõsules: subactam prouinciã multiplicibus bellis: a Volsiniis vsq; Apuanos Lygures: vt idem Liuius prosequitur vsq; ad primũ bellũ punicũ. Qz si quæris vbi est ista vrbs Hetruria: secũdũ Liuiũ iam habes si nõ es surd⁹ & negligens: videlicet inter iuga Cyminia & Volsinium: quoniã teste Liuio illam Fabius egregie perdomuit: & superius dixit ꝙ Veientes sunt ꝓximi Hetruriæ: quia vt author est Cato in fragmẽtis: prouincia Veientũ: dicitur transcyminia regio: ab vrbe Roma vsq; ad Cyminia iuga. Et si iterato quæris: quæ vrbium inter iuga Cyminia & Volsinium dicitur Hetruria: respondetur tibi ꝙ est Volturna: vt vocabulo notiore a parte totũ exprimam⁹. Cui argumẽto sunt: quia Hetruria est regia metropolis: & inter iuga Cyminia & Volsinium: nulla regia nisi Volturna & eius fanũ reperitur: vt supra exposuimus. Et rursus Plinius dicit in. iii. naturalis historiæ: cap. vi. ꝙ Volturreni cognomine sunt Hetrusci: in quorũ eadẽ parte sunt Volsinienses. Ab inexpugnabili ergo & semp inuicto argumento: quod Peripatetici: & Boetius: atq; Cicero in Topicis vocãt a cõiugatis: res probatur. Sunt enim cõiugata iustus iustitia: & itẽ bonus & bonitas. Ab his ergo sumitur inexpugnabile argumẽtum. Si iustitia est bonitas: vtiq; iusti sunt boni. Similiter si album est coloratum: vtiq; albedo est color. Pari forma in cognominibus: si ciues Florentini sunt cognomine Fluenti-

ni:vtiq; ciuitas Florentia est cognomine Fluentia. Ergo quoniam coniugata sunt & a se mutuo deriuant Volturna & Volturreni: & Etruria atq; Etrusci: consequens necessario est: vt si ciues Volturreni iuxta Volsinios sint ciues cognoĩe proprio Etrusci: & ciuitas vtiq; Volturna iuxta Volsinas: sit ciuitas ꝓprio cognomine Etruria. Patet idem quæstione.xvi.

Annia Quæstio.xxi.

QVAERIS vnde sit ꝙ in Plinii naturali historia quidã codices habent Volaterrani & nõ Volturreni. Respondeo. Inde vtiq; habẽt: vnde & alias stomachosas mendositates: tã ĩ eodem Plinio q̃ in aliis authoribus. Et in Plinio quidem ne totum percurram⁹ in eodẽ capitulo has corruptiones apertissime leges. Phregne: Populorum Saniensis colonia: Critona: Arẽtini: Iulienses: Amitinenses: Cartoniani: Herbanum: Subertani: Scatones: Vertuloniẽses: Verentani: Esetini: Volaterrani cognomine Etrusci: Volsinienses in eadẽ parte. Vides ne quot mendositates dictas: pro Phregene: Populonium: Senensis colonia: Cortona: Auẽtini: Rulliẽses: Anitinẽses: Carboniani: Herbanũ: Suberetani: Statones: Vetuloniẽses: Varẽtani: Vusetini: Volturreni & nõ Volaterrani: vt in commentariis super hãc topographiam Plinii probauim⁹. Nunc quoq; repetere non pudebit q̃ aperta mẽdositate scripsit & impressit Volaterrani pro Volturrenis. Primo quidem: quia prius posuit idem Plini⁹ sicut & Antonin⁹ vada Volaterrana in maritimis: ora vero Volsiniensis est mediterranea. Secundo: qa Plinius vtitur in topographia duob⁹ modis dicendi. Vno in parte: altero in eadem parte. Et in parte dicit q̃ sunt in diuersis agris: sed tamẽ proxima sunt communi gentium limite: vt patet in.iii. naturalis historiæ capitulo sexto vbi ait. Saturnia est vbi nunc Roma. Antipolis vero vbi Ianiculum in parte Romæ. Ergo quoniã Roma est in Latio & Ianiculum in Etruria: dixit esse non in eadẽ parte Romæ: sed in parte: qa vtraq; oppida sunt proxima cõmuni termino Tyberi. Et ne putes Plinium immemorem fuisse ob diuersitatẽ capitulorum: idcirco in eodẽ capitulo dicit Volturrenos & Volsinios esse in eadem parte: quia intra eundem limitem & eisdẽ focis & agro. At Volaterrani non sunt in eodẽ agro cũ Volsiniẽsibus: quos interiacẽt tot populi: tot distincti agri: tot distantes limites: Aquasenses: Sentinates: Tunniates: Rusellani Clusini: Populonii & eiusmodi. Quare Volaterrani nõ modo nõ sunt in eadẽ parte cũ Volsiniensibus: sed ne quidem in parte. Quare Volturreni scribẽdũ est: quoniã Volturna & fanũ Volturnæ sunt in eisdem limitib⁹ inclusi a iugis Cyminiis ad iuga Aquasensium supra lacum Volsiniensem siue supra sanctum Laurentium. Qꝫ si ridere cupis mendositates ĩ aliis authoribus: lege Pomponiũ Melam: & inuenies in Topographia Etrusca: Pyrg⁹: Alus: Grabus: Cecosa: pro Alsium: Grauiscę: Cosa: & in descriptione Beticæ: Dubal pro Tubal. Similiter lege Dionysiũ in secũdo libro & inuenies ita scriptum: Venit ex Etruria Lucumo ducẽs auxilia Etruscorũ: ex vrbe Solonio ꝓ colonia. Est aũt vrbis Colonię proprium nomen Sal pl. Hæc enim est Etrusca. Pari modo in tertio libro scriptum est. Quæ bellũ mouerant: fuerũt qnq; vrbes: Cilusini: Rusallini: Vetulonates: pro Clusini: Rusellani: Vetuloniates. Et ĩ quarto libro inquit. Seruius Tullus diuisit vrbem in quatuor partes: Exquilinam: Palatinã: Col latinam: Baboranã: pro Collinam & Suburbanam. Et in Sillio Italico in.vii.li. Domus superbi Tarcontis Cortona: pro Tarcona: quæ est prima pars Tarquiniarũ. Et eiuscemodi ĩnũeras ineptias inuenies: tum ridiculosas: tũ in errores Topographicos deductiuas: quæ sũmo studio sunt animaduertendæ.

Volturreni nõ volaterrani in Plinio legẽdum.

Loci emẽdãdi plures.

Errata in Mela & Dionysio.

Colonia.

Annia Quæstio.xxii.

QVAERIS si Etruria est originis Etruscæ: quomodo verum est qđ Serui⁹ dicit esse origi-

Etruriæ origo.

nis græcæ: & debere scribi orthographia Græca Hetruria q̃si Heteroria: id est altero limite finita scilicet Tyberi & Macra? Responsio. Quia iuniores Romani & latini scriptores: dimissa lingua Etrusca quam añ solebāt addiscere: vt Liuius author est in nono ab vrbe condita cum vocabulorum Etruscorũ origines ignorarent: falso ad græculas origines se cõuertebāt aut Latinas. Vnde Lucerum nomen quod Liuius & alii simplices latini ignorauerunt exponere: vtiq; Varro his doctior & antiquior probe a Lucumone & lingua Etrusca exposuit: testesq; antiq̃ssimos vtriusq; linguæ Latinæ ac Etruscæ peritos ꝓduxit Iunium & Tolũniũ tragœdiarũ Thuscarum scriptorem. Itaq; non mirum si cunctis posterior Serui⁹ iam abolita lĩgua Etrusca falso reduxit ad Grecā: qđ non potest stare: qa ante omnem linguam latinam & græcam nomen erat Etrurię quippe quia Romani vocabant Etruscos a loco primum ab his habitato & dicto Etruria: vt Myrsilus & Dionysius in primo libro docent. Hæc aũt Etruria erat vrbs prima regia: de qua idem Myrsilus dicit. Tetrapolim suam vocant Etursiam: partes vero illius Bolturrenam: Betuloniam: Tussam & Arbanum cognomine Calumbũ a luco. Et item a prima inquit eorum tetrapoli dicta Etruria: Romani Etruscos vocant. Et Cato in fragmentis. Etruria inquit olim Italię princeps: ab eorũ Metropoli sic cognoĩata. Hæc vrbs Etruria cum insignis fuerit regio: prisco prĩcipatu Larthico & Lucumonio: tum p̃cipuis Anniæ Verę antiq̃ssimę Thuscorum familiæ: augustis impatorib⁹ Antonino Vero: & Cõmodo enituit: vt Helius Spartianus insinuat in vita eorum dicẽs. Pleraq; horum origo fuit materna quidem ex Fauẽtia: paterna vero ex Etruria. Et item. Antoninum pręfecit Etruriæ quia in his regionibus multas possessiones paternas habebat. Huic Helii dicto est argumẽto ꝙ ætas nostra prędia Annia & fora Annia vocat in regione Horchiæ: quam deã Etrurię vocat Liuius in septimo ab vrbe condita. Porro his Cęsares Annii fuere. Et si bñ aduertis dicta Helii: iuenies Anniam familiam diuisam in duas partes tempore dictorum imperatorũ. Nã alteros Veros: alteros Verissos dixerunt. Et caue mendositatẽ impressorum qui posuerunt Verissimos pro Verissos. Non eñ intellexerunt originem vocabulorum Etruscorũ. Nã Veru Etrusca lingua est virgularũ inter sese consecatio ex colore nigro & citrino: a quo Romani virgam ferream vocant Veru & Verutũ origine Thusca. Vulgus talem virgarum intersecationẽ vocat scaccheriũ. Ab insigni Vero Annia Vera familia dicta est: Verissa vero a colore scaccherii eorum insigni albo & rubeo. Verum quia Romani vtuntur c post s vti docui m⁹ supra q̃stione decima octaua: idcirco sicut Tussam Tuscã: ita Verissã Veriscam nunc ꝓferunt. Item de vrbe Etruria & Antonino Helius dicit. Omen imperii Antonino factum est quia in Etruria dolia eius q̃ erant suffossa supra terram reperta sunt: & ędes ei⁹ examẽ Apũ compleuit in tota Etruria. Totum eñ ad partes refertur: & Etruria Tetrapolis erat. Quare ędes habebat Antoninus ĩ tota vrbe Etruria scilicet in Volturna: Vetulonia: Tussa siue para Tussa: & Arbano: & villis ac prædiis Horchiæ: vbi ad hęc tempora sunt fora Annia.

Annia familia. Veru. Verisci.

Annia Quæstio. xxiii.

Tetrapolis. Tripolis. Dipolis.

QVAERIS itẽ de Tetrapoli: quid est Tetrapolis? Responsio. Est quadriurbs siue quadrata vrbs continens quatuor magna oppida: vt Etruria quæ continet Volturnam: Vetuloniam: para Tussam: Arbanum. Tripolis vero cõtinet tres magnas vrbes: vt Aretiũ: & Perusia quæ cõtinet oppida Griphoniũ: Vibiũ Achæũ: & Męonẽ Turrenũ: vt quęst. viii. exposuim⁹ Dipolis vero continet duas magnas vrbes: vt Balneoregium quod continet Ciuitam & Rodã. Similiter Tuscanella cõtinet Ciuitã veterem & nouã. Pari forma Nuetũ nũc Cornuetũ

latina vero interpretatione Grauiscæ:quæ continet Castrum nouũ & vetus. Qđ significat Silli⁹ in octauo libro vbi dicit.Et veteres misere Grauiscæ.Porro monopolis q̃ cõtinet vnũ oppidum:vt Balnearia:Capina:Blere:Veianum & eiuscemodi.Et de his Xenophon libro de æquiuocis sic habet. Antiquitus Monopolis rustica erat.Dipolis vero opulẽta. Tripolis q̃ ꝓuinciæ caput esset.Tetrapolis vero regia:quam toti regno ac.xii.coloniis priscis princi‑pib⁹ regni pfectam instituebãt:vt Samothracia:in qua eadẽ Tetrapolis cõstituta ex Samo: Nesso:Thracia:& Saona.xii.primis post atticũ diluuiũ vrbib⁹ pfuit.Sed copiosissime de Te trapoli docuimus in commentariis supra eundem Xenophontem.

Annia Quæstio.xxiiii.

QVAERIS de Volturna & regionibus intra eam:atq; origine vocabulorum ei⁹: q̃ su‑pra quæstione duodecima memoraui.Responsio.Siue sine syncopa Volturrena:siue per syn copam Volturna:vtiq; illi est origo Etrusca:a Vol & Turrena:id est prisca & antiquissima Turrena:vt supra sæpe explanauimus. Hæc vna vrbs ex Tetrapoli vrbe regia fuit: vtpo‑te qa ad ei⁹ fanũ regium indicebanẽ.xii.pplis cõsilia regni.Pria ei⁹ regio adhuc Etrusco vo cabulo dicit̃ Parazol siue Parazolũ teste nr̃o linguarũ interprete Talmudista Samuele. Par apđ antiquos Arameos erat ęquiuocũ ad hastã coronã & principatũ:quem Hebræi Sara & Aramæi Para dicunt. Verum non videtur mihi multum ęquiuocum: qa veteres hasta pro sceptro & corona principatus vtebantur:vt Trogus asserit:& Iustinus cõmemorat vltimo Epitomatum.Zi vero a consilio deriuationem habere nõ solum Samuel:sed etiã diu⁹ Hiero nym⁹ consentit in libro de interp̃tationibus.Vñ vbicũq; zi.za.zo. additur consulatũ signifi cat:vt Veiuzi:Paraz:parazolum:Parazim.Quos enim Græci & Latini a Perseo Persas vo‑cãt:eos Hebræi Paraz & Parazim nominant id est coronatos siue hastatos consulares prĩci‑pes.Et Veiuzi a Veiis sunt curules consulares prĩcipes.Hinc Parazolũ:est Volturnę ps regi oq; extrema circa.F.A.V.L.interpretata hastata siue coronata cõsularis antiqua & prisca. Ol eñ & Vol vt supra dixim⁹ priscũ & antiquissimũ significat. Duo ergo sunt argumenta hanc Volturnam fuisse regiã:tum quia ad fanum eius regni consilia.xii. populis indicebã‑tur:tũ qa principiũ ei⁹ collis dicitur Parazolum id est coronatum cõsulare priscũ. Secunda regio est Porticella quæ & quadriçra:qa ibi pomœriũ quatuor æreis literis. F.A.V.L. sacra tũ fuit:vt nomen ipsũ arguit.Tertia regio dicit̃ Seuastos pan id est Augustus Syluanus: qa Syluano Augusto sacer fuit.F.A.V.L.id est lucus ingens: vt Virgilius in octauo æneidos insinuat.Teste autem Seruio super æneida idẽ est:Inuus:pan:& Syluanus.Quarta regio di citur Capitolium:quia in Etruria vrbe clara tum vate Oleno Caleno & eo loco descriptum prius fuit Capitolium q̃ Romæ constructum:vt author est Plinius in libro. xxviii.capitulo scđo:& Dionysius Halicarnasseus in gestis Tarquinii superbi.Vltima ei⁹ regio est quã ab ec clesia planũ sancti Faustini dicimus:& a domicilio Itali: Stic Kity Arim vetustissima Etru‑sca lingua cõtractus noĩant:quos in Archiuis seruant fratres nostri eremitani. Nam Ara‑mei Kity:Hebræi Kityn proferũt:& est proprium nomen Atlantis Itali soceri Coriti ex Ele ctra filia:quẽ Moyses & diuinæ literę atq; Berosus vocant Kityn. Vnde vbicunq; in diuinis literis est Kityn:septuaginta interpretes transtulerunt Italum & Italiam. Nam teste Fabio pictore Ital⁹ cõdita Capena iuxta Auentinũ & Tyberim:& defuncto fratre Hespero q Etru‑riæ metropoli præerat: ipse ibi pręsedit & totã Italiam a se noĩauit.Arim igitur & Arin sub limitatem significat.Stic vero domiciliũ:vt Talmudistę exponũt. Vnde Stic Kity Arin in‑terpretant̃ domicilium sublimis Itali.Argumẽto sunt etiam ibi Kitei tituli:literis Etruscis inscripti& nomen loco Volturnę olim Stic Kity Arin nunc planũ sancti Faustini a porticel‑

Volturrena. Par. Zi. Veiuzi. Parazolum Porticellæ. Seuastos Pan. Capitoliũ. Kitys Stic.

la ad sanctũ Franciscum:immo ab ipsa ecclesia sanctę Tr initatis exorsum. Sed copiosissime hæc explanauimus supra Berosum & alios.

Annia Quæstio.xxv.

Vetulonia. QVAERIS de secunda vrbe pte quadriurbis Etrurię dicta Vetulonia: quæ sit illi & ei⁹ regionibus origo & significatio?Responsio.A Veiis & currib⁹ Vetulonia dicta est:& philar chatu id est principatu pplorũ & gẽtiũ:vt in qnto antiquitatũ Berosus isinuat. Est igitur Aramea & Barbara origo a Veiis id est currib⁹ & Lõnimis id est Philarchis:vt Talmudistę ac diu⁹ Hieronym⁹ interptat.A Lomnimis aũt vrbs Lonia deriuatur id est philarcha.Hinc Babylonia id est Babel tribuũ Philarcha:& populonia: puppium philarcha: & Ituloniũ id est Iuppiter Philarcha.Itum em̃ Iouem & fidutiam Iouis Etrusci dicunt:vt Macrobi⁹ signi ficat in Saturnalibus.Est autẽ Ituloniũ vt ruinæ ostendunt maximæ quantitatis templum

Populonia. cũ domibus sacerdotum in agro olim Populoniensi:& erat deus princeps Populoniorum:& Puppiũ.de quo Plinius in.xiiii.naturalis historiæ capitulo scđo dicit quasi mirabundus.In vrbe Populonia Iouis simulacrum ex vna vite tot æuis conspicimus incorruptũ. Vnde & quia vrbs metropolis erat maritima:dixit in.x.æneidos Virgilius: Misit Populonia mater .i.puppiũ Philarcha:quia Popum Etrusci:puppim dixere Romani.Hinc & ipsa metropolis Populoniũ & prĩceps ei⁹ de⁹ Ituloniorũ:cui præposita cõsonãs de more dicto in q̃stione.vi. dicit̃ Vitulonium & non Vetulonium vt qdã falso in Ptolemæo scripserunt. Nam deriua tio alia est a Veiis:alia ab itu:& item Vituloniũ templum fuit:vt vestigia indicãt.Vetulo nia vero quadriurbs regia Etrurię:a Veiis & Lomnimis Lucumonibus dicta:vt dixim⁹. Fu it igitur nõ solum Volturna:sed etiã Vetulonia pars quadriurbis Regia curulis: vbi priæ xii.fasces datæ sunt a Iano:& qua decorati atq; donati fuerunt postea Lydi:vt Berosus in fi ne quinti indicat:& Sillius in.viii.docet his verbis.

Męonięq; decus quondam Vetulonia gentis:
Bis senas prima illa dedit procedere fasces.
Et iunxit totidem tacito terrore secures.
Hæc altas eboris decorauit honore curules.

Argumento etiam manet illius vni regioni Veia siue currus aureus cum mitra Mæonica: qa Lucumones velati infulis erant:vt supra ostendimus quæstione.xiii.Prima hui⁹ regio di cit̃ Susa:vulgo vero addita.m.Sumsa.sicut & Capitolium vulg⁹ profert Campitolium. Est

Susa. aũt Susa nomẽ Arameũ:a quo in Ptolemæo:& in vita Hester capitulo primo vrbs regia ma gni Artaxersis fuit Susa Assyriorum.Est autem Susa & equestris eadem:quoniã quos eque stres Latini/Susas dicunt Aramei:vt Talmudistæ aiunt.Ergo Regio Vetuloniæ Susa id est equestris erat vbi Astures id est domini equestres & quadrigarum erant:vic⁹ vtiq; illustris domino quadrigarũ Cecinna:cui⁹ meminit Cato in fragmentis dicens.Græcas literas & di sciplinas & ob id Latinas Etrusci horruerunt:neq; latinas voluerunt suscipere vsq; ad Cecĩ nã Volturrenum magistrum quadrigarum & augurũ principis patrẽ Menippi: & auũ Me nodori:q̃uis ante eum pater ei⁹ Volturrenus auusq; Tit⁹:ac pauus Turrenus semper Ro manis principibus charissimi:ad eas recipiendas vrgerent̃.Nam ipse Turrenus patre Elbio Volturreno regũ Etruscorum vltimo ad Lacum Vadimonis cæso:ad reddendã vrbẽ Etru riam:anno secundo Olympiadis cẽtesimę quartæ allici potuit:ad recipiẽdas vero latinas li teras:nũq̃ persuaderi potuit.Hæc Cato.Q₂ vero eq̃stris regio hæc dicta Susa esset finitima Volturnæ:non solum noĩs interpretatio probat:sed eius regio sub podio dicta Seddiæ id est

Sellę curules. Sedda enim ſicut Sedia: ſella Romane dicitur: vt Feſt⁹ indicat. Duces enim exercituū apud Turrenos donabantur ſceptro: & ſella curuli: & toga purpurea: & lictoribus vti & Lucumones: vt Diodorus ſicul⁹ ſcribit in ſexto libro. Hæc igiť pria regio Vetuloniæ Suſiana ſedes eſt. Sequitur hanc immediate Ciochola. i. matricia: vt inſinuat Beroſus a Ci & Ocholam quod eſt materna habitatio. Forte qa oīm regionum & vicorum Vetuloniæ: caput ſecundarium vt mater erat. Nā vt pater erat hanc ſequens regio / vſq; ad Sipalim & fontem eius: quæ dicta Seddiæ carri: quia locus huius ſub ſancto Sixto Seddio ſimiliter vt Suſę nominanť: & illi inſigne eſt Veia ſiue currus aureus cum infula Lucumonia: qa vt diximus Lucumones velati erant infulis. Quare in annuo magiſtratu in hac regione conſiſtebant lucumones cum ſuo Larthe. Et ideo vt pater omnium regionū erat. Ciochola: vt mater. Suſa / vt equites ac defenſores. Quinq; vero regiones Volturnę ſolum vates ſacerdoteſq; & augures ac gymnaſia literarum cōtinebāt. Vnde in ea Pomœriū: literæ quatuor: Seuaſtos Pā: & Ollenus Calenus princeps augurū: & illi ſoli vtpote religioni principanti dicatus eſt Lucus ingens. Nō enim Arbani: aut Tuſcæ: aut Vetulonię ſed fanum Volturnæ dicitur. Quod pfecto vir ingenio prædit⁹ Hermolaus deprehendit: dum Faluceres Volturrenos expoſuit: q̄ſi fani luceres / & plucomones. Itaq; poſt Ciocholam a porta ſancti Matthęi ad fontem Sipalis regio eſt curulis lucumonia: & cognomine Labyrinthus. Cauſam nominis quidam exiſtimant: q; dominus Nicolaus Piſtorienſis Cardinalis Theanenſis in ea regione cōcidit formauitq; Xyſtum: & in eo Labyrinthum ſub Pio. ii. Pontifice cōtexuit: & ab ipſo Labyrinth⁹ nomen accepit. Sed obſtat tempus. Nam lōge ante Pium ſub Eugenio papa: me puero exiſtēte: in nuptiis dn̄i Princiuallis Gatti: pars iuuētutis Viterbenſis veſte inſignita curru: pars vero Labyrintho prodibat: vt nouerint hi iuniores inſigne currus: & cognomē Labyrinthus antiquiſſima regioni eſſe. Eſt aūt Labyrinthus teſte Plutarcho in vita Theſei oīs carcer qui nihil aliud habet incōmodi q̄ q; qui intrat exire nō poteſt: quē illi Labyrinthum: Latini vincula: & Florentini Stincos vocant. Ergo quia iuxta reſidentiam dominorū ſunt carceres vinculaq;: & hæc regio Larthis & Lucumonum erat: nō mirum eſt: ſi ea regio vincula & Labyrinthum teneret. Et hic Labyrinthus Lucumonius inſignis eſt nō modo gloria lucumonia / ſed & Labyrintho latrocinatoris Caci: quem Tarcon rex Turrenus teſte Solino in vincula cōiecit. Sed pditione Megales Lucumonis fruſtratus vincula: paulo poſt ab Alceo Hercule interēpt⁹ fuit: vt idē Solin⁹ aſſerit. Sipalis quarta regio Vetuloniæ eſt: a magno fonte vſq; ad Vetuletū. Cauſam nominis quidam dicunt eſſe a Sipunculis fontis. Sed temp⁹ & inſcriptio obſtant. Tēp⁹ qdē: qa ante Sipalis regio dicta eſt vt fert fama: q̄ Fōs nouell⁹ fieret. Inſcriptio eſt ſub ſtatua Cybelis literis Etruſcis hoc pacto. Veiuzo oppido hoſpita Iſis: hoſpita fuit conuiuatrix in domo Tiles decoratæ Iunonis: & ducis Sipi: anno ætatis eius. xv. Veiuzū autem oppidū pars Viterbenſis eſt a qua ſempiterno cognomento Veiuzi dicimur: & Iuzi: vt. xiii. q. dixim⁹. In hac parte Sipus Dux habitabat vt inſcriptio habet. Et Sipus erat pater Cybelis: quam locauit Iaſio: & cum qua recepit Iſidem hoſpitam ad cōuiuandum: vt aſſerit Beroſus in qnto antiquitatū: & in ſecundo: & inſcriptio aſſerit. Quare vbi Sipi Ducis dom⁹ ibi Sipalis regio & Veiuza. Eſt autem Veiuza: vt in ſuperiore quæſtione dixim⁹: curulis cōſularis: quia ibi ciues habitabant Senatorii & conſulares. Et quoniā importuna finitimorū inſultatio de noīe Iuzo & Veiuzo: ciues defatigauit: iam incipiūt noſtri ciues relinquere nomē Veiuzum. O ciues O ciues potius veſtras antiquitates reaſſumite: & finitimis potius īſultate: q; inſaniant ſuiſq; antiquitatibus detrahant. Q; ſi qui habitant in quinq; regionib⁹ Volturnę pudet vocabula Parazolum & Stic Kity Arin edicere: ſaltem latino vtātur vocabulo: & dicant. Ego talis Volturrenus haſtatus: vel Pomœrin⁹: vel Syluan⁹: vel Capitolin⁹

Sipalis.

Veiuzum.

Sipus.

aut Italic9. A regione sua quisq; se cõmuni Volturreno vrbis nomine notat. Similiter & de Vetulonia a communi & proprio regionis nomine. Ego. N. Vetuloniẽsis Susianus: vel Ciocholus: vel curulis: aut Veiuzus: siue Vetuletus: vel Cercina: vel Spurinell9: aut metalli9 siue Faulus. Nã quia a Pont Remulo ad Faul inhabitant: quoniam Py Attani & de valle Piat ta vocantur: quod est Faul vt diximus q̃stione. xiii. idcirco antiquit9 Faules dicti sunt: & Ka ta Faules id ẽ descendẽtes a Faulibus Greca simul & Aramea lingua adhuc vocamus. Hæc regio illustris est Faula puella: præmium virtutis græci Herculis: vt dicit Verrius. Metallii sunt qui collem sancti Simeonis & sancti Nicolai incolũt vsq; Sipalim Veiuzum. Nam eum collẽ Metalliarũ vulgo dictũ aiũt a Paleologis q Gothos ĩde expulerũt duce Narsete Paleologo. Vnde nomen græcũ est a metallo verbo id est perscrutor. Clara olim regio gymnasio publico Turreno. Etenim vt author est Diodor9 in sexto libro Turreni perscrutationi rerũ naturalium & theologię plurimo tempore impenso: pręcipue ĩ interpretatione fulgurũ versati sunt: adeo vt ætate mea toti orbi admirabiles sint. Hęc Diodorus. Hic me collis genuit ãno salutis. M.cccc.xxxvii. in vigilia Epiphaniæ: antea ferme decẽ mensib9 nato consobrino meo motore harum quæstionum in eodem Vetuloniensi Metallio colle: ac domo hærente regiõi Spurinellę: a quo Spurina cognomentum tenuit: de quo Valerius maxim9 libro quarto capitulo quarto. Qđ inquit sequitur externis annectam: quia ante gestũ est q̃ Etrurię ciuitas daretur. Excellẽtis ea regione pulchritudinis adolescens nomine Spurina: cum mira specie cõplurium fœminarum illustrium sollicitaret oculos: ideoq; viris & parentib9 earum se suspectum sentiret: oris decorẽ vulnerib9 confudit: deformitatẽq; sanctitatis suæ fidẽ: q̃ formam fomentum alienæ libidinis esse maluit. Sit ergo Vetuloniensis Susa insignis equitibus: Ciochola patriciis: Labyrinth9 Larthe ac Lucumonib9: Veiuz9 Sipalis cõsularib9 viris & domo Sipi ac Cybelis: & Isidis aduentu ac nuptiis Iasii: Certe collis Metalli9 doctrina nitet: hęretq; illi a tergo Spurinella Etruriæ regio pudica olim: & a dextris Cercinę regio in qua Atlas Ital9 Kityn ex Pleiona Pleiades genuit. Nam Pleiades Barbari Cercinas vocant: & patriam quoq; earum teste Diodoro Siculo in. iiii. lib. Mauri Cercinas nuncupant. Quæ etiã copiose pbauim9 in cõmentariis super Fabium Pictorem atq; Berosum. Porro regio Vetuleta a loco vbi Vetuletũ dicim9 incipit: & ad portam veterẽ clausam iuxta Salicicchiam finit. Existimo ibi Vetulon ã cepisse: & ob id ei vico regioniq; pręcipue nomẽ remãsisse: & ob id prĩcipatu antiquitatis alias regiones Vetuloniæ præcellere.

Faules. Faula puella. Metallii. Spurina. Vetuloniæ insignia. Collis metallius. Spurinella. Vetuletũ.

Annia Quæstio. xxvi.

QVAERIS An Turrenam Grecus Hercules attigerit: quia dicis Faulam puellam fuisse præmium virtutis eius. Responsio. Lactantius in primo diuinarum institutionũ libro: de ppria religione Romanorum dicit eam fuisse scortũ Herculis: & producit Verriũ testem. Tñ in fragmẽto Verrii: qđ magister Guilielmus Mantuanus collegit: non vtitur Verrius vocabulo scortum; sed præmium. Sic enim iacent eius verba. Accam Larentiam Faustuli Thusci vxorem: q̃ heredem instituerit Romulus: sacris parentalibus donauerũt. Thuscam itẽ adolescentulam Faulam quia virium Alcei pręmium ad lacum Cyminium Fanũq; Volturnæ fuit: in deam retulerũt. Hęc Verrius. Qđ si hoc est esse scortũ & cõcubinam idem: vtiq; scortum Herculis fuit Faula: quæ illi non fuit vxor. Si item vis certius habere Argonautas Argeosq; principes a portu Thelamonis per fanũ Volturnæ Cyminiumq; lacũ profectos fuisse ad Euandrum Romæ degentem: hoc tibi pandet eorũ iter. Nam a Thelamonis portu in Cy

Faula. Thelamonis portus.

minia iuga:& inde Romam profectos authores produnt. Nam Diodorus in.v.libro aptissime dicit Argonautas venisse ex Hispania in littus Thuscum:& portum tenuisse qui ab vno eorum principe dicitur adhuc Thelamonis portus:& vt sequitur:hic port⁹ est iuxta Turrenam.quo loci habes ꝙ Turrena hic ꝑ Etruria vrbe non prouincia accipitur. Et ita ista est vera:portus Thelamonis est in Turrena & intra limites eius/pro prouincia.Et hęc similiter est vera.portus Thelamonis non est in Turrena neq̧ intra limites eius: sed iuxta Turrenam:vt supra dictum est:quæstione.xvi.& quæstione.ix.Huic portui proximus est portus Herculis:argumentum videlicet:vbi primũ se applicuerunt Argonautæ:a principe Thelamone nomen impositũ.Et vbi a naui descenderunt in continentem: vt in regiam Thuscam & inde ad Euandrum pergerent:ab Hercule nomen inditũ.Distat autem a Turrena portus Herculis:itinere diurno equestri:paulo vero amplius Thelamon.Et ideo Diodorus dixit Turrenã esse vicinam Thelamoni. Ab eo igitur profecti in Cyminios populos venerunt:vt authores scribunt:in quibus vt patet:regia regum Lucumonum erat Fanũ Volturnę.Larthes vero erat Tarchon iunior:qui paulo ante Caccum in vincula Labyrinthumq̧ Vetuloniæ coniecit:vt in præcedente quæstione posuimus. Qꝫ vero inde Faulã puellam præmium virium Herculi Lucumones dederint:vt ait Verrius:hoc authores sic exponũt:sicut refert Seruius:super illud Aeneidos:Et cymini cum monte lacum.Fabulantur inquit:dũ Hercules ad Euãdrum pergeret:venisse ad Cyminios populos:subaudi Lucumones.xii.populorum Etrurię.Quibus petẽtibus vt vim suam ostenderet:infixit terrę vectem ferreum quo exercebatur.Cũq̧ illi scilicet fortissimi Lucumones: nõ possent extrahere:tandem rogatus Hercules sustulit:& mox sequuta pertusum immensa aqua/lacum Cyminiũ effecit. Nec est hoc fabulosum:sed naturale:ꝙ terra pertusa emittat aquas sublatentes:qualis est illa cõcha lacus Cyminii:& ius terrę:de qua Plinius in.II.naturalis historiæ ca.XVIII. In sylua inquit Cyminia loca sunt in quibus terræ depacta non possunt extrahi.& ideo non fuit mirum si Lucumones ad tentandas vires Herculis illuc eum duxerint: & aquæ qbus abundant loca Cyminia vt cernimus:pertusum violenter sequutæ erũperint: & sensim illam concham oppleuerint & lacũ effecerint:quẽ a monte q adhuc Cyminus prima syllaba producta dicit:tam syluam:ꝙ iuga:& regionem:lacumq̧ Cyminium nũcupant:& ab Elbio vltimo Larthe patre Turreni:vicus Elbii a Ptolemęo scribitur:& a vulgo lacus viti nominatur. Deniq̧ ꝙ Argonautæ principes simul comitati Herculem fuerint vsq̧ ad Euandrum:author est Varro:qui Argeum nomen Romæ:& in capitolina Saturnia esse dicit:quia Argei principes cum Hercule ad Euandrum venerunt:& in Saturnia subsederunt:quæ ad capitolium fundata erat:vt ample expositum est in commentariis super Fabium Pictorem.Habes igitur iter verum atq̧ certissimũ Argonautarũ per Thusciam a portu Thelamõis & Herculis:vsq̧ in Volturrenã regiam quidem commune.At a Volturrena vsq̧ ad vrbem Romam per iuga Cyminia:quod nunc commune est:tunc erat externis inuium:vt ait Liuius in nono ab vrbe condita. Verum Lucumones qui Herculem Faula puella:quam forte visam adamauit:donauerunt:etiam secretum & inconcessum externis iter præbuerunt.Et ita iter quod nunc est ab vrbe Roma per iuga Cyminia in Volturnam:nunc Viterbum:& ipsum simul nunc Viterbũ tunc Etruria & antiqua Turrena illustra sunt Herculis Græci & Argonautarum peregrinatione & virium ostentatione.

Thelamonis portus.

Faula.

Cyminius Lacus.

Sequitur Annia quæstio.XXVII.

Annia quæstio. XXVII.

Locus Plinianus.

QVAERIS de Cecinna Susiano: cur Plinius illũ Volaterranũ dicat li. X. naturalis histo rię ca. XXVI. dicẽs. Cecinna Volaterranus equestris ordinis quadrigarũ dominus: cõpre hensas hyrundines in vrbem secum afferens victorię nũtias amicis mittebat: quę in eundẽ nidum remeabant illito victoriæ colore. Responsio. Tria sunt argumẽto ꝙ liber mendosus est. Primum quia assuetus est impressor stomachosas & ridiculosas mendositates in noĩbus vrbiũ Thusciæ ponere: & aperto mẽdacio Volaterranos pro Volturrenis scribere: vt supra probauimꝰ: questione. XX. Secũdo ab interpretatione noĩs: quia si Thuscus est equestris or dinis: ergo Thuscinꝰ Susianꝰ. Tertio: qđ omnino cõuincit: est genealogia eiꝰ: ꝗa hic Cecin na Augur equestris ordinis: & quadrigarũ dominꝰ: fuit Volturrenꝰ / pronepos Turreni: q vrbem Etruriam Romanis reddidit: vt clare in fragmẽtis Cato scribit. Ideo caue ab ĩpresso rum & scriptorum creberrima vitiositate: si nõ vis cũ cęcis ducibus cæcus in foueã cadere.

Cecinnę genus.

Annia quæstio. XXVIII.

QVAERIS de tertia vrbe quadriurbis Etruriæ: dicta vulgo Etrusco Para Tussa: deꝙ ori gine nominũ & regionũ eius. Responsio. Tussam Romani Tuscã proferũt: vt diximus. Eã dictã a rege Tusco filio Herculis Aegyptii: qui eũdem filium suũ Vetuloniæ coronauit re gem deletis Lestrigonibus: author est Berosus in. v. antiquitatũ: & Festus breuibꝰ absoluit dicens: Tuscia dicta est a Tusco Rege filio Herculis. Verũ ꝗa sub Iano quadriurbs Etruria condita est: vt Berosus: Cato: Fabius pictor: & alii plures cõscribunt: & Ianus lõge Hercu lẽ ægyptiũ & filium eius Tuscũ præcesserat: consequens est: vt hęc tertia Etrurię vrbs no men sibi propriũ tenuerit. Dicimus autẽ illã vulgo para Tussam id est hastatã siue princi pẽ & coronatã Tuscã. Quare coniectura est: prius illi nomen Etruscũ fuisse Para: ꝙ græce Longhola a longhe hasta: & latine hastata per interpretationẽ dicta est. Vnde sicut Viter bum cõmuni cognomine dignitatis prius Etrusce Lucumonium: inde græca interp̃tatio ne Paleologum: & vltimo latine Viterbũ dictũ est: ita hæc eius pars tertia priꝰ sub Iano Pa ra: deinde sub Pelasgis: qui sacrauerunt. F. A. V. L. per interpretationẽ dicta est Longhola: & ob id vicus Lõghus & latine hastatus dicit̃. Tussa aũt id est Tusca: a filio Herculis dicta est. Hanc portionẽ fuisse regiã: ex multis patet. Primũ: quia Para Tussa est hastata & coro nata Tusca: ergo regia. Secũdo quia quælibet pars quadriurbis regiæ: regia est: & hæc est pars quadriurbis Etruriæ regiæ: vt sæpe explanauimus. Tertio quia deus regiæ vrbis vti ꝙ in parte vrbis regia colit̃. Ergo hæc Tusca iuxta Volsinos regia erat: quia Vertumnus qui est princeps deus Etruriæ teste Varrone in primo de lingua latina: in hac Tusca cole batur: vt Propertius in Elegia Vertumniana asserit: vbi inducit ipsum Vertumnum dicẽ tẽ: nõ se pœnitere: ꝙ in bello Sabino Romam venerit ab vrbe Tusca in focis Volsiniẽsibꝰ. Hæc enim sunt eius mithica verba.

Para. Faul. Longhola. Tussa.

Tuscus ego: Tuscis orior: nec pœnitet inter
Prælia: Volsinos deseruisse focos.

Quando vero fuerint hæc prælia: insinuat pauloante finem Elegiæ dicens.

Tempore quo sociis venit Lucumonius armis:
Atꝙ Sabina feri: contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies & tela caduca:
Atꝙ hostes turpi terga dedisse fugæ.

Igitur huius regię partis Tuscæ prima regio olim dicta est Cranisa siue Razena a filio Iani qui ibi ei successit: vt Berosus in.V.antiquitatũ asserit: a quo Etrusci siue Turreni sese vti a duce Razenos vocant: vti Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus in primo libro scribẽtes. Romani inquit vocant Etruscos a prima metropoli ab his habitata dicta Etruria: se autem ipsi Razenos vocant a duce Razenua. Hæc autem in commentariis Myrsilianis & Berosianis vberius a nobis exposita sunt. Sunt quoq; argumento: ꝙ a porta Salicicchia ad principium Macelli maioris: prima Tussæ regio sit cognomiata Razena & Cranisa a Crano filio Iani cui fuit cognomen Razenua: quia adhuc fonti proximo & hærenti huic portioni/nomẽ a regione extat Cranisus: & in domo dñi Michaelis archangeli Caprini: q initia Macelli maioris incolit: superioribus annis erant vestigia turris dictę Razena. Et hoc cõsonat ei: quod Berosus scribit in.V.antiquitatum dicẽs. Aruns nepos Iani templum Iano Vertumno statuit: & Crano patri suo Lucum in Vetulonia sacrauit: & inter Isos id est deos annumerauit & ipsi deo Razenuo in Vetulonia templum condidit. Si aũt bene cernimus: vbi nunc ędes sancti Ioannis in Petra: ibi finis Vetuleti: & principium Tussę: & ibi nomina fontis Cranisi & turris Razenæ. Quare argumentum est: circa sanctum Ioannem in petra fuisse lucũ Cranisi: vbi sunt a salicibus & florẽtibus arboribus Salicicchia/ & Florita porta/ & vicinus Cranisus fons luci: & ibidem Razenui templum: cui vsq; ad turrim deletã Razenam sacra erat regio. Et ideo hæc prima Tussæ siue Para Tussæ regio Razena & Cranisa dicebatur: præclara luco & templo Crani dei Razeni regis: a quo ciues regiæ Etruriæ sese vocabant Razenos/non Turrenos & Etruscos: vt supradicti authores asserunt. Nec moueat te: ꝙ mutato r.in.l.nõ Razenam turrim: & Razenuam cryptam: sed Lazenam & Lazenuam proferat vulgus. Primo quia loca non illi sacra retinent. R. vt Razenus amnis quem corrupte quidã proferunt Razanum: & Razenensis regio vbi prædia habuit: vt nomen ipm accusat. Porro hęc loca illi sacra erant: videlicet prima regio Tussæ vbi turris olim Razena: & delubrum eius vbi crypta Razenua. Ergo dici debẽt Lazena & Lazenua: quia in sacris solet litera. R. in. L. mutari. Cui argumento est: ꝙ Auentinum montem sua ætate noluit Romulus vt coleret: sed ipsum fratri suo Remo sacrauit: vt Fabius Pictor dicit: & ipsum a fratre Remo Remuriam nominauit: vt Plutarchus in vita Romuli simul cum latinis scribit: & quia sacer erat Remo: non Remuriã sed Lemuriam dixerunt. Qđ certe Ouidius repetens in.V.de Fastis dicit. Romulus obsequitur: lucemq; Remuria dixit. Littera nã toto nomie prima fuit. Aspera mutata est in lenem tempore longo: Mox etenim Lemures: animas dixere silentum. Et eo dẽ modo aspera. r. in lenem. l. mutata est tempore longo: ac religionis ritu Razenam & Razenuam in Lazenam & Lazenuam conuersa sunt. Sequitur hãc Razenam regionem: Demi Atus: clara ciuibus regiis Mæoniæ ac Turreno ãpliatore Terbo: vt nõ modo Desyderii decretum dicit: sed nominis interpretatio infallibiliter conuincit. Est enim Demi Atus: populus Atus patris Turreni regis Mæoniæ. Deleta est ætate mea Turris nomine regionis dicta Demi Atus: vbi decretũ Desyderii excisum literis Longobardicis in alabastro effossum habemus. Vicus Longhus græce: Para id est hastatus Etrusce: inclytus est coronatione Larthum & hastatione regum & ducum exercitus: vt nomen probat. Hinc tota vrbs para Tussa: id est hastata & regia Tusca dicit. Gaiolæ quarta regio in longitudine pontis para Tussi/ vnde nomen habeat nondum compertum habeo. Quęrendum esset in contractibus vetustis: si ea regio aliquo prisco Arameo & Etrusco vocabulo tunc diceretur: quia nomina antiquitatis prisca locorum sunt argumenta infallibilia originis ipsorum: vt omnes historici asserunt vtunturq;. Pons autem para Tussus: cum nullus sit pons: constat ipsum non latina: sed Etrusca olim lingua dictum pro fluento distinguente inter Tussam & Ascreanum & Arbanum: vt declarauimus supra in quæstione duodecima.

Cranisa. Razena.

Demi At⁹.

Gaiolæ.

Annia quæstio. XXIX.

Arbanum. QVAERIS de quarto oppido Arbano & regionibus eius: nomina & rationes eorum atque origines? Responsio. Vt in cõmentariis sup Xenophontẽ ostendimus: Arba est nomẽ pertinẽs ad linguã Arameã & Hebræã: & significat quatuor: & loco impositũ significat vrbẽ regiã. Si vero ab arba dicat̃ Arbanũ: significat partẽ quadriurbis regię: & ideo cũ Volturna: Vetulonia: Hastara Tusca: sint tres partes quadriurbis Etruriæ regiæ: vt iam ostendimus: eqdem restabat quarta pars regia quæ exprimitur Arbano prisco nomine: qd Plinii corruptores Herbanũ pro Arbano scripserunt: siue cũ aspiratione siue absque aspiratione velis scribere. Ipsum vt in cõmẽtariis videbimus diuidũt authores in duas regiones: Calumbũ & Musarnũ.

Musarnus. Musarnus collis est: vbi dicim[9]: castrũ Herculis. Vñ & a cognomĩe Herculis collis dicit̃: nõ qa illud Mursanus Hercules cõdiderit qd sub Iano ante Herculẽ fuit: sed quia ibi palatiũ fundauit pro coronatione Tusci filii. Cõdidit tñ vrbẽ iuxta Coriti Lyanũ: quã adhuc Musarnã appellãt: & cuius ruinę visunt̃: & de qua cõtractus nostri cõuent[9] aiũt agellũ nostrũ esse in ciuitate Musarna. In Ptolemęi geographia reperies Musarnos populos: & Musarnã vrbẽ ĩ Gedrosia & Carmania. Sane vt Berosus ait: Libyo Aegyptio fuit nomẽ Libyus: cognomina vero Hercoles: Arnus: Musarnus.

Hercol. Hercol id est pellit[9] tot[9] dictus est: qa toto corpore ferinis pellibus ante inuenta arma pro armis tegebatur: ad propulsandas iniurias: vt in primo libro Diodorus asserit. Item ab insigni & corporis robore cognominat[9] est Arino

Arno. & p syncopam Arno: id est leo famosus: vti ait Berosus: & Talmudistę ĩterpretãt̃. Porro ab doctrina militari / & initiatiõib[9] militię dictus est Musarnus id est doctor leo famosus: & ei[9] milites Musarni id est discipuli Herculei. Hic Hercules initiamẽtis & incãtamẽtis bellicis deditus fuit: & nõ filius Alcmenæ: vt Græci confitent̃: & Diodorus in. VI. libro asserit. Et ideo Musarnas colonias dixit: id est doctas a leone famoso. Vnde initiationẽ militarẽ Tuscã ipse (vt existimo) docuit primus: quia Musarna eius ciuitas: haud procul Vadimonis lacu est. Collis vero Musarnus Arbani dicitur q ibi palatium cõstruxerit & milites initiatos filio suo Tusco reliquerit: nõ quia illũ prim[9] fundauerit.

Calumbũ. Pars vero Calumba a Calubu Aegyptia lingua: aut melius a Calumbo Arameo vocabulo: qd teste Samuele nostro: viride significat: a quo nõ abest interpretatio diui Hieronymi in libro de interpretationibus. Dicitur autẽ viride a luco proximo: vt author est Myrsilus. Argumento sunt nomina circa FAVL ædes beatæ virginis de viridi: & e regiõe beatæ mariæ in Calumba in fine collis Musarni & principio collis Ascreani. Ergo Viterbenses corrupte proferunt in Palumba cũ in Calumba dicere debeant. Ascreanũ nondũ cõperi an sit Arameæ originis. Nõ eñ existimo a Gymnasio aliquo græco dici: cum vrbs Etruria horruerit literas & disciplinas Græcas: & ob id latinas noluerit recipere vsque ad Cecynam: vt ex Catone supradiximus.

Annia quæstio. XXX.

QVAERIS quid distet ĩter tusciã & thusciã: cum alterum sine aspiratione: alterũ aspirate proferimus. Responsio. Authores quos Festus collegit: triplicẽ illi assignationem faciũt.

Thuscia. Primã Gręcã: Secundam Arameam: Tertiam Babylonicam. Prima cũ aspiratione thuscia deriuat̃ a thusco futuro huius verbi thuo: id est sacrifico & aruspicor. Hinc Greci a sacrifico ritu thusciã & thuscos cognominauerũt turrhenos vt Plinius in. III. naturalis historię asserit ca. VI. Et ita significat totã puinciã. Si vero fiat sine aspiratione vocabulo Arameo

Tuscia. Tuscia & Tuscus significat duas vrbes dictas a Tusco rege filio Herculis. & significat solũ eas vrbes: Para Tussam & Tussam Nanã: q̃ diruta iacet inter Tuscanellã & Caninũ. Si ve-

ro Babylonice dicatur a Tosco: significat loca ad quę nõ facile possunt adire homines: vt Cicero exposuit: & Festus refert. Hinc & curias dominorũ quas non facile possunt ingredi homines: & rupes difficilis aditus: vocant Toscas Babylonici: vt patet in Targum Babylonico apud Hebręos: quia vbi nos habemus Cõuertit rupem in fontes aquarum: ibi dicitur Tosca in fontes aquarũ. Hoc pacto omnis ager tetrapolis Etruriæ ac solus dicitur Tuscia & vrbs Tusca Etruria: quia ad Lucumones difficilis patebat externis aditus. Vnde nec ipsa nũc publica via Cyminia patuit: vsq; ad perdomitã Etruriam: vt patet in Liuio in nono ab vrbe cõdita. Sola & vnica erat via pro itineribus: atq; ea studiose custodita: nec tamen ad vrbem ipsam regiam ducẽs sed sub ea plus vno miliari porrecta per Minionẽ & Camillarios atq; Tudernos: quos Ptolemęus Sudernos vocat vt ęstimo corrupta prima litera: sicut eadem corrupta nunc Mudernũ & muri Muderni: & corruptius Maderni dicũtur a quibusdã. Eã viã aggressus: venit ad Lucumones eorũq; Larthem Tarcõtẽ tertiũ celer ꝑ auxilio Aeneas: teste Virgilio in octauo ęneidos vbi ait: prope cęritis amnem esse collem celsum: & amnẽ egelidũ. Et in Egelido quidẽ fluuio ipse lustratus est ad colloquiũ Veneris. Et in celso colle vidit a lõge ingẽtem lucum Lucumonũ: & in subsidentia arua vidit legiones: vbi Tarcon & Turrena tuta tenebãt castra locis. Tuta ergo dixit quia Tosca & difficilis erat ad illa adit⁹. Et hoc pacto significat solũ agrum Volturrenũ Tetrapolis Etruriæ: qui clauditur a tergo iugis cyminiis vt cernimus: a fronte iugis Volsiniẽsibus. Nã in eadẽ parte sunt Etruria & Volsiniũ siue Volturreni cognomine Etrusci & Volsiniẽses. Rursus a sinistris finitur Blerano amne: qui nos a Tarquiniis disterminat: & amne Larthe/quẽ corrupte Marthe dicim⁹: vt patet in Itinerario Antonini. Hic amnis discernit Tuscos: a Tussa Nanis: nunc Tuscanellis. Porro a dextris est portio Tyberina secernẽs nos a finitima Vmbriæ: de quo Liuius in nono ab vrbe condita. Excursum inquit cõsulis Fabii per iuga Cyminia senserat sub radicibus Cyminiis iacẽs ora: moueratq; indignatiõe/nõ modo Etrurię populos: sed & finitima Vmbriæ. In hac finitima Vmbria sunt Veilũbri: vt Albulani: Pennẽses: Amerini: & eiuscemodi. Et argumẽtum differẽtię sumimus: quia pro tota ꝓuincia Thusciam & Thuscos cũ aspiratiõe scribũt veteres. Pro vrbe vero para siue regia: sine aspiratione scribũt: Tuscam: & Tuscos: & Tuscanienses. At pro toto agro & populis ei⁹ atq; oppidis olim Toscis id est difficilis adit⁹ populis: & sine aspiratione scribũt: & cũ in prępositione vtũtur in Tuscis. Vnde Plini⁹ in.xiiii.naturalis historię ca.iiii. In Tuscis inqt peculiaris vua est Tudernis: ęque ac eius nominis Florentia: Aretii vero Talpana. Hic in Tuscis & Aretii per distinctionẽ dixit: quia Aretiũ nõ est in Tuscis. Tudernũ vero qđ Mudernũ & Sudernũ corrupte ꝓferunt: in Tussis Vussetinis thermis est a quo Tudernis vua: & similiter Florentinũ a quo vua florẽtia est in Tuscis: & in fine regionis adhuc Vadimonæ dictę. non enim Plini⁹ florentiã vuam a Florẽtia nunc opulenta potuit dicere: cuius tunc nomen non erat: sed illos Fluentinos a præterfluente Arno appellauit. Rursus vt supra in quæstione.viii. dictum est. Plinius dixit Romanos se appellasse Trossulos: quia sine pedite ceperunt Trossulum oppidum in Tuscis: id est regione difficilis aditus. Et si bene aduertes: quæcunq; in Tuscis aut in tuscos inuenies: in Etrusco Viterbensi agro nunc sunt. Hæc apud Festum abbreuiata a nobis explanata: a Longobardis confusa reperies.

Toscum.

Florentinũ

Annia quæstio.xxxi.

QVAEris quo pacto diuidebaẽ tota Tuscia: & q gẽtiũ ei⁹ limites: & quo pacto ordinabanẽ Respõsio. Cato in fragmẽtis q̃ sum⁹ post Myrsilũ exposituri: diuidit eã in tres gẽtes dictas in ii.&.iiii.questiõe: videlicet in Maritimã: Ciscyminiã: trãscyminiã. Gẽs maritima sunt vt ait

Tusciæ diuisio.

Gẽs prima.

Phregenæ: Alsium: Agilla cognomine Cære: Pyrgus Tarquiniæ Tarcona dicta: Grauiscæ: Volce: Cosę: Thelamon: Vmbro: Caput Etruriæ Phaliscæ: Populonium: Volaterrę ac vada eius: Pisa: Luca: Lucus Feroniæ: Luna. Secunda est Ciscyminia ab vrbe Roma vsq ad Cyminia iuga: a Thuscis dicta Lartheniana cognomine Veiens a Metropoli. In ea populi: Sabum: Larthenianum cognomine Veiens: Soracte: Phescenniũ: Phalaris: Flauianũ: Nepe: Phaliscanum: Sutrium: Lacus Cyminius. Gẽs tertia trãscyminia est a iugis Cyminiis vsq Pistoriũ. In ea populi Volturrena sub cyminiis radicibus iacens cognomine Etruria: Arũtes veteres cognomine Camillarii: Olena: Tussa Nana: Volsinæ: Clusium: Perusia: Aretiũ: Phęsulæ: Pistorium. Ordo autem militaris erat: vt maritimi pręcederent Larthẽ: & Veientes siue ciscyminii sequerentur Larthem: & transcyminii essent cum Larthe. Quem ordinẽ quãdoq poetæ exprimunt: præcipue in. viii. lib. Sillius Italicus: qui legionis Thuscorum ordinẽ dictum describens: simul & ex quibus legio ipsa vrbibus collecta sit a Romanis contra Hanibalem: a maritimis cœpit dicens. Iamq per Etruscos legio cõpleta maniplis Rectorem magno spectabat nomine Galbam: Huic genus orditur Minos inuisaq tauro Pasiphae: clari dehinc stant ex ordine patres. Itaq ordo legionarius circa ducẽ Etruscum Galbam fuit ex ordine patrũ trium gentium. Prima fuit gens maritima antecedens ducẽ Galbam: vti olim Larthem: fueruntq milites ex vrbibus maritimis: Phregenis: Alsio: Cære: Tarquiniæ: Grauiscis & Luna quæ fuit his pauor: sicut fuit tempore Porsenæ Clusini: qui fuit Romanis mœnibus terror: quando voluit reducere Tarquinios superbos. Sic enim de his ait.

Secunda.

Tertia.

Stabant dehinc ex ordine patres militum. & subdit. Lectos Cęre viros: lectos Tarcona superbi Tarcõtis dom⁹: & veteres misere Grauiscę: Nec nõ Argolico dilectũ litt⁹ Aleso Alsiũ: & obsessę cãpo squalẽte Phregenę. Lege totũ: vbi inuenies de gente trãscyminia / fuisse solas duas vrbes cũ duce Galba: scilicet Phesulas: & Vetuloniam: quã fuisse regiã curulẽ: togatam: armatã: principẽ & datricẽ primorũ fascium laudat. Et subdit: φ ducẽ & hos Vetulonos sequebãtur proximi Etruriæ Veientes: vt ait Liuius: id est tertia ciscyminia gẽs ꝓxima Vetulõię Vnde Vetulonos demõstrans ait. Hos Vetulonos iuxta erant Nepesina cohors: Sutriũ: Lacus cyminius: Phalisci. & reliqua. Vnde pulchro ordine Sillius ꝑagrauit tres gẽtes: eũdo per maritimam a Phregene prima vsq ad vltimã lunam metropolim. Deinde a luna venit in trãscyminiam: vbi prĩo occurrit Phæsula vsq ad cyminia iuga: qb⁹ est Vetulonia. A qua in ciscyminiam gentem per lacũ cyminium: Sutrium: Nepe & alios populos: narrationẽ cõpleuit. Itaq iuxta Catonem & alios. Etruriæ gens triplex erat. Prima maritima: in qua primũ oppidũ erat circa Tyberim Phregene oppidũ. postremo vero vrbs Luna ꝓxima Macræ Scđa gẽs erat transcyminia: cuius prima oppida erant Phęsulę ac Pistoriũ circa transitũ huius gentis in Galliam nunc Lombardiam. Vltimũ erat Etruria ꝓxima lacui cyminio q̃ erat tetrapolis scilicet Volturna Vetulonia Arbanum & hastata Tusca. Tertia gẽs erat ciscyminia: cui⁹ limes & oppidũ ꝓximũ Etrurię erat vicus Elbii: qui & lacus cyminĩ⁹: postremũ Larthenianum siue Veiens. Hæc in authoribus clara cõpertaq sunt: si eos ꝑlegas.

Annia Quæstio. xxxii.

Dubitas & q̃ris cur Plinius discreuit inter Arbanũ: & alias tres regias ptes. nã simul ponit Tuscanienses: Vetulonienses: & Volturrenos. Scđo: cur inter ea discernit si erãt vna ciuitas Etruria. Tertio: si cõueniũt cõfines ptibus his q̃tuor & toti apđ authores. Responsio. Plini⁹ in. iii. natu. histo. ca. vi. ꝑcurrẽs gẽtes Tusciæ primo excurrit maritimã ordine suo a luna ad Phregenas. Trãscyminiã aũt & ciscyminiã: nõ ordine quo fuerũt antiqtus: sed quo erãt tpe suo diuisit in colonias & liberas vrbes: vti ibi patet. Et vt ibidẽ apparet: liberas vrbes diuisit per literas Alphabetales. Et quia per aspirationem ipse scribit Harbanum: hinc est φ sepa-

ratim & q̃ longissime Arbanum scripsit a Tusca: Vetulonia: & Volturrena: quãtum scilicet distant inter se literæ. H. T. V. a quibus illa incipiũt. Q̃ꝫ vero cum Hetruria esset vrbs vna: tamen vt distinctas vrbes nominauit: hoc est quia erant quatuor oppida quę tũc pro quatuor vrbib⁹ habebãtur. Erat enim Etruria Tetrapolis: vt inter authores cõuenit: eratq̧ regia & absq̧ mœnib⁹: & singula vrbs pro singulo & distincto populo habebaẽ vsq̧ ad tẽpora Desyderii regis. qđ priuilegium in aliis vrbib⁹ nõ habebatur etiã si Dypoles & Tripoles essent: quia nõ erãt regiæ. Et ob id vnico nomine & sub vno populo cõputabanẽ. Etruria vero vnico quidem cõmuni nomine Etruria & Turrena dicebatur a Tursibus: sed singulæ partes vt singuli distincti in vrbe populi nominabãtur. Et id fecit Plinius. Tertio ex dictis satis conueniunt confines. Nã Cato a tergo limites posuit: quando dixit Volturrenã cognomine Etruriam esse in subcyminiis radicib⁹ iacente ora. Similiter Liuius in primo ab vrbe cõdita cũ dixit: Erat Sabinis vicina Etruria: proximi Etruriæ Veientes. Eosdẽ limites assignauit Sillius Italicus ipsi parti Vetuloniæ: cũ significauit iuxta Vetulonios esse cyminium lacum & ciscyminios populos. Porro Volturnæ Plinius assignauit a fronte Volsinienses: cũ dixit Volturreni cognomine Etrusci: in eadẽ parte Volsinienses. Eosdẽ Volsiniẽses a fronte para Tuscæ siue coronatæ Tuscæ pro limite assignauit Propertius cũ induct⁹ ab eo Vertũnus dicit: Tuscus ego: Tuscis orior: nec pœnitet inter ꝑlia Volsinos deseruisse focos. Similiter a sinistris Arbani & Vetulonię assignanẽ quatuor limites: Thermę: amnis Ecalidus piscosus: amnis Egelidus: & Minio. Thermas quidem & thermales amnes piscosos assignat Plinius in. ii. naturalis historiæ: capitulo sexto: & marmora excisa Cybelaria. Plinius enim per distinctionẽ a Pisa dicit. Aquis calidis Pisæ innascũtur ranę: ad Vetulonos vero ĩ Etruria: pisces. Marmora item scribunt. Hercules ęgyptius turritã ędem fundauit supra Thermas iuxta Vetulonos. Virgilius vero in octauo æneidos dũ ad Lucumones Aeneam mittit: eum venisse ad Minionẽ asserit ĩ collem: vnde prope fanum Volturnę ac legiones vidit: & in Egelido fluuio lustratus Veneris oraculum promeruit. Egelido & ecalido amnib⁹ nomina adhuc vernacula lingua Tusca permanent. Nã Egelidũ Fredanũ dicimus: quia a pura gelida fontiũ scaturigine nasciẽ: & Ecalidum Caldanũ vocam⁹: quia ex Thermis & mineris calidissimis vt plurimum effluit: generans ad hanc ætatẽ pisces copiosos & salubres. Itaq̧ omnes cõfines & limites præscriptos ab authoribus de Tetrapoli Etruria & partibus eius: itẽq̧ noĩa atq̧ cognomina vetusta simul sumpta: solũ habet Lucumonium paleologũ Viterbum. Solũ Viterbũ igiẽ est Etruria regia tetrapolis: prima sub Iano condita. Quæ cũcta etiã per authores & cõmẽtaria atq̧ historiã Etruscã: planiora habebunẽ. Et ideo hoc vltimũ enthymena memoriter tenendum est a nostra iuuẽtute Viterbẽsi: ante omnem lectionẽ harum quęstionũ & aliorum operũ nostrorũ: quia cũcta irreuincibiliter atq̧ necessario si simul colliganẽ ipm̃ cõprobãt: & irreuulsibiliter fundant firmãtq̧. vt eruditissimis viris patẽs est. Et idcirco nõ blacterone & futili viro: sed literatissimo iudice atq̧ censore nostra opuscula egent.

Egelidus.

Annia quæstio. xxxiii.

CVM apud Tuscanellam essem: intuitus sum apud quandã portam hoc carmẽ vetustissimis literis & lapide excisum.

Ingreditur quisquis huius per limina portæ: Ascanium norit / hanc vrbem ædificasse Consilio Martis: in somnis admonuit qui Troianũ Aeneam: vt vbi catulam reperiret / Vna cũ catulis bis binis conderet vrbẽ: Turres quadrãtur: tolluntur mœnia sursum. Sic fundata fuit hæc vrbs & ciuita dicta a Cane Tuscana dicta est.

Quã quoq̧ rex Tuscus ꝓcessu tp̃is auxit. Quid existimas de hoc carmine? Responsio. Existimo verissima esse: qppe qa negare veteres titulos & inscriptiões q̃ authorib⁹ cõgruũt: viri est pauci sensus & blacteronis. Nã teste Lactãtio libro prĩo diuinarũ ĩstitutionũ ca. xi. antiquus

author Euemerus Messanus res gestas Iouis collegit & cōtexuit historiā ex titulis & inscriptionibus sacris: quā historiam interpretatus est Ennius & sequutus. Eam tāto feruore animi suscepit Græcia vt sacram appellauerit. Ergo plus q̄ sacra est Hetrusca historia: & cōmētaria nostra: quę non solū titularibus argumentis: sed pręter eos etiā pręcipuis authoribus: pręscriptis limitibus: nominib⁹ & locis adhuc perseuerātibus: & historicis eiuscemodi innumeris argumentis constant. Itaq; non sunt neganda hæc carmina: quæ cū antiqua: tum etiā Virgilio cōgruunt. Ait enim in. viii. ęneidos. Aeneam Troium transmisso Minione curasse equos & corpora nō procul luco & castris Tarcontis existētis in aruis latis. Curato vero corpore: ait lotum fuisse Egelido amne vulgo vero Fredano: vbi in somnis admonitus fuit a Venere. Qui dicit a Venere: nō negat etiā a Marte: vt inscriptio supplet. Hęc in. viii. li. Deinde in. x. repetit: q cū Aeneas discessit ab Euandro: supple habito etiam noctu oraculo: mane castris ingressus Hetruscis regem Tarcontem salutauit: & datis dextris ab eo classem accepit: cui pręsidebāt quatuor duces: videlicet Massicus ex Massa vrbe maritima: nūc Senēsium: itē Toruus Abantis populi maritimi princeps: vbi nūc caput Albium vt Albiū vulgo p Abātium latine dicimus. Tertius fuit Ofinius rex id est Lucumo Clusinus. Quartus vero fuit Asilas augur Pisanus: vt clare enumerat ibi Virgilius. Ergo inuenit ibi catulam prope Egelidum amnē cum bis binis catulis. Sed quia bello impeditus Aeneas oraculum de ędificādo oppido implere nō potuit: filius eius Ascanius suppleuit: ædificauitq; monopolim Ciuitā: a cane inuenta dictam Tuscanā per syncopam (nam Tu Escana a catula cane dicitur) & processu tēporis Tuscus iunior fecit eam dypolim. Est igitur verissimum carmen.

Annia quæstio. xxxiiii.

Tuscunella & Tusca.

QVAERIS si Tuscanella & Tusca regia sint eadem: cum quia quidā dicunt Tuscanellos esse Tuscanienses: tum præcipue quædā vetusta inscriptio etiam Tuscanienses apud eos nominat. Responsio. Qui dicunt Tuscanellos & Tuscanienses esse eosdem: hoc docēt quod nesciunt. Non enim Tussa: & Tussa Nana est eadē: nec valet a diminutiuo Nana est Tusca Nana: ergo est Tusca. Nec valet q ibi lapis quidam Tuscaniensem nominet: quia nō Ciuem suum sed para Tussę insinuat: sicut Romæ inscriptiones sunt Hispanorum: Gallorum: non tamē Roma est Hispania vel Gallia: sed in ea fuerunt illi viri pręclari. Sed vt erudite ostēdatur Tuscam: & Tuscanellam non esse eadem: differentiarū inuincibilib⁹ argumētis vtamur Primo a tempore. Tuscanella enim post Troianū excidium cœpit sub Ascanio: vt supradictum carmē docet. At Tusca: ante Herculē ęgyptiū sub Iano cœpta est: quia est pars para id est hastata & coronata: ante Tuscū filiū Herculis dicta. Secūdo a deriuatione nominis: quia a cane Tuscanella nomē accepit. At Tusca: a Tusso rege filio Herculis Aegyptii: vt Berosus docet & Festus insinuat. Amplius a deo regio. Nam Vertūnus deus Tuscæ Tetrapolis fuit & regiæ intra limites Volsinienses. At Tuscanella nunq̄ Tetrapolis & regia fuit: sed primū sub Ascanio Monopolis Ciuita dicta rustica fuit: inde sub iuniore Tusco adaucta solū Dypolis opulenta est: vsq; ad hęc tempora: quæ solū constat Ciuita parte veteri: & parte noua. Item ipsa est intra limites Tussæ Nanæ: & extra limites Volsinios: vt inter quos Larthes fluuius diuidit. At Tusca Vertūni Volsinos Focos & limites colit (vt ostēdit Propertius). Itē Fani Luciq; ingentis monumēta esse decet: vbi regia Tusca. At nō Tussæ Nanę: aut Tuscanellę: sed para Tussę sunt FAVLIS monumēta. Sūt & alia cōplura argumēta differētiarū: q̄ quisq; regionis expt⁹ cōperiet. Verū qm̄ linguę origo plurimū ad arguēdū in historia valet: cōsequēs est: vt āte fuerit Tussa Nana q̄ ei vicina Tuscanella: qa Tuscanella est nomē latinū & Tussa Nana est Barbarū & etruscū: qđ āteceſsit gręcā & latinā liguā. Est aūt Tussa Nana

id quod Tuſcanella:& Tuſcanella id quod Tuſca iunior & parua. Porro iunior & parua ad priſcam & regiam refertur. Ergo Tuſcanella ad Tuſſam Nanam ſe priorem refertur: quæ ex ruinis eius adaucta per interpretationem Tuſcanella dicta eſt latina ligua poſteriore:& Tuſſa Nana ad Para Tuſſam refertur:quia regia & coronata cognominatur. Et antiqua priſca regia Tuſca eſt:quam adhuc priſco vocabulo Para Tuſſam vocamus. Huius oppidi ager a Vetralla in Lyanum Coriti Muſarnamq; tēdebatur. Argumēto ſunt limites quorū qui circa Corti Lyanū eſt:dicit vulgo Vadus Tuſcanienſis:ferme quarto miliario: aut paulo amplius diſtans a para Tuſſa in agro eius: & alter iuxta Vetrallam adhuc para Tuſſus dicitur. Itaq; Vetralla oppidum qđ & forum Caſſii dicit:ad ius vet⁹ Viterbenſium ſpectat. Q; ſi vis aliam differentiam:vtiq; vbi Tuſca regia:ibi aliȩ partes Volturna:Vetulonia:Arbanum: & Faul. At Tuſcanella nō eſt vbi ſunt iſta:nec ex his vel minimū veſtigium habet. Item Tuſca eſt pars Etruriæ regiæ vt ex ſuperioribus patet. Ergo eſt cognomine Etruſca quia Etruſcum ab Etruria dicitur. At non Tuſcanella eſt cognomine Etruria:ſed Volturrena vt ſȩpius probatum eſt. Quare Tuſca nō eſt pars Tuſcanellæ: neq; vbi eſt Tuſcanella: ſed vbi Volturna.

Annia Quæſtio.xxxv.

QVAERIS quomodo Galba Etruſcus:ortum habuit ex Minoe atq; Paſiphae: vt ſupra in queſtione.xxx.inſinuauit *Silius Italicus*. Reſponſio. Repetendū eſt quod in hiſtoria Etruſca poſuimus videlicet ꝙ ſacrato luco ingenti Pelaſgi in fano Volturnæ vt Virgilius inſinuat & hoc ſub Tarcōte ſecundo:pro ſocietate inter turrenos & Pelaſgos: Tarcon cōtinuit Pelaſgos in officio. Et vt Manethon dicit:& tēpus cōcordat:Tarconti ſucceſſit Tyberinus pater Ocni conditoris Mantuæ. Quidam authores Latini:vt *Seruius* refert ſuper.viii. Aeneidos:putant hunc Tyberinum fuiſſe regē Tuſcorum:alii Aboriginum: quē Glaucus filius Minois circa Tyberim occidit & illi nomem dedit:qui prius Albula dicebatur. Et hoc totū verum eſt. Nam Larthes Etruriæ non ſolum Tuſcorum ſed & Aboriginum: & totius Italiæ rex erat:vt Fabius pictor ſcribit de origine vrbis Romæ. Hic ergo Tyberinus cœpit Pelaſgos ab Etruria excludere. Nam teſte Dionyſio Halicarnaſſeo in.i.li.duabus ferme ætatibus id eſt quinquaginta annis cœptum eſt affligi & pelli a Turrenis & Aboriginibus genus Pelaſgicum: ante Troianum excidium. Hoc autem tempore Larthes erat Tyberinus vt Manethon indicat:& tempus ſic comprobat. Manto Fatidica filia Tyreſiȩ vatis Thebani: primum ſeruiuit ſub Cleonte: inde ſub Theſeo: quæ paulo ante finem eius fugam in littora Aſiæ iniit: moxq; in Tuſciam ad Tyberinum nauigio vecta: ab eo grauida effecta peperit Ocnum: vt omnes Græci & Latini conſentiunt. Porro Theſeus fuit pulſus regno:ante Troianum excidium annis.xxiii.vt Euſebius notat. Quare tunc regnabat Tyberinus:quia ad eum venit Manto. Itaq; Tyberim: cognominabant Pelaſgi Thybrim: vt refert *Seruius* ſuper.viii. Aeneidos id eſt iniuriatorem: quia latrocinabatur contra eos circa ripas Tyberis & iniurias irrogabat. Nam Hybris Grȩce iniuria eſt Latina. Et vt ait ibi *Seruius* ꝓpoſuerunt conſonantem.T.& dixerunt Tyberim de more. Quod & nos poſuimus ſupra queſtione.vi. Cauſa vero huius diſcordiæ primus fuit Minos:qui accepto ꝙ Tuſci recepiſſent in ſocietatem Pelaſgos: tentauit & ipſe imperio ſociari. Vnde miſit primum illis Aboriginibus qui erant in Latio ſub rege Fauno patre Latini: donum zonæ:iunctaq; cum illis amicitia:miſit ad eos Glaucum filium: qui ab eis imperium peteret:& non accipiens: ab Agillinis aſcitus:cauſam diſcordiæ præbuit ꝙ quaſi iure participati iperii Cæriti amni patris Minois nomen indidit:quem permutata vltima litera i:Minio poſteri dixerunt. Et hoc eſt qđ authores dicunt:& *Seruius* abſoluit breuibus ſuper.vii. Aeneidos ibi:Picta ſcuta Labici. Cū

Galbȩ origo. Manto. Theſeus. Minos. Minio.

Glaucus. inqt Glauc⁹ filius Minois a Labicanis Latii Italiæ imperium posceret: nec acciperet: quia nihil pręstabat sicut pater eius ante pręstiterat zonam eis mittendo cum antea discincti essent: mox eis ostendit scuta picta: a quibus & ipse Labicus: & populi Labicani: & Romæ via Labicana. Sed quia de his satis in historia Etrusca diximus: hoc satis sit: ꝙ Glaucus ipse filius Minois interfecto apud Tyberim Tyberino / ab ei⁹ successore Mezentio apud Agillam obsessus & captus: & in Etruria captiu⁹ filios genuerit. Hoc argumentum validissimum est ꝙ Etruscus Galba fuit genere Minoico & pasiphaes: vt clare asserit Sillius. Ex quo patet ꝙ Etruscus Mezentius / dictus est Agillinus a victoria & triumpho: vti & Scipio Aphrican⁹ & Cæsar Germanicus & huiusmodi. Et hoc tēpore bellātibus turrenis cōtra Agillam eadem sub mutauit nomē & dicta est Chęre: vt Strabo narrat in quinto libro Geographiæ.

Annia Quæstio. xxxvi.

QVAERIS quæ & quot sint illa nomina quæ in octauis pascæ ferme quinq; iam annis superioribus cum Rabi Samuele & duobus aliis Talmudistis conferebam. Responsio.

Quæ & quot simul difficile essent memoratu: nisi forte successiue conferendo & scribendo in memoriam redirent. Quorum vero memini sunt in primis quæ de oppidis Coriti regis turrenæ sedis: nunc vt supra ostendim⁹ Viterbi: spectabāt: vt Corit Nyenta: Cortilianum: Cortenebra: Cort Nossa: & eiuscemodi: quæ adhuc apud nos manent memoriæ Coriti. Item quid sibi volunt ista. Ry Gomerius: Ry Osiris: Ry Atlaus: Ry Ianus. Et in scriptione sub statua Cybelis Ry Sipib. Item Mon & Mont: vt Mont Arune: Mont ærano: Mon Dyrimano: Mont Taliano: & eiuscemodi multa. Nam cum Coritus ante Dardaniam conditam fuerit: quando non erat Latina vel græca lingua: patet ad linguam Arameam & ægyptiam: qua inuenitur vsa Etruria: recurrendum esse. Itaq; sic interpretati sunt oīa hæc
Kat Enakī. vocabula: Kat Enakim: est congregatio gigantium. Etiam vt aiūt: apud Hebræos sunt Kat
Lurkii. Enaci / a nobis amnes dicti. Item Lurkii sunt lingua ægyptia vetusta: gigātes comestores ho
Min. Mon. minum. Apud nos domicilium Lestrigonum iam deletum: dicitur domus Lurkii. Rursus
Mont. apud ægyptios Min est vrbs. Mon vero municipium paruum: mont vero vicus & colonia. Vnde & chem min: Panos vrbem Diodorus interpretatur in. i. lib. Ergo mon talianum: municipium Italianum dicimus. Nam i. primam syllabam trūcamus: vt. q. xiiii. diximus. Sunt apud nos duo mon taliani. Item mont Arune vicus vel coloniæ camillarię sunt / quas Arun
Ry. tes veteres vocant authores. Ry significat apud Arameos ducem & regem: vbicunq; poni
Nossa. tur. Nossa apud Arameos significat locum ad auguria capienda aptum. Beatus vero Hieronymus interpretatur forte augurium: libro de interpretationibus. Hinc per syncopam de more tusco Cort Nossa est Coriti locus augustus: in agro Etrusco iuxta Volsiniensem lacū Illud deleuerunt Romani: cum ipsi vicino oppido cort Enebradum excurrentes agrum eis iunctum tarquiniensem: etiam ex improuiso hæc duo oppida diruerūt. vt Liuius meminit.
En. vi. lib. ab vrbe cōdita. Non tamen sunt tarquiniensium: sed Etruscorum: vt ibidem dicit. En
Enta. est munitiuncula parua vel oppidulū vt aiunt. Enta vero fortes & validani. Eber transitum
Eber. significare dicunt. Ergo cort enebra est coriti munitiuncula parua in transitu. Et quidem
Formicę oppidum deleuerunt. Etrusci Cort Nossam nunq̄ reędificauerunt: sed cort enebram: quæ adhuc munitiunculam fuisse apparet: & a formicis deleta castrum formicarum vulgo dicitur. Sæpe enim etiam magnæ vrbes a minutis animantibus deletę sunt: vt author est Plini⁹ in. viii. naturalis historiæ ca. xxvii. Est autem non procul Cort Nossa: vt etiam significat Liuius loco supradicto. Porro Lyanum vt aiunt: rupem scissam significat. Cui etiam congruit interpretatio Papiæ: & Rabani qui vocabula barbara non indocte exponunt. Est igitur Corti Lyanum rupes abscis

ſa Coriti:quæ adhuc cum nomine perſeuerat & paucis veſtigiis: iuxta vadum Tuſcanienſem & Muſarnam vrbem.Item dicebāt apud veteres Arameos diſtare inter Ny & No:quia Ny montem: & No fama præclarum ſignificat. Hinc Arno:eſt leo fama inclytus Hercules:& Corit Nyenta eſt Coriti mons & munitum oppidum: olim caput Lydorum agreſtium.Hinc in Lyguria Entella arx munita erat & forte oppidum.Hic Coriti mons & oppidū ſępe ab authoribus celebrać.Vnde ſuper ęneida Seruius ſæpe ait Coritū fuiſſe regē Thuſcię Et item Coritum eſſe montem & oppidum in Tuſcia.Eſt enim in iugo Cyminio alto: inter Capenam & ipſum nomē cyminium:& ſunt veſtigia arcis cū nomine vetuſtiſſimo Etruſco Corit Nyenta:id eſt latine: quod Seruius ait:coritus mons arce munitus & oppido. Arno.

Annia Quæſtio.xxxvii.

QVAERIS quid ſibi velint quidam iuniores qui extremas Coriti vrbes dicūt eſſe Cortonam:quam putant dictam a Corito coritonam:& per ſyncopam cortonam:& rurſus coritū montem eſſe cornuetum maritimū.Reſponſio.Vtiq; id ſibi volūt iſti:qđ & græci Samothraces:qui dicūt Dardanum conditorem Dardaniæ fuiſſe Samothracem. Ac propterea:quia ſine certo authore & ratione atq; argumento hiſtorico: per opinionem quandam Barbaram loquuntur:vtiq; eadem facilitate contemnuntur qua proferunt iuxta regulam beati Hieronymi. Quin etiam et falſiloqui comprobantur.Nam ante Cęſares Romanos non a vetuſto Corito Cortona:ſed Crotona mediterranea dicta erat:& tempore cęſarū poſitis coloniis Romanis dicta eſt Cortona:vt expreſſe aſſerit Dionyſius Halicarnaſſeus in primo libro: qui eo tempore Romæ fuerat.Non igitur a Corito Cortona dicta eſt:quæ id nomē ſortita eſt a Romanis poſt obitum Coriti annis mille trecētis & amplius.Itaq; cum Virgilius dixit:Extremas Coriti penetrauit ad vrbes:Lydorumq; manum collectos armat agreſtes:non intellexit Cortonam quæ hoc nomen nondum tenebat:ſed Turrenam ſedem Coriti:de qua ſupra dixit:Hinc illum Coriti Turrena ſede profectum:vbi adhuc extāt veſtigia Lydorum agreſtiū & arcium munitionumq; cum nominibus Coriti. Qui vero Cornuetum exiſtimant montem Coritum: etiam erronei probantur. Nam vbi latina lingua eſt mons Coritus & oppidum:ibi Etruſca Corit Nyenta:vt locus ab interpretatione conuincit.Porro Corit Nyenta eſt in iugo cyminio: & Volturreno regio:vt cernimus. Quare ibi eſt quærendum oppidum & mons Coritus & non ad mare.Similiter ab interpretatione Cor Nueti: quod vulgo Etruſco Cornetum profertur.Eſt enim Nuetum etruſco & Arameo vocabulo teſte Samuele noſtro: id qđ grauis aeris ſiue grauiſcum apud latinos.Quod etiam probatur inſcriptione apud eos Etruſca:quæ ait eos dictos Nuetinos a vicino fluēto Grauiſco:& aquis grauiſcis.Porro mons Coritus/a Grauiſcis vrbe diſtinguitur.Præterea in deſcriptione eorum dicitur ꝙ Nuetum dictum eſt:non Cor Nuetum.Quare non a Corito: Cor appoſitum eſt: ſed a latinis qui nouum caſtrum adiicientes veteribus Grauiſcis: ab inſigni Corno arbore Nuetum/Cor Nuetum dixerunt:quia Etruſci ab inſigni ſæpe vrbes appellauerunt: vt Sutriū:a Suto & tribus/id eſt frumento triplicato Sutrium dixerunt.Eſt enim illorum inſigne ſpica triplex.Similiter pheſcem/armatum equitem Aramee ſignificat:vt Rabi Samuel expoſuit. Ergo Pheſcennium nunc Ciuita caſtellana: pheſcennium ante dictum fuit ab inſigni armato equite quem habet:cui videtur alludere Virgilius in.viii.Aeneidos ibi. Hi Pheſcenninas acies æquoſq; faliſcos:Hi ſoractis habēt arces/flauiniaq; arua: Et cymini cum monte lacum lucoſq; capenos. Hoc enim loco Virgilius Veientanæ Ciſcyminiæ gentem populoſq; commemorat:quibus præfuit Meſapus equorum domitor ſimul:& maritimus claſſi-

Crotona. Cortona.

Coritus. Corit Nyenta.

Sutrium.

Pheſcem.

Thuscæ princeps: & ob id dictus Neptumnia proles. Qz si quosdam expositores leges: inuenies æquiuocatione captos: nihil de chorographia præcipue Thusciç cognouisse. Nam quidam lucos capenos putant dictos: qui circa Capenam Auentini Romæ essent: cum Capenates in Veientana Ciscyminia sint. Alii flauiana arua in campania esse putauerũt: cum ad ætatem nostrã / circa Tyberis arua: in Veiente Flauianũ oppidum perseueret. Similiter alii dicũt Phescenniũ esse in Cãpania & non in Ciscyminia Thuscia / cum Plinius in. iii. naturalis histo. c. vi. Phescẽniũ in Thuscia etiam enumeret. Sunt qui dicãt & Soracte esse montem Arpinatum campaniæ: cum Acron & omnes Soracte montem Phaliscorũ asserãt: & experiẽtia doceat. Legimus & quendam super vitam Othonis in Suetonio: dicentem se mirari cur Suetonius dicat Ferentinũ Othonis oppidũ esse in Etruria: cum sit in Cãpania: quasi Plinius insanierit: qui supradicto capitulo Ferentinum ponit etiã in Etruria. Ergo nihil de his miror: qui etsi alias eruditissimi: tamen sæpissime capiũtur captiuncula æquiuocationis: quia de Topographia nihil intelligunt: & præcipue Thusca. Igitur Cornuetũ: Sutrium: Phescẽniũ Thusciæ oppida ab insigni nomen habent: sicut & Luna: Nepe: Perusia: Vetuletũ & eiusmodi. Vnde & Martialis: Caseus (inquit) Etruscæ signatus imagine Lunç. Et Nepe est noxium animal teste Festo: qđ & illis est ĩsigne: sicut & Perus id est Gripho Perusię: vt. q. viii. dictum est. Et Veia est ĩsigne Vetuleti simul & Veiuzi Labyrinthi: vt videmus. Vnde Vetuletum quasi curule vetustum dicitur.

Flauianum

Phescenniũ

Soracte.

Nepe.

Annia Quæstio. xxxviii.

QVAERIS quo pacto dixerim quosdam ita errare de Cortonę ac Cornueti origine: sicut Samothraces Græci de filio Coriti Dardano & origine Dardaniæ. Responsio. Etiã gręcos assero de Dardano & origine Dardaniæ / æque ac istos errare: & capi tũ æquiuocatione tũ tpe. Primo quidẽ decipiuntur æquiuocatione: quia vnos fuisse putant qui fuerunt plures: Dardani: Iasii: Cybeles: & Cadmi atq; Armoniæ. Fuere enim vltimi Iasius: Cybeles: Dardanus: Armonia: & Cadmus Samothraces Græci: qui bellicosas nuptias celebrauerũt: min⁹ cẽtum annis ante Troianũ excidium: quasi tempore Laumedõtis patris Priami. Bellicosæ aũt fuerũt: quia Cadm⁹ iunior qui literas in græciam (vt aiunt) attulit: postposita prisca vxore Armoniam sororem Iasii ducens: passus est certamen a prisca vxore ob zelotypiam Armoniæ: vt referũt Spinga: Palephatus: Xenophon in æquiuocis: & Archiloch⁹ in epitheto temporũ. Fuit alia Cybeles phryga paulo ante istam meretrix: quæ puella primũ prostituta a quodam Atu: inde a Marsia concive suo: cum quo fugiens in Nysam ad Dionysiũ ab Apolline etiã cognita fuit: vt Diodorus ad longũ narrat. Dionysius aũt Nysam cõdidit: vt notat Eusebius de tpibus: ferme annis. lxx. ante dictas nuptias bellicosas. Vnde hę duę Cybeles scilicet Phryx & Samothressa: longe post conditam Dardaniam fuerunt. At ante Troiam conditam tres aliæ fuerũt. Prima oĩm ante Ninũ fuit Vesta Iani vxor: vt Berosus indicat: cui ꝓprium nomen: vt idem ait: & Diodorus in. iiii. li. confirmat: fuit Titea magna deorum mater. Cognomina huic fuerunt tria. Primũ terra. Vnde quidã e terra orti referũtur ab historicis in primo ortu generis humani: quæ res etiã multos priscos decepit philosophos: existimantes primos hoĩes e terra id est putrefactione ortos: vt narrat Diodorus in primo libro. Secundũ vero cognomen ab ignis sacrificii custodia Vesta Aramea origine magis q̃ græca. Tertium cognomẽ: a præsidẽtia religionis & sacrorũ dicta Cybeles: phoenico & Arameo vocabulo. Est eñ Cybeles mater siue antistes & regina sacrorũ. Vñ Etrusci cybelizare ꝓ sacrare dicebãt: vt patet in descriptione cognitionis Grauiscarum: de qua cũ aliis titulis inuẽtis Etruscis diximus. Hæc igitur prima Cybeles magna. Secunda fuit regina filia eius: q̃ idcir-

Plures
Dardani.
Iasii.
Cybeles.
Cadmi.
Armoniæ.

Cybeles
multæ.

co magna mater dicta fuit:qa in gratiā matris educauit Titanas a Titea matre nominatos vt author est Diodorus in.iiii.lib. Fuit & Etrusca Cybeles:cui teste historia Latina: & sub scriptione statuæ eius/atq; Beroso:pater fuit dux Sypus:nomen proprium Tyle: vrbs Veiuza:prædia cybelaria:maritus Iasius filius Coriti: socrus Electra Atlantis Itali filia: cognati vero Dardanus & Armonia vestalis:vt patet:vittata sacerdos:& non nupta vti Samothrax:cuius nuptię astante Iside ęgyptia celebratę fuerunt Viterbi Veiuza vrbe. Et Samothracia:& Dionysius:& eū sequuti mendaces reperiuntur in historia. Dicunt enim:vt etiam Diodor9 in.vi.refert:q; mortuo Iasio Samothrace post nuptias Armoniæ frater ei9 Dardanus cum cognata Cybele profecti sunt in phrygiam & condiderunt Dardaniam. O præclarum & impudens mendacium. Nam vt notat Eusebi9 de temporibus:& Spiga: Palephatus:ac Xenophon contestantur:& Archiloch9 astipulatur:super quos etiā cōmentaria confecimus:Dardania cōdita erat ante nuptias Armoniæ Samothracis:ducētis ānis & amplius:& iā cōcesserant naturæ quatuor primi Dardaniæ reges Dardanus:Erichthonius:Tros:Ilus. Non igit̄ Dardanus & Cybeles Samothrax cōdidere Dardaniā quę pluſq̄ ducentis annis condita fuerat a Thusco Dardano:quem teste Virgilio in.vii. Arunta vetus historia Thusca fert natum in his agris Turrenę regię Coriti. Et ab ea profectus in Samothraciam inde in phrygiā condidisse Dardaniā. Iure ergo dixi Græcos de Dardano filio Coriti:& origine Dardaniæ decipi fallią; tempore:vt dixi:& æquiuocatione nominum Dardani Cybelis & huiusmodi. Nam vnos solos suos fuisse:vt pueri existimant:quos ante fuerunt alii:a quibus furati magis q̄ mutuati fuerunt historias:vt de Hercule: Atlāte: & aliis fecerunt: & Herodotus in.ii.lib.asserit.

Cybele & eius genus.

Dardania.

Annia quæstio.XXXVIII.

QVAERIS Qui authores sint q tradant venisse in Italiam Isidem ęgyptiā:quā dicūt cererē Legiferam:frugiferā:sororē Osiridis:& qui sint qui explanent:vnde venit:vbi primū applicuit:vbi primum panes confecit. Respōsio. Plini9 in.vii.naturalis historiæ sic dicit capitulo vltimo. Ceres frumēta inuenit:cum antea glande vescerentur. Eadem docuit molere & panes conficere:in Attica:Italia:& Sicilia:& ob id dea iudicata:& eadē prima leges dedit. Ergo venit in Italiam & docuit frumentariam:molendinariam:& panificam: cū ante glande vescerentur. Vnde vero venerit:& vbi primum in Italiam appulerit:certum est in historia Latina:q; ab Aegypti parte Marmarica & Libyca:vbi docuerat: ī tyberim aduauigauit:& primum Romę in vico Thusco in continentem descendit:quæ loca tūc pascua bobus erant. Vnde Fest9. Argeus inquit camp9 dictus est Libyssus:quia Ceres illo primū fruges e Libya aduexit. Vnde & Libyssus campus dictus est:& ipsa Libyssa. Sane vt ait Fabius Pictor:vicus Thuscus Romæ antea cāpus Argeus ab Argiuis principibus:sed prius libyssus dictus erat. Quærendum est itē:quo tempore ab Italia in ęgyptū rediēs:fuerit Isis id est dea Ceres habita:vt Plinius asserit. Et respōdent tres authores Plinio:videlicet Berosus in.v.antiquitatū:Palephat9:& Eusebius de temporibus primi Cecropis:q; Io iudicata fuit Isis id est dea Iuno & ceres:anno trigesimosexto q̄ Dardanus conderet Dardaniā. Vnde etiam secundum Eusebium:alios probatiores afferentem:Io profecta est in Aegyptum & dea Isis iudicio omnium probata:anno.xliii.Cecropis:a quo ad Dardaniam conditā sex & triginta numerat ānos. Regnabat ergo Iasius in Italia frater Dardani:nōdum a Dardano peremptus. Quod etiam Berosus vidit dicens in.v.lib.Iasium simul cum Cecrope coepisse Italię imperare. Quare.xliii.anno Iasii simul & Cecropis rediit Isis in ęgyptū: postq̄ a

Isidis aduētus in Italiā Ceres.

Libyssus cāpus.

Io.

Iasius.

Libya venit in Italiam & Tyberinum campũ: ab eius aduentu Libyssum dictum: Vbi vero panes confecerit: & obtulerit: etiam ipsi mendaces græci nedum latina testimonia: asserũt: & dicunt: ꝙ primos in nuptiis panes obtulit in gratiam Iasii.

Annia Quæstio. XL.

Isis Viterbi panes primos confecit.

SATIS aperte omnes concedunt Isidem venisse ab finitima Aegypto Libya in Libyssum Latii campum: & interfuisse nuptiis Iasii & Cybelis: vti etiam veracissimus Berosus Chaldęus exprimit. Sed vbi habes: ꝙ hos primos panes Viterbi confecerit? Responsio. Habeo ab historia: cognomine: titulo: inscriptione & eiuscemodi argumentis. Nam rex Iasius vtiq; ĩ regia sede regias celebrauit nuptias: quæ patris Coriti Turrena sedes erat. Hæc autẽ olim regia Turrena nũc ẽ Viterbum: vt inexpugnabiliter ex superioribus patet. Viterbi igitur primi panes ab Iside confecti sunt. Item Vetulonię celebrauit Iasius nuptias & panes obtulit primos Isis: vt in. v. antiquitatum Berosus asserit. Porro vt probant superiores quæstiones: Vetulonia est Viterbum. Rursus Libyssa loca in Italia dicta sunt: vbi primum cõstitit Ceres: vt ex dictis authorum elicitur. At Romę constitit primũ in campo Libysso: tũc nullo ibi regnante vrbe regia existente. Quare si circa Vetuloniã Libyssa regio est: vtiq; vt in regia vrbe Iasii morata ẽ. Est autem regio Libyssilla quã lapis excisus Libyscillam profert. Quare ipa Libyssa Ceres: Vetulonię regię q̃ nũc Viterbũ est: primos panes obtulit. Rursus a subscriptiõe statuę Cybelis: quę omni authore & historia certior ẽ: ita probatur. Veiuzã oppidum Viterbum est vt ex superiorib⁹ patet. Porro subscriptio: ita dicit. Veiuzo hospita Isis hospitata est epulatrix: in domo Tyles nouæ spõsę ducisq; Sypi: anno ętatis eius. xv. Ergo Viterbi epulo nuptiali constitit & panes obtulit. Sunt etiam argumento Sypalis Vetulonię regio a Sypo patre Cybelis dicta: & prędia eius adhuc Cybelaria dicta: & Iasinellæ thermę: & Cybelariũ excisum marmor: vbi hæc ad sententiã scribuntur. Iã longe ante Coriti cum Electra filia Atlantis Itali nuptiæ exactę fuerant: cum Isis maxima frumẽtaria panifica concessit ad nuptias Iasii & Cybelis in agrum fontemq; Cybelarium: vbi regia Cybelis erat. Quare pluribus diebus celebratę sunt nuptiæ: cum cœptę in Veiuza vrbe finitę sint in Cybelis prædio: vbi tunc eorum sacrę statuę de more ad memoriam suffossę: nuper astante Sanctissimo Pont. Max. Alexandro. VI. cum tota curia inuentæ indicio Leporis: effossæ sint: & iterato in Veiuzum palatium translatæ ad memoriam.

Statuæ inuentæ.

Explicitæ sunt. XL. Quæstiones Anniæ.

Impressæ rursus opera Ascensiana ad. X. Kalendas
Octob. Anno Salutis humanę. M. D. XV.
Deo sit laus & Gloria.